

John Adams Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.




SHELF NO.
★ ADAMS

132.6

v.3





ISAACI CASAUBONI

A D
V

POLYBII HISTORIARUM

LIBRUM PRIMUM

COMMENTARII.



ADAMS

13-2-6

2-3



HENRICO IV.

Franc. & Navarr. Regi Christianissimo.

SAPIENTES olim viri, DOMINE, quin
 uno omnes ore memoriam rerum gestarum lau-
 dibus in cœlum certatim ferrent; eò venere de-
 dum, ut dicerent, conditores historicorum mo-
 numentorum divinæ providentia ministros in terris agere :
 porrò autem Historiam, vini naturamque eam habere, ut
 homines antea rudes atque idiotas, (ipso enim verbo hoc
 utuntur) ad capellendos honores, & res sive domi sive mi-
 litiæ gerendas, idoneos præstare valeat. Ita, si præstan-
 tissimorum auctorum stamus sententia, unum hoc litera-
 rum est genus, cuius studio Sapientia simul parabilis, &
 Prudentia: duo felicitatis, quæ summa potest homini nato
 privatim aut publicè contingere, sola, eaque certissima,
 instrumenta. Sapientia siquidem est, quæ DEI OPT.
 MAX. numen docet agnoscere, opera contemplari, po-
 tentiam infinitam pari justitia & bonitate junctam, mirari,
 venerari, revereri: quæ hominem sensu pietatis imbutum
 humo attollit, & supra cœlos evehit. Prudentia verò est,
 quæ inter bona malaque, utilia & noxia, salutaria & exi-
 tiosa, statuit discriminem: sine qua ne intelligi quidem ulla
 virtus potest: nihil enim adeo bonum, quod ubi hæc abest,
 non vertat male; nihil adeo malum, quod si hæc adsit, non
 cedat bono: sola quippe in quolibet rerum habitu servata
servat.

servat. Prudentia denique oculus est mentis , anima Politicæ, reginæ illius omnium humanarum disciplinarum. Ad harum igitur utriusque adeptionem , Historiam sui studiosos mirum quantum adjuvare, excellentium judicio & rerum usu virorum constans semper fuit sententia. Rara omnino & plane magnifica laus hæc est: vera tamen , Domine, ac debita , & quæ nihil quicquam trahat ex vano. Nempe Historia civitatum regnorumque ortus, incrementa, conversiones, atque interitus coinmemorat ; populum status, alibi pace florentes, alibi bello afflictos: ad hæc, Reges & Principes, modò purpura nitentes, in sellis aureis subliimes , majestatis suæ fulgore oculos palam mirantium, clam invidentium prætinguentes , denique superis proximos: modò pullis misere amictos, soliis deturbatos, dignitate omni nudatos , rerum etiam necessiarum egenos, postremò cuivis etiam privatorum miserandos. Est qui narrat , alibi motu terræ hausta oppida; alibi aquarum repentina inundatione obruta , aut tellure debilente absorpta; sedisse immensos montes , visa in arduo quæ plana fuerant. Est qui referat , superbæ paullo antè incolarum frequentia provincias, nedum urbes, unius autumni intemperie , & paucorum dierum an mensium morbositate fuisse vacuefactas. alibi subita invasione, alibi diutina obsidione, civitates pereunt. heic flamma, ibi ferro, homines, familiæ, nationes delentur atque extinguuntur. Septentrio in Meridiem, Occidens in Orientem infunditur. Damascenus annem Bætim, Lusitanus Gangem bilit. Hispanus alterum orbem aperit. est ubi nova surgunt imperia; est ubi antiqua , aut in sece mole sua corruunt , aut aliena vi concidunt. dies, hora, momentum, evertendis dominationibus sufficit , quæ adamantis credebantur radicibus esse fundatae. quid multa? hujuscemodi Fortunæ varietates omnis omnium gentium, quæ vetus, quæ recens loquitur historia; humanæ conditionis, hoc est , fragilitatis plus quam vitæ, testis fidelis ; & vitæ

vitæ hominum, tot casibus quot erroribus obnoxior, imago vera. Non sunt ista Dei immortalis opera, quæ in gubernatione hujus universitatis omnipotens ejus dextera à conditu rerum ad hanc diem indesinenter edere non cessat? Aut quisquam negabit, qui hæc narrare, & in unum collecta omnium oculis exponere ordine aggrediatur; eum timorem numinis, veræ fundamentum Sapientiæ, attendentium animis ingenerare? Jam præmia bonorum, scelestorum pœnæ, qua efficacia legentium animos, ut natura est hominum, soleant movere, ignorat nemo. quo utroque genere exemplorum, omnes Annalium paginæ quum sint refertissimæ; non temere usque eo vœcordem reperire sit, qui dum ea legit, oculos cœlum versus non interdum attollat, ac velet nolit exclamet; Est profectò Deus, qui dicta factaque mortalium videt, observat, inumeratur, ulciscitur. Verè igitur Sapientiæ mater Historia: vere ministri divinæ providentiæ historici: operum quippe scriptores, quorum Deus est factor: judiciorum scribæ, ut sic dicam, & actuarii, quorum Deus est auctor. Eni invero Sapientiam quidem Historia inchoat, non tamen perficit; dicit enim ad Deum, sed non perducit: quæ quidem, cœlestis mentis & Naturæ opera non ex professo rimatur, neque explicat; sed tantum, ubi in illa incidit, cupide ac fide sincera profert in medium & indicat; contenta velut aream ac solum stravisse, cui Philosophia & sacra Theologia, arcto illæ quidem sibi conjunctæ vinculo, sed diversæ tamen scientiæ, suarum deinceps demonstrationum substructiones arte subtiliore & otio majore immoliantur. negotiosa namque & actuosa res est Historia, quæque disputantium subtilitates non capiat, non moretur. At Prudentiæ & civilis doctrinæ, eadem & fundamenta ponit, & fastigium supremamque manum prope sola illis imponit. Hic utique est campus, in quo Historia decurrit; hic scopus, hic finis ad quem se profitetur collimare. Plane, si definitionem admittimus ab antiquis philosophis

Iosophis proditam , Prudentia nihil est aliud, nisi multarum rerum memoria , & usus complurium negotiorum. ex quo fit perspicuum, quām sint non dicam affines, sed penē idem Prudentia atque Historia. Quid namque aliud legitime scripta historia agit, nisi ut res hominum, mores, instituta, gesta, memoriæ commendet? vitam exemplis instruat? causas, eventus, & modum quo res geri quæque, sive à togatis, sive à sagatis solent, aperiat, narret, & narrando, cum præsentes tum post futuros doceat? Unde sequitur necessario, eum qui in memoria rerum seriam & diligentem operam posuerit, multiplicis experientiæ fructum, non multo aliter fore laturum, quām si periculum ipsemet fecisset. Est quidem, fateor, illa quæ actu & inter ipsa discrimina colligitur experientia, aliquanto efficacior: sed hæc dos quot alijs, quām magnis, pensatur incommodis; brevitate vitæ etiam longissimæ; raritate occasionum; paucitate rerum, quas in ætate quamvis longa homini contingit experiri: ærumnis & periculis interim adeundis, è quibus emergunt oppido pauci; ad extreum, frustratione finis. quando enim ista longo usū parta & confirmata prudentia uteimur? tum, credo, cum rugis aratam faciem frons asperat, corpus parum solidum & iam effictum senecta dissolvit: quam ætatem vix dandis consiliis aptam, certe magnis facinoribus designandis patrandisque esse ineptam, etiam veteri Græcorum verbo moneimur. Itaque Themistoclem, cum annos natus centum & septem moreretur, cum Natura expostulasse accepimus; quod tunc egredendum esset è vita, quando usū longo sapere didicisset. Omnia tria sunt commoda, quæ experimenta Politicis afferunt, qui vel in administratione Reip. vel in re bellica (hæ sunt partes duæ Politici studii;) diu multumque fuerint versati. Primum, quòd rationes addiscunt eorum perficiendi, quæ in conciliis publicis aut Principum agitari amant, & quæ usus belli postulat. Nam, verbi gratiâ, qui sit modus urbem

urbem coronâ cingendi, circumvallandi, munitiones ex-
struendi, stationes collocandi, machinas expediendi, qua-
tiendi incenia, cuniculos cavandi, foscas complendi, in in-
sidias obfessos eliciendi, inani specie terrendi, postremò
irrumpendi; illiterati ignorant, qui neque stipendia ulla
fecerunt, neque obsidionibus unquam interfuerunt. sic,
metari castra quid sit, locum eligere sibi commodum, hosti
inimicum, vigilias disponere, agmine quadrato procedere,
aciem instruere, atque eundem exercitum modò latius pan-
dere, modò in angustum coarctare, & aut in cornua, sinuata
media parte, curvare, aut recta fronte explicare, soli inter
literarum rudes intelligunt, qui sub Jove frigido aliquando
manserunt. hoc primum est usus beneficium; cui par alte-
rum, scientia cavendi; nam difficultates, pericula, & casus
rebus gerendis solitos intervenire, usus docet. meminit
enim cui dolet. alioquin sexcenta sunt in omni inceptione
discrimina, à quibus cavere sibi non potest, qui fuerit eo-
rum, ut Græci dicunt, ἀνεπότελος: inexpertis enim nihil
ejusmodi in mente venit. inde illa vox aliena prudentiæ,
& quam turpis semper, tam calamitosa persæpe, Non pu-
tabam. Tertium est, agilitas quædam & dexteritas, munia-
pacis aut belli exsequendi, quæ agendo contrahitur. Ho-
rum igitur trium, ut postremum indocilem usus disciplinam
desiderat, ad quod nulla Historiæ lectio, nulla meditatio, per
se, nisi modica saltem accedat exercitatio, potest aspirare:
ita duo priora, cur & que bene, atque haut scio an non etiam
melius, diligente & attenta præstantium historicorum tra-
statione, possimus consequi, causam equidem nullus video.
Certe, si multitudo negotiorum, si varietas casuum, si mul-
tiplex eventuum diversitas, si cognitio consiliorum omnis
generis, & soilers talium observatio, elementa sunt Pru-
dentiarum; quin sit prora & puppis doctrinæ Politicæ Histo-
ria, nemo poterit negare. Vult scire caussas aliquis, quæ
homines in commune consulere compellant, aut rufus,

quæ contractas societas distrahant? quibus institutis, parva Resp. fieri magna queat? quibus moribus, qua peste imperia labefactentur, decrescant, intereant? Historia est, quæ melius ista, quam usus, aut ullus philosophus demonstret. Vult scire, quomodo cum Regibus sit agendum, quomodo cum civibus, cum exteris, cum subditis? qua arte populum motus aut præcaveri, aut sedari queant? Historia est, quæ sexcentis hæc doceat exemplis. Vult scire, quanto iudicio bella sint suscipienda, quo pacto gerenda, quomodo finienda, quæ sint in eo jura servanda? Historia est, quam tuto licet consulat. Vult scire, qua ratione recte legationem poterit obire, in colloquium cum hoste impune descendere, fœderum & pacis negotium sine fraude sua tractare? Historia est, quæ omnes ritus, omnia conventionum solemnia, omnes pacifcentium callidas & veteratorias artes non sinit ignorari. Vult scire, quæ hanc aut illam Rempublicam fata maneant? Historia est, quæ ad divinationem exercendam, & quidem innocentissimam, arte instruit non vana. Vult scire, qua ratione oppugnatio urbis alicuius sit tentanda, qua item defensio sit instituenda; qua forma aciei, quo genere pugnæ, terrâne an mari, pedes an eques, planis & aperi- tis, an editis & salebrosis locis melius hostem possit aggredi? Historia est, quam *Nocturna versare manu, versare diurna* debet. neque enim exempli documentum deerit, quod imitetur. postremò quæcumque tandem *exemplis Politica* incidet, quæcumque in armis molitio, audiat gravissimi Senatoris vocem, & sibi consilium datum putet; *Unde facilis*, ajebat M. Tullius, quam ex Annalium monumentis, aut res bellica aut omnis Reip. disciplina cognoscetur? Audiat & virum sanctissimum, Lupum Ferrariensem Abbatem, magnum quondam Galliarum lumen. Hic perturbatis mira confusione rebus in hoc regno, anxiun curis, & consilii inopem Regem Carolum Calvum literis solatur, & viam ad salutem istis verbis illi indicat: *Imperatorum gesta brevissime*

com-

comprehensa , vestræ majestati offerenda curavi ; ut facile in iis inspiciatis quæ vobis vel imitanda sint , vel cavenda . Maxime autem Trajanum & Theodosium suggero contemplandos ; quia ex eorum actibus multa utilissime poteritis ad imitandum assumere . Ô divinum prorsus inventum ! Ô vitæ certam magistrum ! quæ juveni senectutis illud unicum bonum , prudentiam , confert ; nec tamen è tam multis ætatis malæ incommodis , ullum secum adfert . quæ peregrinationis commoda conciliat ; mores gentium , regionum situs , opportunitates locorum docet ; ærumnas tamen peregrinationis detrahit ; periculorum & animi & corporis gratiam facit . quæ scientiâ militaris disciplinæ non perfundit , sed imbuit ; militiæ tamen vaccinationem & honestam missionem indulget . Quid verbis opus ? Historia posteaquam ut magna possumus conari præstítit , præstat etiam ut velimus . Nam quod disertissimus ille Romuli nepotum , alijque veterum , Historiam speculum actionum humanarum appeararunt ; recte illi quidem ; est enim revera : sed vis naturæque illius quod erat præcipuum , hoc simile dissimulat : neque enim imaginem dumtaxat ditorum factorumque exprimit ; verum hoc amplius , arcana quadam Naturæ lege , spectatores , dictu mirabile ! in actores transformat , & facta gemina iis quæ admirabundi cognoverint , elicit . est igitur Historia , speculum quidem , sed vivum atque ardens ; cuius oppositum in animis generosorum , quod Q. Maximus , & P. Scipio de se soliti fateri , flamma æmulationis acceditur : ut plurimum caussa vera , fons & origo facinorum omnium laude dignorum . Nam quum nullius non honestæ rei semina animi gerant : hoc quasi formite efficaciter incitantur ; non aliter quam scintilla flatu levi adiuta , ignem suum explicat . Doctrina sic vim prorogat insitam : Reclique cultus pectora roborant . Legimus in Annalibus , Gratianum Augustum præclaræ indolis adolescentem , & bellicosum , ad æmulationem lectorum progredientem principum decus sibi ac gloriam non mediocrem peperisse . At

non solus hoc Gratianus fecit: fecerunt idem omnes magni Politici, & Senatores; magni item duces, imperatores ac Reges, quorum hodie facta cum stupore cognoscimus, nomina venerabundi ad aureis admittimus. Nihil dicam de Alexandro Magno, nihil de aliis civitatum Græciæ strenuissimis ducibus; quos in rebus gerendis ab omni genere literarum præsidium petiisse, nemo nescit: Tacebo Achillem, qui à sapientissimo poëtarum inducitur per otium se oblectare meditans *Fortia majorum, præclaraque facta canendo.* Silebo reges Syrorum, Persarum, Ægyptiorum, quos Historiæ admodum studiosos fuisse, & literæ sacræ &c alia monumenta testantur antiquorum: Pœnos quoque, illam immitem gentem, Historias lectitasse, Hannibalem etiam scripsisse; ipsos quinetiam Turcorum Sultanos & legere, & inter armorum fragores consilia aliquando ab Historia opportune petiisse, Annales ipsorum faciunt fidem. At Romanos rerum dominos, qui virtute non minus quam armis populos omnes superarunt, atque orbem terrarum sui juris fecerunt, sine piaculo prætermittere non queam: viros in exemplar omnium magnarum virtutum natos. Romanos igitur proceres licet observare, DOMINE, quum per multa sæcula alias omnes literas ignorarent, Philosophiam verò etiam odissent, uni Historiæ mirandum in modum fuisse deditos: non quidem ut animi caussa, aut tempori fallendo, aliquam inde oblectationem sibi pararent; multo minus, ut inertii eruditioni ostentandæ, qui multorum hodie est morbus, aliquid in vino aut circulis blaterarent: sed ut omne genus exempla prudentiæ & utilium consiliorum adnotarent, in opera mox, magno Reip. suæ bono, vertenda. Pub. Scipionem Africanum priorem, omnis memoriae clarissimum ducem, literæ Latinæ quasi datum cœlitus, neque humano satu procreatūm deprædicant; qui in prima adolescentia majoremne laudem ob fortitudinem, per quam tot potentissimos hostes devicit; an ob tempestantiam

rantiā & moderationem, per quam cupiditatis oīnnes suas semper domuit, mereretur, fecit incertum. Hic igitur vir tantus, tam admirabilis, si quo genere doctrinæ instructus, arceat veræ gloriæ occuparit, quæramus; reperiēmus Historiam fuisse, quæ Scipionis *incoctum generoso peccus honesto*, cupiditate bonæ pariter magnæque famæ, & laudabili illa excellentium virorum de quibus legerat, æmulatio-ne inflammavit; & velut è specula nitenti in ardua, faciem ostendendo præluxit. narrant enim auctores locupletes, tanti illum Xenophontis Attici historicos libellos fecisse, tantopere eorum lectione fuisse captum, ut eos de manibus nunquam poneret. De Africano sequente, minus id mirum videatur; quem majorum suorum virtutibus simillimum, omnibus belli ac togæ dotibus ingeniique ac studiorum eminentissimum sæculi sui fuisse, produnt scriptores. Extat apud gravissimum historicum C. Marii oratio, qua in nobilitatem Romanam durus Arpinas, & agrestis homo ingenii invehens, inter cætera dicit; illos quum Græcas literas didicissent, postquam Consules essent facti, ubi jam de provincia & imperio, more ejus Reip. cogitare incipiebant, acta majorum impensiore cura solitos lectitare. Absurde quidem Marius, aut potius stulte; quod institutum cum primis laudabile, maledicti loco putavit objectandum: multum tamen illi vel sic Historia debet; quod disertis adeo verbis prudentissimorum Senatorum, qui rei Romanæ columnina fuere, judicium consentiens super ipsius utilitate, imò verò necessitate, palam fecerit. *Principibus placuisse viris, non ultima laus est.* quid dicam tantopere placuisse? quid dicam talibus tantisque principibus? prudentia enim & belli pacisque artibus, nihil toto Orbe Senatu Romano Sol hic majus unquam vedit. ô decus Historiæ eximium! Quem porrò quantumque fructum sapientissimi Senatores ex hoc instituto suo perciperent; operæ pretium est, tuam nobilitatem, DOMINE, quæ generosæ indole

ne

ne illis quidem ipsis Romanis est inferior, scire, & hoc loco recognoscere. Fuit Romæ tum temporis inter alia ejus saeculi lumina, L. Lucullus: qui, quod adolescentiam in foensi opera, reliquam ætatem universam in pace traduxerat, laudem imperatoriam nemo ab eo exspectabat, idem tamen Consulatum nactus, ad Mithridaticum bellum missus est à Senatu. Igitur quum totum iter & navigationem consumpsisset partim in percontando à peritis, partim rebus gestis legendis, ait eloquentiæ Romanæ parens, in Asiam factus imperator venit, qui erat Roma profectus rei militaris rufus. Et adjicit idem; tantum imperatorem in omni genere belli Lucullum fuisse, præliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, totiusque belli instrumentis, & apparatu, ut Rex Mithridates post Alexandrum maximus, hunc à se maiorem ducem cognitum, quam quenquam eorum quos legisset, fateretur. Hic enim ille est, omnibus saeculis admirandus imperator, qui, ut alia infinita adversus Mithridatem & Tigranem, totius Orientis duos reges potentissimos, fortia facta prætermittat; cum exigua manu militum vix undecim millium, innumerabiles hostium copias adortus, peditum cæcidit ad centum millia; equitum ad quinquaginta; Regem regum Tigranem, & quicquid gladiis jam retusis occidi non potuerat, in pedes se conjicere compulit. Et audebit quisquam negare, viam eam esse Historiæ, quod initio dicebamus, ut rudes rerum & idiotas rebus gerendis aptos, & maximis quibusque muneribus pares valeat reddere? Audebit quisquam studium & operam, quæ gestis majorum cognoscendis impenditur, parum utiliter colloquiam dicere? At non ita judicabat Pompejus Magnus; quem in illa tam excelsa fortuna non piguit per literas à Dionysio Halicarnassensi, homine Græco, admodum erudito Critico, petere, ut suum de Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Philisto, & Theopompo, Græcorum celeberrimi nominis historicis, judicium sibi exponeret. Non ita judica-

judicabat Augustus , felicissimus & maximus omnis memoriae Imperator ; qui & legere utriusque linguae historicos , & in legendō exempla publice vel privatim utilia sectari solitus ; eaque ad verbum excerpta , aut ad domesticos aut ad exercituum provinciarumque rectores , aut ad urbis magistratus plerunque mittere , prout quique munitionis indigerent. Non ita judicabat ille Deo charus Imp. Theodosius junior , quem auctor non obscurus inter Ecclesiasticæ historiae scriptores narrat ; dum priorum omnium excellenti laude illustrium virorum luminibus , pia & generosa æmulatione conatur obstruere , magnam imperio felicitatem conciliaffe. qua , obsecro , secundum opein Dei , arte? *χρήσις* , ait historicus , ipsum Theodosium compellans , *τὴν πάλαι καὶ λεπτωμάδων Ελληστί τε καὶ Ρωμαϊοῖς τέλειοις ἀντίτεθεντες. quoniam omnium quæ sive Graci , sive Romani praelare fecerunt , historiam accurate didicisti.* & mira sunt , nec facile his moribus fidem inventura , quæ de contentione ejus Augusti in hac parte idem commemorat : tempus omne suum inter negotia & studia semper divisisse : diem illis , his noctem attribuisse. Non ita judicabat Imperator Julianus , maximis ille quidem præstans ingenii dotibus , & ea statione dignissimus ; verum eo miser atque infelix , quod in tantorum munerum largitorem Deum , ingratius extitit , ac mox ab agnita veritate scelestissime defecit ; quem miles ipsius refert , post ardua & seria terminata , ad procudendum ingenium solitum verti , & ex Historia quasi pabula quædam animo ad sublimia scandenti , conquirere. Idem in expeditione Persica civitatem amplam & populosam Pyrisaboram , triplici corona cinctam quum teneret , omnes alex casus inter mutuas clades frustra expertus ; facinus memorabile Scipionis Æmiliani , quod in Carthagine capienda ab eo editum legerat , imitari & refferre constituit . qui conatus , etsi exitum non habuit ; quid enim misero illi bene verteret , qui à Deo sciens prudens-
que

que sepe averterat? illud tamen quod probare intendimus, clarissime confirmat. In eodem genere ponendum est, quod Marcus Brutus, ille Romanorum veteris Reip. ultimus, etiam in castris, etiam inter belli sibi fatalis curas, nobilissimi Annalium conditoris, Epitomen confecit. Cujus diligentiam tertio post saeculo imitans Regina Zenobia, illa quidem non Romana, sed Romanis scriptoribus merito suo celebrata, aeternitate nominis dignissima fœmina, Alexandrinam & Orientalem historiam, cujus erat peritissima, in compendium redegit: atque eadem, ne Latinam quidem ignorabat, quam Græce legerat. Quid opus ire per singulos? Seine affirmare possumus, Romanos duces atque Imperatores, quandiu quidem illud imperium suam gloriam obtinuit, adeo diligenter traditum sibi à majoribus Historiæ amore & studium conservasse, ut plerique illorum non solum facerent scribenda, verum etiam scriberent legenda. Itaque de suis aut alienis rebus Commentarios composuerunt, Cornelius Sulla, Julius Cæsar, Augustus, Claudius, Trajanus, Hadrianus, & plures alii. Omnium vero sapientissimus atque doctissimus Marcus Antoninus, quem propter assiduam operam studiis navatam, vulgo historici Philosophum cognominant; in libris aureis de vita sua, inter virtutes imperatorias, hanc quoque ponit; facilitatem quandam & animi æquitatem in admittendis probandisque sententiis, quas homines Historiæ & priorum saeculorum gnari, edidissent. Quippe in summo Principe, consilium ab alio sollerter & ex usu excogitatum probasse, non minor laus censenda, quam in privato excogitasse. Atque ut Principum consiliarios in hoc studio exercitatissimos esse debere, ratio manifesta vincit: ita vicissim illos Principes plurimus semper est secutus honos, qui literas id genus doctos plurimi facerent, & in consiliis eorum plurimum acquiescerent. Testis esto Imperator optimus & laudatissimus Alexander Severus; cui fuit consuetudo, ut quoties de

re militari in concilio suo tractaret, literatos duces adhiberet; & maxime eos, ajunt scriptores vitæ ipsius, qui Historiam norant; quum quidem subinde requereret, quid in talibus caussis, quales in disceptatione versabantur, veteres Imperatores vel Romani, vel exterarum gentium, fecissent. Egregiu[m] plane institutum, & rectore tantæ molis imperii dignissimum. Non erat illi satis, quod gesta veterum didicerat, & domi quotidie lectitabat: quod viros omnis eruditio[n]is principes in familiari convictu assidue secum habebat: sed etiam ab iis qui suum participabant concilium, eandem peritiam exegit; etiam inter deliberandum de summa Repub. facta majorum præclara voluit audire & doceri. En adolescentem senilis prudentiæ en illustre exemplum ab ilustri Principe editum, omnibus quidem Principibus, sed maxime juvenibus oculos assidue ponendum. Non prætermisit hanc partem Basilius Imperator, quum præcepta bene imperandi Leoni filio traderet: quin potius Historiæ lectionem summo studio commendans, etiam & etiam eum hortatur, ut aliorum labore fruatur ipse sine labore. Annalium enim libros, fideles sibi fore consiliarios; quos non odium, non gratia, non metus, non privati commodi spes aut cupiditas corrumperet; eosdem, vanitatis rerum humana[rum] testes esse locupletissimos. Possum insuper commemorare multos Imperatores, qui aut libris editis, aut ratione alia studium historicum excolendo nobilitarunt. Servatur in locupletissima illa tua, D O M I N E, & verè regia Bibliotheca, Constantini Augusti Porphyrogeniti liber publice adhuc ignotus, quem in filii Romani, jam consortis imperii, gratiam, pius parens scripsit. Sciebat vetus regnandi Princeps, ad negotia gerenda in quibus Reipub. salus continetur, illud adprime desiderari, ut ingenia hominum probe nota sint, quibuscum agitur. Sive illi sint subditi, sive amici aut socii, sive hostes; sive in propinquuo habitent, sive summotos longius fines colant; multum omnino in-

no interest, aut potius, in eo totum, prope dixerim, est pos-
sum, ut naturam illorum, mores, instituta, religionis for-
mam, animorum inclinationes, aut aversationes, ne igno-
res. Iccirco Imperator ille, populorum omnium, quibus
aliquid cum imperio suo commercii intercedebat, origines,
rationes vivendi, belli pacisque instituta, partim usu, par-
tim libris legendis quum accuratissime didicisset; de eo
argumento Commentarium sane quam doctum & utilem
confecit, & filio suo hoc paterni affectus monumentum ex-
cellentissimum reliquit. Dignum opus, quod Majestatis
tuæ jussu publicam aliquando lucem videat: vel eo nomine,
quod de inclytis Regibus Francorum, majoribus tuis, Do-
MINE, maximis Principibus, Princeps ipse maximus, tam
honorifice & scripserit & senserit. de communi enim jure
cæterorum Europæ universæ Regum & dynastarum do-
mum Francicam semper excipit: & quum affinitatem Ita-
lorum, Germanorum, Hispanorum, atque aliorum diver-
sæ linguæ, & diversi in re pietatis sensus, filio Romano ac
nepotibus dissiudeat, & quodammodo interdicat; de Fran-
corum nobilissimis & augustissimis Regibus longe aliud
consilium suggesterit: namque horum & amicitiam & affini-
tatem decessoribus suis Imperatoribus Orientis semper fui-
se probatam: sæpeque conditiones illos usque inde è Fran-
cia petiisse, allatis è superiore memoria exemplis, compro-
bat. Taceo Mauritium Imperatorem, Leonem VI Porphy-
rogenitum, Basilii F. & alios ejus ordinis illustrissimos Prin-
cipes, qui Tacticos, sive de re militari, libros considerunt:
quum sit tota illa disciplina pars quasi quædam Historiæ;
certè ita illi conjuncta, ut neque hæc sine illa possit recte
intelligi; neque illa sine hac doceri rite queat. cuius nos rei
certam fidem faciemus, quando Ælianum, præstantem ejus
doctrinæ auctorem, è vetustissimis membranis tuæ Biblio-
thecæ, Tacticis scriptoribus luculente instructæ, emenda-
tum & observationibus nostris serio illustratum, Deo pro-
pitio,

pitio, vulgabimus. Sed neque defuit studio historico Imperator, qui illud ipsum in eo moliretur, quod in legitima scientia Juttinianus Aug. cum Triboniano suo antè perfecerat. Nam ut hic librorum de jure scriptorum infinita copia offensus, Corpus confieri jussit, quod universam Legum doctrinam, intra certos fines cohibitam contineret: sic Constantinus Porphyrogenitus, memorati Leonis, uti reor, filius, quem animadverteret & historicorum scriptorum numerum innumerum circumferri, adeo ut multi sua ætate voluntatem cognoscendi res gestas simul cum spe abjecerent tot volumina unquam perlegendi; conquisitis undique maxima cura & diligentia omnibus ejus generis auctribus, qui poterant adhuc in Græciæ & Orientis Bibliothecis reperiri, corpus historicum præcepit concinnari, in partes ceu communes quosdam locos LIII. tributum, quod Politicis hominibus rerum ipsis cognitu necessarium Thesaurum quandam inestimabilem, & ut ille ait, pransum paratum, exhiberet. Nimirum ita judicabat sapiens Imperator; Senatoribus suis, pacis & militiae negotia administrantibus; & de cuius imperii in sacro suo consistorio unâ secum deliberantibus, non minus necessariam esse veterum exemplorum, caussarum & eventuum notitiam; quam sit judicibus lites inter Titium & Mævium disceptantibus, juris ac legum necessaria cognitio. Laudò propositum: judicium etiam admiror: neque formam operis, quantum licet ex unguibus leonem, improbo. At quam bene, quam vere Socrati olim post veterem poëtam dictum est; bonum & malum, quem prorsus contraria habere naturam videantur; indissolubili tamen nexu sibi invicem colhærere; ὥστε ἐκ μᾶς κορυφῆς, inquit, ἡμέρω δέ θντε, quasi de eodem capite & nodo ambo dependerent. Sæpe igitur ex antecedente caussâ mala ortum bonum; at malum multo crebrius è laudabili principio. Sic inter spinas rosa colligitur: sic mel generat fel: sic in

medicinæ remediis malignitas quædam naturæ iniimica, ut plurimum, latitat: & extrema gaudii luctus occupat. denique lex æterna est, ubi uber ibi tuber. *tanta est rerum discordia in ævo: Et subtexta bonis mala sunt.* Liceat fortasse ad tempus naturam arte & indultria sublevarē, & ruentem in pejus sufflaminare: cæterum corrigere in totum, nulla vis humani ingenii queat. Inde est quod quæcunque molliuntur mortales, vel cum primis considerati & sapientes, ocyus tardius omnia mutant nomen. Non est petendum aliunde exemplum, quām ex illo ipso Constantini Augusti incepto, quod modò laudabam; nec muto factum. Sed crederētne aliquis ipsum illud consilium, quod à Principe esset profectum Historiæ amantissimo, inter præcipuas cauſas Historiæ perdendæ fuſſe? atqui ita evenit tamen. Nam ubi semel Corpus illud historicum in Politico-rum usum ab eo concinnatum, versari in manibus hominum est ceptum; è vestigio nobilissimi quique Historiæ scriptores antiquiores, (ex talibus utique flores illi fuerant decerpti) pristinam suam dignationem amiserunt; & monumenta æternitati consecrata, tot nebilia ingeniorum, ubi desita sunt legi, etiam describi, quod erat necesse, desierunt. Accessit & pestis alia, Compendiorum & Epitomarum confectio; quod genus scriptorionis, ut ad privatum conficientium usum non parvas utilitates habet; ita publice noxiū, & magnis scriptoribus semper fuit existiosissimum. Fuit & tanti mali cauſa, studiosorum partim incuria artium honestarum, partim judicium fatali quadam cæcitate depravatum: quorum duorum vitiorum, utrum sit Reipub. literariæ perniciosius, haut dictu promptum. Sedenim ejus triumphi quem de bonis literis Barbaries jam antè aliquot sæcula egit, gloriam magna ex parte Avaritia suo sibi jure vindicat. nam quia uberrimi proventus & amplæ fortunæ spes unica è cauſadicina aſ fulgebat; omnium ferme ingenia ad studia unius Jurispruden-

prudentiæ magno impetu sese contulerunt, & quum Politicæ philosophiæ pars sit, nobilis illa quidem, sed una tamen inter plures, scientia Legum; tantum lucelli amor valuit, & auri sacra faines, ut postquam in scholis hæc regnare cepit, illico & Politica ejus mater, & cæteræ disciplinæ, ejusdem sorores, quas inter omnes una excellerit Historia, aut exulare inde cogerentur: aut quod longe miserius, solis pueris & sophistis, non ad usum aliquem, sed ad disputandum, vexandæ relinquerentur. Hoc pacto communis multorum sæculorum facta est querella, quam de suo Innocentium IV ferunt habuisse; quum diceret, liberales artes jam in mechanicas propter lucrum fuisse conversas. & ajunt, vehementer illi doluisse, quod jam fere omnes studiosi, intactis grammaticis rudimentis, auctoribus & philosophis, ad leges properarent audiendas: quod studium, quum natura sua sit augustum, quatenus tamen ad æs exit, inter liberales disciplinas vix censeri debere, fuerunt qui contenderent. Quum ergo ex hujusmodi caussis in Oriente quidem optimi quique auctores de manibus vulgi tandem essent excussi, totiusque adeo humanitatis studia refrixissent; in Occidente vero à multis jam annis meliorum literarum & linguarum, maxime autem Græcæ & Hebraicæ, nomen prope ipsum esset extinctum; secuta mox est hujus calamitatis consummatio & integra pernities in partibus Orientis; quando ab immanibus & Barbaris Turcis capta est Constantinopolis, & totum illud imperium à fundamentis penitus est excisum. tum verò grassari hostis ferus in omnium doctrinarum scriptores; & excellentia monumenta literarum cujusvis generis, atque eruditionis instrumenta, lacerare, discerpere, flammis addicere. Quo quidem tempore divinæ providentiæ in reliquiis disciplinarum conservandis, certum & manifestum, ut si unquam aliàs in re ulla, argumentum est editum. Quum enim

enim à pluribus retro sæculis in Principum animis toto Occidente amor politioris literaturæ & Græci sermonis exolevisset; accidit non sine numine profectò, ut circa illa ipsa tempora Byzantinæ cladis, & paullò antè, summi in Europa viri, & Principes generosissimi, hunc veternum, ceu virgula divina tacti, opportune excuterent, & ad bene merendum de studiis politioribus & de linguis, ardore incredibili accenderentur. Prima terrarum Italia ad hanc palam occupandam, è diurno torpore tunc deum experfacta, fese concitavit, & nationibus aliis per Europam exemplum quod imitarentur præbuit. In ipsa verò Italia, ad certamen adeo gloriosum Nicolaus Quintus Pontifex Maximus, in cuius extrema tempora Byzantini imperii eversio incidit, princeps, quod equidem sciam, signum sustulit. nam & literarum dicitur fuisse intelligentissimus; &, quod res arguit, earum amore flagrantissimus. Primus hic illa ætate libros antiquorum scriptorum sedulo conquirere curæ habuit; magnamque earum copiam in Vaticanam intulit: primus cum assiduis hortatibus, tum ingentibus etiam propositis præmiis, ad meliorem literaturam è tenebris oblivionis in lucem revocandam, homines Italos stimulavit: primus, Græcæ linguae auctores omnis sinceroris doctrinæ esse promos condos qui non ignoraret, ut Latino sermone exprimerentur, vehementissime optavit, & efficere contendit. Est ita natura comparatum, ut in magnorum operum inceptionibus, eorum antevertat cura, quæ esse provisa, ad summam totius propositi plurimum intersit. Ecquodnam igitur literarum genus, renascentibus disciplinis, illius vindicis Musarum auspiciis, primo reduci in vitam cepit? Historia: cuius fuisse hunc Pontificem peritissimum, æquales illorum temporum affirmant. qui primi auctores Græcorum Latinitate sunt donati? historici: nam Herodotum & Thucydidem minister domesticus Nicolai Laurentius Valla, rem sæculo majorem ausus,

Romane

Romane loqui docuit. An ergo dubitamus, quodnam tantus Pontifex de Historiæ præstantia judicium fecerit? Ego vero non solum magni ipsum doctrinam historicam æstimasse, sed etiam de toto hoc genere scriptorum recte scisse judicare, non dubitanter inde colligo; quod ex omnibus Græcis historicis illum præ cæteris habuit in delitiis, qui ut eloquentiæ laude uni aut alteri priorum fortasse est inferior; ita prudentiâ & propriis aliis historiæ omnibus numeris perfectæ dotibus, sic excellit, ut pauci è cunctis, sive Græcis sive Romanis, cum ipso mereantur compendi; anteponi certe nullus. Scriptor ille, D O M I N E, is ipse est, qui Majestati tuæ nunc à me offertur, P O L Y B I U S; & à generis splendore, & ab instructu disciplinarum, & à rebus gestis, & ab ingenii monumentis, vir & philosophus nobilissimus: idem pacis, idem belli artibus, idem studiorum laude longe clarissimus; patriæ suæ, Reipub. Achæorum, quondam bonis institutis florentissimæ, cui hujus pater Lycortas diu princeps præfuit, pars maxima: qui Scipioni Africano, à quo deleta est Carthago, à consiliis amicus fuit, & in ea expeditione coines: qui in amicitiis Regum, ducum, procerum, Græcorum, Romanorum, Asiaticorum, Ægyptiorum, quoad vixit, primas tenuit: postremò postquam obiit, Politicis, bellicæ rei studiosis, veræ & legitimæ historiæ amantibus, dum suus literis honos stabat, unice dilectus & probatus. Hunc communī fato omnium excellentium scriptorum, pessime superioribus sæculis acceptum, & in nostra Europa vix de nomine paucis notum, Nicolaus Quintus, vindex ille literarum primus, fecit tanti, ut ejus restituti gloriā ad cæteros laudum suarum titulos voluerit accedere. Itaque partem illius librorum aliquam naectus, ejus in Latinum sermonem transferendæ, viro Græcæ & Romanæ linguae, ut erat captus ejus ætatis, non ignaro, munus delegavit. Magnificum est ad commendationem

historiæ , quod ubi primum literatura melior ex ipsis Orci faucibus incipiebat eripi ; omnium priua novæ lucis beneficium experta , cæteras honestas disciplinas ad spem salutis crexit. Magnificum & gloriosum Poiybio , quod inter omnes sui generis scriptores , primus indulgentiam Principis ad liberationem Musarum sese accingentis , promeruit. Sed nimirum rerum magnarum tardi sunt progressus ; raroq; tam bene cum humano genere agitur , ut incepta generosa ab iis qui susceperunt inoffenso pede statim ad finein perducantur. Quare etiam Nicolao , Polybii restitutio- nem molienti , multa sunt oblata impedimenta , quo minus quod optabat posset perficere. Nam quum operis Polybiani , quod nostra exhibet editio , tres sint ratione certa distinctæ partes ; unam dumtaxat harum Pontifex Nicolaus habuit ; duas reliquias , in rerum natura esse , ne scivit quidem. Jam ille eruditus Italus , quo ipse usus est interprete , partim sæculi vitio , partim propria culpa , provinciam sibi deinandatam , ita gessit male ; facile ut appareat , non ob singularem aliquam eruditionem , in Græcis præsertim literis , Polybium interpretari fuisse jussum ; sed quia nemo erat qui amplius sciret , velut co- clitem inter cæcos captum , qui in vacuam stationem pro tempore substitueretur. Et is erat tamen Polybius , qui propter genus dictionis ac doctrinæ hautquaquam translatitiæ ; maximè autem propter summam rei castrensis peritiam , & imperatorum quendam stilum ; attentum cum primis , & disciplinæ Tacticæ , totiusque militiæ Romanæ , Græcæ , Macedonicæ , aliorumque populorum peritum interpretari desideraret. Quarum omnium rerum cognitio , quam tenuis ac pene nulla in ætatis illius hominibus fuerit ; quantis doctissimorum hominum laboribus è profundo ignorantia puto fuerit postea eduta , atque etiamnum educatur , nihil dicere attinet ; rem neinini non notam. Quo magis equidem soleo demirari ,

à tam

à tam longo tempore, hoc est ab annis fere CLX. tam eruditio sæculo inseculo, tanto doctorum tota Europa virorum numero, nondum aliquem extitisse, qui opus in ipso principio παλιγγενετιας literarum inchoatum, curaret perficere: neminem esse repertum ad hanc diem, qui si adeo celebris famæ apud veteres auctorem ferio perpolire aggredetur, operæ pretium se facturum putaret. Quanquam, non sane defuerunt viri præstantes aliquot, Græci, Hispani, Itali, Belgæ, qui variis modis de Polybio mercibene conarentur: alii publicandis quæ prius visa non fuerant; alii nonnulla explicando Latine; quidam, selecta operis totius parte, in qua illustranda vires ingenii experirentur. quibus omnibus quam laus multo maxima debeat; omnes tamen, si quod res est dicere volumus, sitiū lectorum exacuere, quam sedare maluerunt. Non etiam defuerere, qui in vulgares linguis tautum hujus verterent, quantum Latinæ expositum inveniebant: si tamen vertere eit, Romanæ interpretationis errores sexcentos aliis totidem cumulare; atque interim Græcae linguae peritiam in priua libri fronte mentiri. Unicam excipio Germanicam versionem, ab homine longe eruditissimo profectam: sed, quod res arguit, & alia ejusdem scripta testantur, variis semper curis occupato. At universum opus Latinum facere, laceri corporis membra hactenus disiecta & dissipata in unum colligere, atque invicem colligare, rerum aut verborum difficultates explanare, latentes in abdito opes referare, & quod maxime fuerat optandum, hujus historiæ usum & præstantiam demonstrare, nemo dum eruditorum instituerat. Cedreni, Zonaræ, Simocati, Glycæ, Manassæ, & alii ejus farinæ, sive Græci, sive Latini quam pluim, legitimæ historiæ, si verum amamus, dehonestamenta, suos assertores invenerunt; Polybius, situ & squallore obsitus, in tenebris jacet; Græce nescientibus parte aliqua tantum sui notus, idque perperam;

parte alia, ne sic quidem ille inquam Polybius, cuius in philosophia doctrinam, in moribus probitatem, in historia prudentiam, Cicero, Strabo, Josephus, Plutarchus, Deus bone, qui quantique viri! & optimus quisque veterum, dilaudant. cuius fidem T. Livius, ille Romanæ longe princeps historiæ, tantopere probavit, ut pene ad verbum libros illius integros verteret, atque iis pro suis uteretur. quem M. Brutus, severus ille morum scriptorumque censor, cui ne ipse quidem M. Tullius satisfacit, adeo est admiratus, ut ejus lectioni prope modum immoreretur: ulti-
mis certe suis temporibus, iisque adflictissimis, ad solatium doloris pariter & magisterium vitæ, Historiani illius excep-
peret, atque in compendium redigeret. quem denique Constantinus Imperator, Corporis historici, de quo antea men-
tionem fecimus, auctor, senatoribus, ducibus & Principi-
bus tam utilem judicavit, ut qui è Diodoro Siculo, Dionysio Halicarnasseo, Josepho, Dione Coccejo, & aliis primæ no-
tæ historicis pauca admodum feligeret, quæ in suum Pande-
cten transferret; Polybium prope totum describeret, atque operi illi suo infereret. Utinam verò aut illi Augusto ejus in-
cepti nunquam venisset in mentem; ea quidem iuste, ut inte-
gro hoc scriptore frueremur: aut si hoc nobis carendum erat bono, Corpus saltem ab illo compositum hodie habereimus.
Sciremus, quantus civilis prudentiæ, quantus disciplinæ mi-
litaris doctor habitus sit olim Polybius. quarum rerum docu-
menta conquirenti undique Constantino, plura multo unus hic suppeditavit, quām cæteri omnes simul, è quorū libris Florilegium illud politicum fuit conflatum. argumento sit,
qui solus hodie supereft ejus titulus, è tribus & quinquaginta, Legationum Excerpta continens: cui tertiam partem e-
ditionis nostræ debemus totam: facili conjectura, quid esse-
mus debituri si opus universum alicubi inveniretur, atque in
publicum ederetur. Enimvero quum dos præcipua, quæ Po-
lybium antiquis commendabat, non in eloquentia nuda &
verbo-

verborum fucatorum lenocinio, sed in rerum politicarum & militarium exquisita explicatione sit posita; cuius gratiâ viri principes & politici omnes olim in pretio magno eum habebant; quia longe diversa hodie studiorum ratio obtinet, evenit, ut his præstantiam illius parum intelligentibus; verbū & linguæ diu taxat studiosi, patienter eo carerent. Loqui enim, non vivere, plerique omnes hodie discimus: & Historiam, quæ vitæ magis rā audit, non ad vitam formandam referimus: sed vel ad linguarum alicujus notitiam, dicendive facultatem augendam, vel ad rerum antiquarum cognitionem percipiendam. atque ut Politicam & moralem Philosophiam, *In qua consilium ritæ regimenque locatum*, aut omnino non doceimur, aut non nisi disputandi caussa: sic & Historiam, quæ practica quædam philosophia est, non ut utamur discimus, verū ut sciamus; plane iis non dissimiles, qui aurum, argentum & regias gazas parare norunt; artem utendi fruendi partis, neque sciunt, neque vel saltem de ea cogitant: similes item iis, qui sacros aut medicorum libros multa lechtitant cura, non ut animo corporive medicinam faciant; sed ut ingenito morbo curiositatis sciendi multa satisfaciant. Quod non iuvenuste Magistri Hebræorum de Lege Mosis dicunt, cor & corticem illi inesle; non immerito de Historia quoque usurpetur. Doctrina Politica, & scientia militaris, aliaque egregia documenta, quæ legitima Historia sui cultoribus affatiū subministrat, instar cordis sunt: atque huic parti qui attendunt, cordatos fieri necesse. orationis elegantiam, & antiquitatis notitiam, præ illis, quid aliud nisi corticem appellemus? Sunt sane apud Thucydidem, Xenophontem, hunc nostrum Polybium, dictionis virtutes multæ eaque eximiæ: sunt etiam multa in eorum operibus cognoscendæ antiquitatis cupidis scitu necessaria. si quis tamen propter ista solummodo historias illorū requirit; nā ille cor non habet, neque unquam, per istud quidem studium, habebit; sed merū tantum corticem leget. Quid ita magis ridiculum,

quàm Julii Cæsaris Commentarios, divinum opus. & maximarum atque utilissimarum rerum doctrina fœtum, ea solum sine lectitare, ut loqui Latine discimus? aut ut Romanæ linguae puritatem, & verborum proprietatem observeamus? mihi quidem simile facere videmur, ut si quis arboris aliquius præstantissimæ fructibus vesci aspernetur; florum amœnitate se oblectet. Et tamen, qui hodie veteres historicos aut voce viva, aut scriptis suis interpretantur, quid nisi hoc unum curant? quid illi qui dies totos & tempus omne suum transeundis historicorum voluminibus insunt? quorum ut quisque plura tenet, ac pectus suum locupletissimam Historiæ bibliothecam fecit, ad vitæ officia muniaque obeunda plurimum est ineptus. Desinamus igitur mirari, quid cautæ sit, cur hodie è lectione historiarum nemo eum fructum ferat, quem tulit olim Lucullus: in promptu ratio est; nemo illam ut Lucullus legit; nemo ea fine. Itaque ergo eò studia videmus rediisse, ut qui strenuissimi rerum actores censeri volunt, hi adeo non sint veteris memoriæ studiosi; ut è contrario, etiam contemptum illius ultro præ se ferant. Quid prius querar nescio; Historiæ ne vicem, quæ olim in clara versans luce, Regum & Principum ac nobilium procurum familiaritate intima frui solita; sapientiam & vitæ artem eos docere; dignitatem ab illis accipere: nunc velut naturæ prioris oblita, & ad vitæ actiones facta inutilis, hominibus privatis pulverem scholasticum terentibus, & in umbratico otio delitescentibus est derelicta. an potius nobilium adolescentiū errorem doleam, qui falsa persuasione ducti, unicum hoc sibi propriè convenientis disciplinæ genus, maximum rerum gerendarum instrumentum, habent contemptui. O quis ille erit, qui operâ eadem pristinum historiæ splendorē restituet; & nobilitatem Gallicam ex hoc errore in viam rectam sistet? illa quidem literas non odit; Non obtusa adeo gestamus pectora Galli: sed quarum literarum verus in utendo est fructus; quia nullum earum videt usum pene dixerim, merito

merito conteinuit. Nihil erravero, si dixero, interesse Majestatis tuæ, DOMINE, ut generosi juvenes, quos majorum imagines, aut impetus animi, & vivida vis ingenii spondent ad Reimp. ituros, errore tanto liberati, studii hujus beneficio utantur, quò ad iussa tua capessenda paratores & omnibus rebus instructiores accedant. Liberabuntur autem, si persuaderi semel ille potuerit, ut magnum hunc scriptorem in consilium adhibeant; ejus in summa doctrina parem prudentiam, non degustare summatim, sed penitus velint imbibere. Quo maxime opus habent docebit eos Polybius; non solum quam uberes fructus ad rationes vitæ gesta majorum sint ipsis aetatura; verum etiam quo pacto percipere illos sint valituri. Est utique proprium hoc eximio huic auctori, quod duo simul pari fere cura agit; ut narret ac moneat. bene ac perspicue narrandi laus, cum ceteris praestantibus historicis illi communis; fideliter monendi, cum paucis: aut ut verius dicam, cum nemine. Nego enim ex universo numero Græcorum aut Romanorum generis hujus scriptorum, vel unicum posse reperiri, qui pari fide & cura duo haec conjunxit. quid miremur? personam historici cum assumpsit Polybius, non in totum exuit philosophi. Philosophus enim erat; sed vita, non lingua: operibus, non sermonibus: rebus ipsis, non professione & inani specie. porrò ut poëtæ singendo, historici narrando, sic philosophi monendo & præcipiendo vitam hominum corrigerem propositum habent. Jure igitur suo est usus, cum diversa munera in unum conjungens, quæ narrando, quæ monendo simul humano generi prodesse est conatus. narratio, cognitione rerum variarum lectorem instruit: monitio, prudentiam: quæ observatione assidua colligitur causarum, eventorum & omnium rerum in vita hominum evenire solitarum. Præclare Peripatetici dicunt, generari prudentiam ἐπιστήμης, observando: & fore prudentem quisquis fuerit ἐπισταλικός, observandi studiosus: ac vice versa, omnem prudentem esse ἐπισταλικόν. Plena est Polybii historia talium animad-

animadversionum; quæ brevi compendio lectorem ad prudenteriam rectâ ducunt, & illius divæ sacræ initiant. Mirum verò quo studio, qua sollicitudine, quo affectu id genus motiones, quoties datur occasio, inferat. Vere philosophum, id est, parentem communem humani generis dicas, qui modò cunctis mortalibus in universum salutaria dictat præcepta; modò privatim hanc aut illam gentem familiarium sibi peccatorum admonet. Sic Mantinensibus, Cynætheusibus, Eleis atque aliis Græciæ populis, pertinentia ad propriam cuiusq[ue] illorum salutem, dat consilia. Sic Romanos, ut obstinate & præcipiti pervicacie, saepe ipsis exitiabili, modum statuant, graviter cōmonet. Sic Græcos omnes non semel hortatur, ut Romanorum in fide maneant, statum præsentem ne sollicitent; otium quo abundabant, cura publicarum omnium rerum ad victorem populum translata, ceu opportuna occasione utantur ad studia excolenda, non inertium literaruum, sed βιωφελῶν, & ad vitæ actiones utilium. Quin etiam apparet, atque hoc ipse non semel testatur, caussam scribendi hujus ingentis quondam operis, vel præcipuum eum habuisse, amorem patriæ; ut contumaces & ad rebelliū pronos suorum animos paruin adhuc servire affuetos, ad pacis, qua fruebantur, et si sub alieno imperio, firma & beata, amorem traduceret. Propterea in rebus gestis exponendis id unice spectavit semper, ut Græcis fidem saceret, non Fortune munus esse Romanorum imperium; sed vera illos virtute id sibi peperisse. frustraque adversus illos arma cogitari, quos in illa statione ipsa suis quasi manibus Virtus collocasset. Et tamen idein hic patientiæ suasor, quandiu spes aliqua restabat posse Romanis obfisti, multo ante patriæ casum prospiciens, nihil prætermiserat, quo posset progressus illorum impediendo, imminentem Reip. Achæorum ruinam aut arcere, aut tardare. Verùm fatis omnia ad Romanos trahentibus, rectis suis consiliis Polybius, non tantam gratiam à civibus iniit, quam bello Persis offensam apud Romanos contraxit: quain mox

mox Romanum accitus, longi exilii tædio expiavit. Sed enim, qui per virtutem perit, non pol interit: saluti fuit claritudo nominis bonis collecta artibus, & illa ipsa quæ adflixerat virtus. Igitur deprecatoribus apud Senatum usus Catone Censorio, Scipione Æmiliano, & aliis Romanis proceribus, libertati restituitur Polybius; qui libertatis potitus, ubi semel apud se constituerat, nullam Achæis suis, nisi in amicitia Po. Ro. spem superesse, ad colendam bona fide majestatem illius populi conversus, pro sua sapientia suis ipse moribus sibi fortunam finxit. Nam patria quidem ipsius aliquanto post immani sua culpa exitium sibi concivit; bello Achaico à Mummo deleta, & Achæorum soluto concilio; quum interim Polybius tranquillitate illa frueretur, quā suamet ipse prudentiā & admirandā sapientiā sibi quæsiverat. Idem, quum in urbe do ninatrice multos annos Scipioni, Lælio & aliis ætatis illius viris priuariis, privatum charus vixerit; Patribus quoque acceptus, & unice probatus; gratia qua pollebat apud principes Romani nominis, non ad opes sibi struendas, more mulitorū, est usus: verū in occasionem vertit, partim res magnas gerendi; ut cum Scipioni Carthaginis excidium in Africa molienti, comitem sese, & conciliorum laborumq; omnium participem præbuit: quo etiam tempore, classe à Scipione accepta, mare Atlanticum scrutandi illius orbis causa, est circumvectus: partim bene de hominibus, præfertim Græcis suis, merendi. Testimonio sint statuē cum amplissimis titulis per oppida Græciæ, quod scribit Pausanias, illi positæ. Dicat hoc ipsum & civitas Locrorū in Italia, quæ hujus ope immunitatem durissimorum onerum naœta, quorum præstationem ex legibus datæ pacis Romani exigebant, vitam & fortunas omnes suas uni Polybio ferens acceptas, in eo ornando nullū excellentis honoris genus prætermisit. Sed omnia beneficia, quæ à quoquā mortaliū proficiisci poterant, vicit scriptio hujus historiæ; in eū præcipue, ut modò dicebamus, scopum directe, quò civibus civis prodesset, ac bonā illis mentem & pruden-

prudentiam ingeneraret. Fuit omnino in hoc viro naturalis quædam bonitas, & efficax erga omnes homines humanitas. cuius celebratur vox divina, consilium dantis Scipioni suo; quoties foras prodisset, ne domum prius rediret, quam aliquem sibi beneficiendo amicum adjunxisset. ô hominem publico omnium hominum bono natum! ô dignum maximi cujusque Regis aut Imperatoris consiliarium! Etenim quum plurimis auctoriis fortuna Principum indigeat, præcipuum est judicio sapientium Principis opus, amicos parare. Ab hoc igitur fonte, & illud ingens manavit studium efficiendi, ut fructum ex historia sua omnes qui legerent, quam uberrimum perciperent. inde illa tot documenta, tot monita, quibus hoc opus, ceu intertextis geminis nitet. Quis autem erroris dedignetur monitorem, quem Scipio Africanus, quem multi reges non sunt dedignati consiliorum auctorem? Probitatem vero Polybii, recti honestique amorem, & vitii odium, nemo satis pro merito hominis laudaverit. Uni æquus virtuti, pari tenore opere toto, præclara facta ubiq; extollit, fecius admissa, gravitate quadam censoria, non arguta declamatione ad ostentationem ingenii, carpit & detestatur. Fidem, candorem, integritatem in dictis factisque passim commendans, qui iis utantur, viros bonos pronuntiat; versutos, veteratores, vafros, & dolorum architectos, nusquam non abominatur. Malitia astutam, quæ fere Politicis hominibus prudentia dicitur, tanta severitate, tot locis, tam serio infectatur, *χακοπραγματωλη* vera appellatione indigetans, ut vel eo dumtaxat nomine bonorum omnium amore, studio, ac lectione jugi, sit unus omnium historicorum dignissimus. Neque tamen is est Polybius, qui supercilium quoddam Stoicum, aut rusticam simplicitatem, ad judicandum de actionibus hominum Politicorum afferat. faciunt hoc umbratici quidam Sophi, rerum humanarum imperiti, ac propterea iniqui persepe virorum magnorum censores, quorum rationes non capiunt. Sciebat homo negotiorum cal-

lentissi-

lentissimus, & tanto usū præditus, quid sit discriminis ponendum inter eam quæ simpliciter dicitur prudentia, & περισταλικὴν, cuius consilia, ut necessitate temporum expressa, & sapientes excusant; prudentes verò etiam laudant. atque hæc est, quam solet ipse πολιτικὸν σωματόχρις nominare, quoniam aliud simulatur, aliud agitur: res toto genere diversa ab illa veteratoria malitia, ut in nostris Commentariis diligenter exposuimus. Discant igitur ab hoc doctore juvenes studii politici candidati, veram prudentiam & ejus leges; non ab illo Etrusco, in opprobrium religionis Christianæ nato; cui probitas, fides, integritas, atque adeo in Deum pietas; ô seculi dedecus: inania sunt sine re nomina; prudentia, ars fallendi; Politica doctrina, instrumentum inhumanæ tyrannidis. Discant & qui ad scribendum res gestas animum applicant, præcipuum Annalium munus esse, uni savere virtuti, unum odisse vitium; illam esse legitimam, & æternitate dignam historiam, cui unum bonum honestas; unum malum turpitudo. Sed probitatem hujus viri illa eximia æquanimitas manifestissime arguit, quam in reprehendendis antiquioribus, qui ignoratione non malitia lapsi fuerant, semper adhibet. sic enim errores tollit, ut eorum qui errarint famæ nihil propterea velit detracatum. quinetiam gratias illis agere se, pluriimumque eos mirari profitetur, quod etsi errassent, tentando tamen & conando viam posteris pervenienti ad verū indicaverint. Scias vera virtute fuisse præditum, qui causam scribendi solam habuerit, publicam utilitatem, & errores vietæ corrigendi desiderium. Porro amori virtutis studium veritatis necessario semper est conjunctum; neque enim virtus est, cuius non sit origo veritas: nec vitium, quod non à mendacio sumat initium. Veritas nullius non doctrinæ est fundamentum; veræ sapientiae mater; legitimæ, nec præposteræ, prudentiae comes individua; sivei & societatis hominum ancora; omnis boni & honesti, ut ajebat Plato, ἡγεμονίς. Quod si recte attendimus, scire hominum aliud nihil est, nisi posse

veri-

veritatem rerum contemplari, sive quæ sunt, sive quæ fuunt, quam mente philosophi antiquissimi Sapientiam definiebant, Επισκόπου τὸν τοῖς γραμματάς. Simillime & Historiæ naturam illi demum capiunt, qui sciscunt esse veritatis illarum rerum notitiam, quas mortales gerunt. Græca eruditio τὰ γνώσεις vel τὰ πράγματα vocat. Regulam certe unicam, atque adeo animam Historiæ veritatem esse, omnes qui de ea sunt locuti consentiunt. Historia, inquit Diodorus Siculus, ὁ προφῆτης ἐστιν ἡ Αληθεία, deæ Veritatis sacerdos est & propheta. Dionysius Halicarnascus idem; ἐγένετο δὲ οὐδὲν ἡ Αληθεία ἢ ισορία· qui etiam alibi pronuntiat, veritatem historicam esse totius Prudentiæ & Sapientiæ principium. quod & ille magnus auctor sensit, qui Historiam esse dixit *universæ Philosophiæ quasi metropolim*. Sed ut pulchra omnia, quod proverbio dici solet, difficultia sunt; ita veritas historiæ, res omnium pulcherrima, eadem & inventu difficillima est; & postquam inventa, quominus proferatur in medium, maximas difficultates experitur. quod latet, partim malitia sit hominum; qui prava sua facta fileri, atque hoc paecto ignominiam lucrifacere volunt: partim incuria etiam eorum, qui res gerunt memoria & laudatione dignas. Jam quin propter has ipsas causas gestorum scriptores nulli labori, nulli ærumnæ, addo & nulli impensæ, quod de Thucydide & Theopompo legimus, parcere deberent, ut veritatem illarum rerum eruenter & assequerentur, ad quarum narrationem secesserant: paucos tamen ab omni ævo fit nominare, qui hujus diligentie gloriam ambiverint: plurimos contra omnibus sæculis, qui res parum sibi compertas posteris tradere aggressi, falsa pro veris traderent; alii ignoratione & securitate; alii vitio huic pari credulitate: plures & mentiendi libidine; quos aut turpis spes lucri, aut gratia, aut odium corruperat. Heic enim vero scriptorem hunc præstantissimum omnes æquos judices demirari convenient. qui studio vera narrandi nullum labore unquam refugit. nam & in remotissimas oras

pere-

peregrinatione ob id ipsum suscepta , Asiam , Africam ,
 Europam lustravit : Atlanticum quoque Oceanum navi-
 gavit. ut de Hannibalis itinere sibi coimperta narraret ,
 Galliam & Alpes visit : ut de Scipionis rebus in Hispania
 gestis digna fide proderet , Carthaginem novam adiit , lo-
 ca singula cum cura inspexit . Hispaniæ pleraque oculis
 usurpavit. quin & linguam Romanam Polybius didicit ; at-
 que antiquissima monumenta , quæ vix pauci è Romanis
 civibus intelligebant , è Capitolina æde ut promere sibi li-
 ceret impetrato , in sermone in Græcum transtulit ; ac Ro-
 manos ipsos proceres suæ civitatis jura docuit , quæ ipsi
 ignorabant ; & Fabius quoque Pictor Senatorii vir ordinis
 ignoraverat , qui de Punicis bellis scripserat . Ad hæc Poly-
 bius , ne nimis antiqua & parum explorata , atque ut ipse
 ait ἀκοὴν τοῦτον ἀκοῦσαι scribere cogeretur , historiæ quam susci-
 piebat terminos posuit , suam aut patrum memoriam . mul-
 ta ergo illorum quæ scribit , præfens ipse vidit ; certe nihil
 scripsit , de quo illos non possit consulere , qui rebus ge-
 rendis interfuerant . Adeo qui nullam perfectæ historiæ le-
 gem negligebat , illam omnium maximam , quæ vera scri-
 bere præcipit , ea fide custodiit , ut liquido constet nobis ,
 non solum rationem ipsum habuisse veritatis , sed etiam toto
 affectu illam amasse , & religione quadam coluisse . Non
 est dubitationi relictus locus : ipse suam mentem nobis ape-
 ruit ; idque verbis gravissimis , quæ merito Brutus , sive quis
 alius , digna suo calamo judicavit : nos quoque digna cen-
 semus , quæ heic describantur : *Existimo equidem ait, Naturam*
humano generi V E R I T A T E M constituisse numen maximum,
maximamque illi vim attribuisse. Nam quum ab omnibus op-
 pugnetur , atque adeo omnes nonnunquam verisimiles conjectu-
 ræ à mendacio stent ; ipsa per se nescio quonodo in animos ho-
 minum sese insinuat , & modò repente suam illam vim exerit :
modò tenebris obiecta longo tempore , ad extremum suapte vi ipsa
vincit , obtinetque , & de mendacio triumphat. En animi verita-

tis amore stupentis testimonium luculentissimum. Huic autem dicto mirifice congruit tota ejus historia. amorem enim veri, odium faisi sexcentis locis constanter profitetur. Fuit Polybii sententia, scriptori historiae nihil veritate antiquius esse debere: non ad gratiam, aut odio cuiusquam; non respetu ullius, sive privatæ, sive publicæ amicitiæ; non denique ulla charitate erga parentes aut patriam; cuius sanctissimum in terris est nomen; veritatem professum, & ut ipse loquitur, τὸ δὲ ισοπλας ἡθὸς ἀναλαβόντα, debere adduci, ut vel latum, quod ajunt, unguem à vero recedat. In cætera quidem vita, ait ille, amicorum esse amantem ac patriæ laudo: in scribenda verò historia, etiam harum charitatum affectus exui volo: volo uni fidei consuli, &, vel cum dispendio existimatio-
nis amici, parentis, patriæ, uni litari veritati. Duram legem: aliquis dicet. sed est tanti Veritas; quam tollere, aut per spe-
cieū cuiusdam φευδωνίας prudentiæ, vel mendacii officiosi,
violare, tanto majus nefcio quid est, quam Solem de mundo
tollere; quanto Deus creator omnium, totius veritatis au-
tor, atque adeo, ipsa veritas, Sole major. Hanc legem
quum principio operis sibi pariter & omnibus Annalium
conditoribus imposuisset; per universam deinceps scriptio-
nem exactissime semper & religiosissime eam ipse servavit:
neque fuit quisquam adeo illi charus, cuius gratia libertatem
suam & παρέργσιαν oblivisceretur. Aratum Sicyonium Reip.
Achæorum principem, paullo ante hujus ætatem Græcia
omnis erat mirata; virum integritate, industria, rectitudine
consiliorum, ac plerisque aliis magni politici ducisque lau-
dibus, præ cæteris æqualibus suis, ornatum. Achæi verò
tot beneficiorum ab Arato in suam Reip. collatorum me-
mores, fato functum ad sempiternam memoriam conse-
crarunt, & omnes heroibus deferri solitos honores ei de-
creverunt. Hunc talen virum Polybius præcipue videtur su-
spicisse; quod ex locis pluriinis operis istius facile potest in-
telligi. at non eo secius tamen Arati peccata commemorat;
tar-

tardum in consiliis excogitandis vocans ; ignavum in rerum inceptionibus ; parum firmum ad micantium gladiorum conspectum ; salutis sociorum negligente ; auctorem unicum clavis ad Caphyas acceptam : neque parcit dicere, tropaeis illum contra se positis totam Pelopis peninsulam impluisse. Philippum Demetrii F. regem Macedoniæ modò laudat, modò vituperat : & utrumque facit exquisite. judicii vero inconstantiam non semel deprecatur ; gravissimasque hujus varietatis caussas, & cum de hoc, & cum de Arato loquitur, profert in medium. Nulli videlicet mortalium ita superos induluisse, ut non interdum, si minus saepe, aliud agat ; aut male agat. quin humani ingenii eam esse conditionem, ut non solum in diversis virtutibus idem homo appareat alius atque alius : sed etiam in eadem saepe aliquis sibi sit dissimilis. idem fortis in defendendo ; ignavus in aggrediendo : animosus in singulari pugna ; cunctator in publica : ad Martem apertum aptus ; ad infidias ineptus : audax in terra, trepidus in mari ; constans adversus irruentem hostem ; pavidus in excipiendo cervo aut apro. Mens præterea unicuique talis, (divinitus Homero dictum) quam in dies singulos Deus suggerit. non igitur personas agentes spectare historicum debere ; sed factis orationem suam adæquare. Ut enim Phidas materiam ad statuas, aurum vel argentum ab Atheniensibus sumere solitus, non ipse domo suppeditare ; & floridos colores dominus pingenti olim præstabat ; sic rerum gelatarum scriptores, non faciunt ipsi operis sui materiem, poëtarū more ; sed ab iis accipiunt, qui scribenda gesserunt. Ergo etiam optimi quique viri interdum venient culpandi : pessimi quique, rarenter fortasse, at venient tamen nonnunquam laudandi. Eapropter reprehensus à nostro est Timæus, ille historicorum maledicentissimus, quod Agathoclis tyrannorum omnium, quos Sicilia tulit, immanissimi, dotes ingenii & facta laudabilia vel dissimulasset, vel in contrarium detorsisset. an Polybius vir

integerimus tyrannidem Agathoclis probabat? ille vera non magis hunc probabat, quam Aratum oderat. Sed aliud est tyrannidem commendare, aliud egregie factorum exempla, à quocunque tandem profecta, sive amico, sive hoste, aut excellentem ingenii præstantiam, non sinere indictam. caullam affert Polybius: quia fallere non minus videtur, qui gesta præterit sciens, quam ille qui nunquam facta fингит. Pari item ratione Sozomenus Ecclesiasticæ historiæ auctor, orthodoxorum hominum contentiones, jurgia, perfidiam multorum, & alios defœdos nævos narraturus, οὐελοχάχη προαιρέτεως opinionem deprecatur: non enim illa se scribere, quod voluptate in ex talibus caperet; sed volente in nolente; quoniam infecta reddere quæ facta essent, non posset; quæ gesta autem essent, silere; hoc verò esset veritatem prodere & historiæ legitimæ jura corrumpere. μάλιστα, inquit Sozomenus, τὸν αἰλυθέας ἐπιμελεῖσθαι χρεῖν, διὰ τὸ τὴν ἴσοριας αἰτιῶδηλον. & iterum, πάντα δεύτερα ποιεῖσθαι τὸν αἰλυθέας τὴν συγχρότεα προσήκει. Juvat unum adhuc commemorare candoris Polybiani testimonium, sed insigne. Erat Reip. Achæorum vetus cum regibus Ægypti fœdus; quod cum singulis eorum, modò conditionibus iisdem, modò multum diversis, fuerat renovatum. Accidit Olympiade CXLVIIII. ut Ptolemæus Epiphanes, ea de re legatum Demetrium ad Achæos mitteret. Scissa tum erat Resp. illa in factiones duas; quarum alterius principes censebantur Philopœmenes, & Lycortas nostri pater: alterius cum alii, tum Aristænus quidam. Quum parti Philopœmenis amicitia Ægyptii probaretur; fit decretum de renovando fœdere; eaque fine Lycortas ad Ptolemæum mittitur. it Lycortas; redit; legationem renuntiat. Aristænus, qui fœderis simpliciter fieri mentionem audiret; gnarus plures ac diversas pro temporibus fuisse ejus formulas; petit in concilio à Lycorta, ecquodnam è multis fœdus esset instauratum? ad hanc inimici vocem silere Lycortas, nec quod mutaret

tiret invenire. evenerat enim stupenda quadam Philopœmenis atque ipsius negligentia, & consiliariorum Ptolemaei parili stupore, aut, quod potius arbitrer, & verius est, astu, ut totum illud tanti inomenti negotium, temere, sine ulla distinctione transigeretur: quod gravissimum peccatum, in ejus loci præsertim & dignitatis viis, magna & justa utrumque ignominiae macula aspersit. Hanc historiam Polybius ita narrat, quasi de hominibus loqueretur, nulla notitia sibi conjunctis: qui tamen alterius erat filius; alterum parentis loco semper coluit. sed memor vir sumimus legis à se rogatae, maluit in historia veritatis amicum se probare, quam φιλόφιλον aut φιλοπάτορα. Non vivebat, opinor, Lycortas, cum illa filius scribebat: sed si vel maxime vixisset, non fuit Polybio verendum, ne hac ingenua libertate patrem offendiceret. Levia ingenia quia nihil habent, nihil sibi detrahi patientur: magni viri, & fiduciam magnarum rerum habentes, adeo fidelium historiorum veritate non offenduntur; ut contra, suos ipsi errores & frustrations generoso animo profiteantur. Hippocratem à futuris capitis fuisse deceptum nesciremus, nisi ipse memorie prodidisset. Cæsarem magnum ignominia ingenitem ad Dyrrachium accepisse, & magnis saepe in tua Gallia, Domine, detrimentis fuisse affectum; nisi ipse narrasset, vix hodie sciremus. nam quæcumque Dio, aut alii scriptores, iis de cladibus scripserunt; præ iis quæ ipse dicit, levia sunt. Quod si memorias veteres replicare voluerimus, solos inveniemus Tiberios, Caligulas, Nerones, Domitionos, Comodos, qui fidei præclaros scriptores, Cremitum Cordum, Livium, Suetonium, Arulenum, Senecionem & his similes, exoscos habuerint. Illud vero in hoc auctore eximio, quæ eximium & insigne quod miraculorum commenta & omnein παρεδοξολογία acerrime insequitur: caussas vero cunctorum gestorum diligentissime scrutatur. nimirum ex eo quod posterius diximus, alterum illud prius nascebatur.

propterea enim osor extitit omnium præstigiarum, quas vulgus temporibus priscis mirabatur; quia rerum omnium & eventorum caussas vestigarat: quis autem nescit, antiqua paganorum miracula meras, ut plurimum, fuisse dæmonum illusiones, & humanarum mentium ludibriæ? Scilicet pro vero credendum, quod toties in aliorum monumentis historicis legimus, sanguine aut lapidibus pluissè; saxum visum volitare; bovinum esse locutum, & sexcenta istiusmodi portenta. quid ista? Hannibali & Scipioni Africano præsentem deum affuisse: illi Alpes superate nitenti atque hærenti, viam præivisse; huic Carthaginem novam temere invadenti, aquas maris subduxisse. Eleganter non minus quam verè solet Polybius dicere; scriptores Annalium, qui talia chartis suis illinunt, tragœdias non historias componere. nam ut tragicæ poëtæ postquam turbata sunt omnia, & fabula est impedita, atque ea facta est, quam Philosophus δέσιν ἐδράματι appellat; ut exitum inveniant, & spectatores absolvant, deo indigent & machina: sic imprudentes historici, ubi summos duces magna ausa concilio temerario, aut nullo, adoriri fecerunt; postquam ad rerum difficultates est ventum, ut se se expediant, tragico illo subsidio opus habent. Sed & vulgi imperiti caussasque rerum ignorantis opinio erat, hoc divini auxilii commento eorum virorum gloriam mirum in modum augeri, quos omni laude volebant honestare. historicorum autem levissimus quisque aut superstitionissimus, tenendo & oblectando lectori, mirabilia quam vera narrare præoptavit. est namque humanæ naturæ vitium, rara, inaudita, indicta, & ut ait Isocrates τὰς περιθύηλας καὶ δαυμαλοποῖας amare. At noster hic, solidissimi judicii vir, ut ista pro frivilis haberet, & contrariam narrandi viam ingredieretur; ille queim exposuimus veritatis amor, & notitia caussarum effecerunt. Qui igitur sciret falso dici primum Hannibalem cum exercitu Alpes tracieisse; quas multo antè

non

non semel Galli, Italiam petentes, cum magnis copiis superaverant; sciret etiam, prudentissimum illum Pœnum priusquam ex Hispania pedem moveret, missis ad Gallos, qui cis & trans Alpes habitabant, legatis; rebus omnibus tanto incepto necessariis providisse; narrationem illius expeditio-nis miraculorum quidem vacuam, sed summæ prudentiæ plenam instituit. Scipionem quoque priusquam ab Urbe proficisceretur, omnes negotiorum difficultates probe meditatum; non miraculo, sed admirabili quadam prudentia Hispanias domuisse ostendit: & eorum quæ scribit Lælium Africani assiduum comitem, diligenter à se de singulis interrogatum, tellem locupletissimum laudat. Innumera pos-sent alia huc afferri, ex quibus de sincera fide & judicio exquisito hujus scriptoris, planissime queat constare. instar omnium hoc unum esto. Legionem Romanam è qua-tuor millibus Campanorum compositam, quæ Rhegium insignito perfidiæ exemplo, belli Tarentini tempore, diri-puit & occupavit, totam postea à Romanis securi fuisse percussam, scribunt Orosius, Julius Frontinus, ipse etiam Titus Livius, necnon alii: noster contra, ccc. dumtaxat eo supplicio aff. Etos narrat, atque ejus sententiam verissi-mam certissimamque esse clare demonstramus in nostris Commentariis. quid igitur Latinos illos impulit, ut tam liberali mendacio veritatem interficerent, ut cum Ter-tulliano dicam? granditati videlicet rerum, quas expo-nebant, non simplici fidei studuerunt. Ut dubitare ne-mo debeat, Polybiōne, an aliis qui res easdem diverse pro-diderunt, plus auctoritatis sit tribuendum. rara, grandia & miraculosa plerisque illorum tradere posteris curæ fuit; nostro, vera, certa, & fructuosa, delectare illi lectorem suum; noster doctrina civili instruere, propositum ha-buit. Qui etiam loco non uno profitetur, de voluptate quidem auditoribus paranda, quam sribentium plerique sectantur, non admodum sollicitum se esse: utilitatis vero

ad vitam pertinentis, tantam rationem habere, ut ad eam cuncta referat. omnes igitur amoenitates & reficiendo lectori diverticula, in opere tam serio neglexisse; ut uni adhaereret rerum gestarum accuratae explicationi, & observationibus quae eodem pertinebant. Propterea historiam suam πραγματικὴν vocans, quod esset tota de negotiis gestis aut bellis; nec non ἀποδεικτικὴν, propter certitudinem narrationum; id se agere ostendit, ac si prius inculcat, ut velut artem quandam &, ut ipse loquitur, μελοδικὴν ἐμπειρίαν rerum gerendarum Politicis hominibus concinnet. Quamobrem, sicut verum est dicere, Polybium historiam sui temporis scripsisse; ita non minus verum est dicere, Polybium in historia quam scribebat, praxim politicæ doctrinæ & disciplinæ militaris exercuisse. Nihil ille, paullo præsertim majoris momenti narrat factum, cuius non afferat & antecedentes & cohærentes causas cur ita sit factum; aut cur eum habuerit res exitum. simul autem & modum accurate explicat, quo singula fuerint administrata. Hinc illæ non infrequentes digressiones, quibus aut naturam locorum declarat; qua non prius probe cognita, præliorum descriptiones, & similes expositiones, cæcæ, (nam sic ipse appellat,) sint futuræ: aut aliquod theorema politicum ex professio persequitur. Sic libro II. causæ queruntur mirabilis incrementi Reip. Achæorum. Sic libro IV. de miserorum Cynæthensium infelicitate, & ejus causis, multis differitur. Sic libro IX. de institutione imperatoris, & disciplinis magno duci necessariis doctissime disputatur. Sic libro X. ratio tota dandorum signorū per faces, qua multum, idque mirabiliter, usi sunt veteres, non solum exponitur, sed & novis inventionibus ipsius auctoris perpolitur. Sic libro XVII. cur phalangem Macedonicam, creditam prius esse invincibilem, & quæ revera talis natura sua erat, Romanæ legiones saepe vicissent, pulcherrime docetur, ejusq; rei causæ manifestissimæ certissimæq; afferuntur. Sic multa passim de officio historici, & legitimæ historiæ natura, inseruntur. Totus

etus quoq; liber sextus, digressio quædam est à proposita narratione: sed, Deum immortalem, quām ex usu, quām docta, quām divina! cum qua si componantur omnes omnium auctorum digressiones, nihil simile invenias, nihil ulla ex parte comparandum. Exposuerat prioribus libris Polybius, quomodo Hannibal Italiam ingressus, populum Ro. tribus continuis cladibus ad Ticinum, ad Trebiam, ad Thrasymenum, iisq; magnis attriverat, & quarta insuper Cannensi, oīnnium longe maxima, pene deleverat: eò certè redegerat, ut emersus ex illo miserrimo statu nunquam videretur. emersit tamen, & cum adversa fortuna aliquandiu luctatus; mox & Hannibalem Italia expulit, & pace cum Poenis in suas leges facta, ad spem imperii Oībis terrarū sese erexit. Rei igitur stupendæ, & omnibus saceruiis inauditæ caussam eo libro aperit noster: caussa autem erat, ipsa Reip. Ro. forma & scientia bellandi; quæ duo capita sic à Polybio explicantur, ut vel solus ille liber, qui nullo satis æstimari pretio queat, doctrinam, judicium, peritiam pacis bellique artium, & suminam auctoris prudentiam arguat. Atque hoc in genere illud cum primis observatu dignum; quanta cura Polybius lectorem suum ad contemplationem verarum caussarum subinde revocet, unde successus sive læti, sive illætabiles manant: quanta item multorum veterum (atque utinam horum tantum) opinionem stultam, de Fortuna pendentium, reprehendat & confutet. Non enim pati poterat tantus prudentiæ magister, in res humanas induci cæcum illud cæcorum hominum πλάσμα καὶ εἴδωλον, ut Democritus vocabat, quod Nullum numen habet si sit Prudentia. Clamat igitur noster, Τὸν μεγάντων Τύχην αἰπᾶς αὐτοῦ, φαῦλον. Fortunam facere caussam eventorum, amentia est, quippe sapientibus, & qui rectis consiliis utuntur, haut magni Fortunam momenti esse; aut potius Fortunam, quæ nihil sit, nullam intervenire: non enim casibus regi, sed regere magis prudentem casus: mentem, rationem, virtutē, pietatem dominari. Qui si aliquando

parum sibi videtur constare, Fortunam ipse quoque nominans, & viam illius agnoscens; non tam sententiae errorem eum esse; quām loquendi consuetudinem quandam, abunde probatum est in nostris Commentariis. Ubi etiam illorum errorem supinum atque insanum magnum validissimum rationibus confutavimus, qui male de diis & divina providentia Polybium sensisse, autem sunt scribere. Adeo homine imperito nihil quicquam injustius. Quid injustius, quām ἀθεότης ἀ male feriato Politico & Theologastro omnis humanitatis imperitissimo eum virum damnari, qui Arcadiæ patriæ suæ præcipuum decus ponat εὐτῷ εἰς τὸ θεῖον εὐτελεία, in pietate erga Deum? qui locis sacris belli tempore non parcere, ultimam sceleris atque immanitatis lineam putet? qui pacis post diuturnum bellum insecuræ, primum & omnium pulcherrimum fructum agnoscat, ædes sacras dirutas aut collapsas instaurare; neglectas divini cultus ceremonias in usum revocare? qui civitatis bene & legitime ordinatæ priuam omnium conditionem ponat, ut in ea religio vigeat? qui magnitudinem imperii Romani pietati illius populi ferat acceptam? qua quidem usque eo Romanos vult excelluisse, ut etiam superstitioni sapientum judicio videri possent: verum, quām superstitionem alii vocant, inquit, ea est apud Romanos ὑπερέολη πιetatis. qui toties bona bonis provenire, malos male perire, bene consulta parum bene interdum cedere παρὰ θεῶν καὶ δαμωνίς, Dei nutu atque numine, pronuntiet? qui denique omnia miraculorum commenta ex historia quam πρᾶγμα λικέω appellat, quum studio magno eliminet; verbis tamen disertis libro xvi. ea miracula, quæ ad firmam opinionem de deo ejusque potentia, pertineant, & admittat & commendet. Poterantne à misero ethnico illustriora inclinati ad pietatem animi proficiisci testimonia? Sed ut melius constet, qui fuerit Polybii sensus, quæ sententia super quæstione tam gravi de rerum humanarum gubernatione; verba Suidæ, hominis Christiani, qui diligentissime illius

scripta

scripta legerat, heic describam. *Fortuna*, ait ille, *apud Graecos & paganos, est gubernatio mundi sine ulla providentia: aut rerum cursus ab incertus ad incertum, & id quod casu sponteque evenit. at nos Christiani Deum omnia administrare confitemur: idque etiam Polybius dicit.* Pudeat nunc eos, qui crimen adeo tetur tam bono scriptori ausi sunt impingere. Pudeat illum Politicum, qui audire Christianus quum vellet, de causis conversionum quæ imperiis accidunt, tam infeliciter & absurde pronuntiavit, ad numeros lectorem suum revocans; quām docte & graviter Polybius libro sexto; cum futuram olim mutationem in Romana Rep. cuius florentissimam tunc cum maxime ætatem ipse videbat, centum fere annis prius quām eveniret, verissime prædictit. Post tot tantasque & eas adeo insignes rerum virtutes, facultatem dicendi in auctore tam nobili laudatum ire, pars fuerit injuriæ. in quo nulla quum eloquendi virtus rerum scriptori necessaria desideretur; hoc fundamentum ingentibus illis quas ostendimus superstructum molibus sic obruitur, vix ut appareat. Non deest, sed non eminet in Polybio facundia. nihil verò est iniquius illis, qui nullam putant esse eloquentiam, nisi ubi nihil est præter eloquentiam. Semper mihi apprime placuit Diodori Siculi sententia, vehementius in historico eloquentiae studium improbantis. Verborum enim curam nimiam, rerum fere par sequitur incuria. Oratio vultus animi est. ut hic fuerit gravis aut solutus, ita etiam illa vel severa erit vel mollis. Polybii ingenium verbo judicavit excellens auctor Strabo, quum illum appellavit ὁ γραπτὸς ἐπογδαστὴρ ἀνδρα, virum adeo serium, & rebus seriis deditum. nam hoc voluit Strabo, non dubitabunt periti de rectitudine hujus judicii & elogii veritate, qui diligenter expenderint. inept sane in hujus scriptis gratus quidam sine ullo fuso veritatis color, & quod Græci Critici appellant τὸ ἐμπράχλον καὶ τὸ εὐαλκῆς τὸ εὐαῖν. Evidem rideam an indignar nescio, quoties apud Dionem Pharsalicæ vel Philippicæ aut similium

lium pugnarum descriptiones lego; in quibus eloquentiæ plurimum, bellicæ verò artis & Tacticæ peritiam nullam penitus animadverto: ut de historicis aliis nihil nunc dicam, ne Dionis quidem ullo pacto comparandis. Dares eadem prælia Polybio describenda. in re eadem, nihil idem diceret: omnia alia & diversa. neque enim eo proposito ad præliorum descriptiones accedit, ut in depingenda negotii facie rhetoricitur: verùm ut, ceu Xanthippus aliquis Tacticus, usum ejus disciplinæ in ipsis rebus lectorem doceat. causas hinc victoriæ, illinc clavis ob oculos ponat. quid in eligendo belli campo, quid in ordinanda acie quid in subsidiis disponendis, quid in procurrendo concurrendō: e, aut excipiendo hoste bene aut secius fuerit factum: quis levis, quis gravis armaturæ fuerit usus: equitesne an pedites ad summam operis plus momenti attulerint. Ad harum rerum expositionem si orationem noster adhibuit nullis calamistris inultam, nullis fractam cincinnis, ac ne diligentius quidem comptam, sed masculam & quodammodo militarem, opus, credo, censorū fecit. Ut poena quædam sunt suaviter aspera; & in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat; sic in seriis magnisque scriptoribus minus interdum culta dictio, non sine austeritate quadā juvat. Et est sane Polybiana dictio ejusmodi; in qua multa verba, multas observo locutiones in casulis natas, & gloriosum illum Martis pulvrem, potius quam rhetorum lecythos & pigmenta redolentes. quidni autem? maluit Polybius exercere in agendis rebus quantum habuit eloquentiæ, quam inerti otio sese dare, ut sequeretur, quantum ejus poterat per ingenium consequi. Nam quid aliud ab eo exigas, cui paullo post quam ex ephebis excesserat, legis annariæ gratia facta est à concilio Achæorum, ut negotiis se immisceret, ac legatus in Ægyptum cum patre Lycorta & Arato Arati F. proficisceretur? factum est hoc decretum, circa principium Olympiadis CLæ. Unus, credo, fuit ex omnibus antiquis Dionysius Halicarnasseus, qui propter dictiōnis incuriam & mi-

nus accurata in verborum comprehensionem, tantum virum impoliticæ notare sustineret. cuius Critici putidæ morositati, sic alibi respondimus, ut æquis judicibus nostrum judicium probatum iri confidamus. Neque tamen nævos, si qui sunt in hoc pulcherrimo corpore, dissimulavimus. nam equidem sicut eos qui maligne scripta aliena tractant, scelestos & publica omnium execratione dignissimos censeo; ita qui sine cura discriminis omnia pariter laudant, sine judicio in literis versari, & illa ipsa quæ laudant, cur sint laudanda non intelligere, persuasum habeo. Et fuit quidem felicitatis populi Romaniani pars non pœnitenda, sempiternæ gloriæ pereum virum fuisse commendatum, qui ipse quoque in eo ornando propriam ingenii gloriam erat consecuturus: sed & Polybii magna prorsus extitit felicitas, in ea tempora incidisse, quæ materiam dignissimam facultate & copia sua ipsi subinistrabant. Scitum vetus est; omnium imperiorum, sicut cæterarum rerum humanarum tria esse tempora; primordium, summam incrementi, inclinationem ad interitum. Græci melius, ἀρχὴν, ἀκμὴν, παρακμὴν aut φθοράν. hæc quum natura sint diversa, etiam scriptoribus admodum diversam ad scribendum materiam suppeditant. Principia, incerta, fabulis involuta, tenuia: semper enim, modò priuinxue nascientia sunt minuta. postrema tempora, ipsa quoque, sed ex alia caussa, attenuata, & vitiis deformia; utpote exitio propinqua. solum est medium tempus, quod vigoris florem obtineat; sive ad experiendum, sive ad scribendum, aut cognoscendum, pulchrum & optabile. Resp. Romana, ut observat Polybius, si qua ulla unquam alia omnes temporum diversitates secundum naturæ communnes leges est experta. quæ ab obscuris, fabularum plenis, & oppido exilibus profecta principiis, per annos ferme 15 cum populis Italæ perpetuum quasi bellum varia fortuna gessit. Tantè molis erat Orbis terrarum dare caput. deinde ubi se mel pedem extra Italiam extulit, dictu mirabile, quanta cum sua gloria, quanto

cum

cum stupore tunc viventium & videntium, Europam, Asia, Africam, triumphis peragratas, dominationi suæ subjecerit. Hæc fuit & Reip. & virtutis Rom. ἀχμὴ, & præcipius vigor. quod tempus vulgo historici ad c.c. usque annum extendunt. sed spatii hujus ultima civitatem sanguine civili fœdatam habuerunt, & luxu, postquam victores Asia capta cepit, multisque aliis vitiis corruptam. Eam partem Polybius non attigit, non vidit: qui ipsam dumtaxat ἀχμὴν & ἀχμῆς, ut sic dicam, & purissimam laudatissimamque partem florentis Reip. Ro. ad occupandum ingenium, singulari felicitate aurei illius temporis, materiam est nactus. Quare historiæ hujus non postrema hæc laus est, quod in parte versetur rerum Romanarum longe nobilissima; sive virorum virtutem species, sive publica instituta, aut mores, sive gestorum magnitudinem. Quum autem inter excellentis historiæ conditions doctissimi veterum hanc cum primis ponant, ut certi intervallo temporis circumscribatur, & à notabili principio ad notabilem finem perducatur; hanc historiæ legem, (ut quidem illis placet) à Polybio mirifice esse observatam, invenimus. Ille principio cum ad scribendum animum appulit, annorum LIIII. res gestas suscepit explicandas; ab anno primo Olympiadis CXL^a & initio belli Punici II. ad finem belli Persici, & regni Macedonici ultimam eversionem. quo spatio affirmat Polybius, & incepisse & consummata esse imperii Rom. incrementa. rectè: si modò intelligatur, ut in nostris Animadversionibus est expositum. Gestæ igitur sunt eo temporis intervallo, tot tantæque res, quot & quantæ nullo unquam sæculo pari numero annorum. Ante omnia bellum occurrit Punicum II: bellum, viiib[us] partium, generositate ducū, magnitudine cladium, varietate casuum, eventorum consequentiā, omnium quæ ubivis terrarum gesta unquam sunt, maximum. finem hujus initium Macedonici cum Philippo exceptit; ob veterem Macedoniæ Regum famam, & Magni Alexandri gloriam, bellum nobilissimum.

Secuta

Secuta sunt, Antiochicum & Ætolicum; illud cum rege Asiae opulentissimo, & terra marique vi copiarum ingente instru-
ctissimo: hoc cum populo omnium ferocissimo, & qui bel-
landi decus sibi uni vindicabat, sequere eo nomine in poten-
tissime jaetabat. his interjecta sunt minora jam alia bella cum
Insubribus, Bois, cæterisque Gallis trans Alpes Italiam in-
colentibus. Postremum fuit Macedonicum alterum cum
Perse Philippi F. in quo illa antiqua Macedonum regia, cui
aliquando Ηνελλας αυτη συμχρόνοις καικτέριον immo vero, cui
capiendæ Orbis terrarum olim parvus erat, exemplo peni-
tus miserando, est extincta. Tum primum omnes & Ori-
entis & Occidentis nationes attonitæ, magnitudinis Romanæ
stupore ceptæ sunt defigi; ac vim ineluctabilem fatorum in-
telligere, quæ Po. Ro. imperandi honorem deferebat; sibi
parendi necessitatem imponebat. Quæ admirabilis rerum
universi mundi conversio, Polybium initia impulerat, ut hoc
tam memorabili fine historiam suam terminaret: paucis tan-
tum annis insecuræ pacis adiectis; ut quam modis omnibus
laudabilis esset forma regendi imperii qua Po. Ro. utebatur,
& cunctis quidem omnium sæculorum gentibus, sed præci-
pue Græcis suis testatum faceret. Ac quoniam non unius tan-
tum populi hujus res peragere instituerat; sed Romani qui-
dem primario; deinde autem & cæterorum totius Orbis po-
pulorum omnium, paullo saltem nobiliorum; multa de regū
Syriæ, Ægypti, Ponti, Cappadociæ, Persidis, aliarumq; gen-
tium rebus, ordinem secutus temporum, inservit, propter
quæ, opus suum καισαρικὴν ἴσοπίαν, quasi, universalem histo-
riam dicas, jure nominat. Est hoc quoque historiae Polybia-
næ grande atque insigne decus; quod non de una tantum aut
altera natione fuerit instituta; verum de omnibus quæ toto
Orbe illis temporibus noscebantur. Cujus generis historia,
quum reliquas ejus formas tantum dignitate supereret, quantū
parte aliqua sui totum est præstantius; iis cum difficultatibus
est conjuncta, ut post hominum memoriam perquam pauci
fuerint

fuerint reperti, qui oneri tanto subire auderent; quorum autem humeris onus illud bene federet, paucissimi. Plane insitatem animi magnitudinem, & parum vulgo consuetum ingenii modum præ se fert, qui universalis historiæ, qualem Alphonsus X. Castellæ Rex solitus optare, scriptionem *τραγῳδίαν* aggreditur. Proprias vero laudes ejusmodi historiæ, si commemorare velim, nimis longum faciam: & preclare noster hic ea super re nonnulla operis sui initio. Vel illud quantum est, quām admirabile? posse aliquem mortaliū, illam Dei ter maximi πολυποίκιλον & inenarrabilem sapientiam, quæ non unam aliquam aut alteram regionem, sed vero mundum universum regit ac temperat, quasi vestigiis persequi, mente capere, & stilo enarrare? quid de populis Orientis, quid tempore eodem de Occidentis divina statuat providentia; quid vel sublevandis vel premendis ad Aquilonem Austrumve gentibus, eadem decernat. Tot res, tam varias, vel animo posse capere, magnum sit: quid componere inter se, in ordinem digerere, & in unius historiæ faciem concinnare? Hoc demum illud vere est, quod initio dicebamus, ministrum providentiæ divinæ in terris agere. Polybius igitur, tantis de rebus tam exquisitæ formæ historiam quam moliebatur, ultra illos LIII. annos, & paucos alios pacis curam suam non extendebat. qui tamen eo labore perfunctus, novam historiam annorum circiter octo, eorum bellorū quibus ipse, ut plurimū interfuerat, priori subtexuit: à principio Celtiberici ad deletam à Mumino Corinthum, & in formulam provinciæ redactam Achaiam: necnon ad Carthaginem paullo ante à Scipione captam, & solo æquataim. Scripsérat & de bello Numantino; sed separato à perpetua sua historia volumine, ut auctor est Tullius. Porro universum quod modo exposuimus argumentum, libris XL. Polybius fuerat complexus; vel potius duodequadraginta. primus siquidem & secundus, Apparatum ad historiam primario suscepit, non ipsam historiam, continent. Nam quia Græcis homini-

hominibus illa ætate res Romanæ, sua memoria vetustiores, parum erant cognitæ, prudentissimus scriptor ex usu futurum putavit, si Reip. illius tempora strictim attingeret, à capta Roma per Gallos duce Brenno, ad primum extra Italiam cum classe transitum: & paullo uberioris à prima trajectione in Siciliam, quando bellum Punicum primum est conflatum, ad Punici II. annum primum, quas ille res cum Græcanicis aliorumque populorum ratione temporum congruentibus, in illa duum librorum Præparatione comparavit. At quām dolendum, nec sine indignatione summa memorandum, quod auctoris tanti tam excellens opus superiorum sèculorū Barbara ignorantia magna ex parte nobis invidit? Quando id vulnus Reip. literariæ fuerit impositum, difficile est pro certo affirmare. Constantium Porphyrogenitum, Pandectarum Politicarum ex historiis compositorem, integrum opus habuisse, nullus dubito. Suidæ quoque grammatico, suum illum Centonem contexenti, reor equidein totum Polybium ad manum fuisse. idque satis manifesto è fragmentis potest cognosci, quæ inde collegimus. Nunc, proh dolor! solos quinque primos libros, quales auctor reliquerat habemus: cætera varia manu interpolata ad nos pervenerunt. Tres operis totius partes distinctas editio nostra exhibet. Prima est eorum, quos modò dicebamus quinque librorum. Sequitur altera, Excerpta continens à v. fine ad principium XVIII. ipsam, nisi fallor, illam Epitomen, quam Marcus Brutus conficerere orsus, non perfecit. qua de re plura nos alibi. Tertia quoque pars Excerpta complectitur, sed diversi generis: sunt enim illa ipsa loca laudabilia, quæ viri eruditij, jussu Imperatoris Constantini excerpterunt, ut titulo operis novi XXVII. exemplis Legationum destinato, inscrerent. Quis satis pro rei magnitudine jacturam hanc queat deflere? Habent quod doleant qui literas Græcas amant, tam bonū ejus linguae auctorein tam male fuisse acceptum. Habent historiæ Romane amatores, tam accuratū illius scriptorem tantum detrahentes.

esse passum. Habent qui res Syriacas & totius Orientis, regum successiones, defectiones Satraparum, bella ab Antiochis & Ptolemæis gesta, multorum item aliorum sive Principum, sive civitatum res, hodie sciunt majore ex parte ignorari. Habent etiam illi, qui in Ecclesiastica historia Maccabaïcorum temporum recte capienda, quantum sit hodie difficultatis ex inopia veterum historicorum, non nesciunt: & quantum illi lucis Polybii historia, si integra extaret, foret allatura, ex iis quæ supersunt facere conjecturam scibunt. Omnium vero maxime quod doleant habent, qui gesta majorum eo animo legunt, ut ad vitæ usum illa referant; quique doctrinæ civilis & bellicæ seriam cognitionem prætantissimum historiæ legendæ fructum putant: neque nesciunt, suis potissimum utilitatibus eximium hunc & πολιτεύτων scriptorem ivisse consultum. At enimvero cui bono amissa deflere, nisi eorum desiderio excitentur generosi adolescentes, ut tanto diligentius quæ restant velint cognoscere, & hoc Dei beneficio perfrui? Desinant igitur inutilium querellarum veræ doctrinæ candidati; & Polybiū quem nunc Majestati tuæ, DOMINE, offerimus; non illum quidem integrum, sed qualem tamen nemo adhuc vedit, grati excipiant: quodque pars adeo luculenta excellentissimi hujus auctoris naufragio sit erepta, eo nomine gaudeant, & publicæ rei literarię gratulentur. Nos quidem totam Polybii Historiā non damus: sed vel in tota eminebant, ea sine dubio damus. Et formam quidem universæ scriptionis, ipsumque adeo auctoris genium, è prima nostrę editionis parte, quæ integra & sine imminutione ulla notabili ad nos pervenit, licet hodieq; cognoscere. Multa studiosi in duobus Præparationis libris invenient, nusquam alibi tam bene descripta; quædam omnino apud nullum alium, neque Græcum neque Latinum, invenienda. Punici princi historiam non plene quidem ibi narrat Polybius; neque enim id agebat; ita tamen, ut hodie in tanta honorum librорū paucitate, plura de eo bello unus hic quam alii

alii omnes nos doceat. idem de bellis quæ Romani cum Gallo-
lis in Italia degentibus gesserunt, est cendum. Licybi ve-
ro Carthaginiensum, multis nominibus cum primis meino-
rabilis, historiam uni huic debemus. Reip. Achæorum quon-
dam illustrissimæ, primam institutionem, augmenta, & for-
mam ex eodem Apparatu cognoscimus. Tres qui deinde se-
quuntur historiæ legitimæ primi, propter subjecti magnitu-
dinem, varietatem ingentem, accuratam ejus tractationem,
doctrinæ quæ civilis quæ bellicæ uberrimam copiam, ut eos
magni duces & Politici diligentissime sæpiissimeque versent,
merentur. Secundæ & tertiaræ partis Excerpta, ossa & ner-
vi sunt, carne & cute nudati. decus formæ abest, & illa vivi
corporis venustas: unde tamen fructus feramus ubertimos,
abunde adest. Mihi quidem videtur M. Brutus, sive est alius,
magno judicio usus, in iis feligendis quæ Politico informan-
do erant accommodatissima. Iccirco librum sextum totum
paucis exceptis sibi ac nobis descriptis: quod de illius præ-
stantia & utilitate recte judicaret. plane totus ille liber
omnibus Principibus, ducibus & Politicis non legendus,
sed ad verbum est ediscendus. Legationum Excerpta quam
potissimum utilitatem spondeant, ipso titulo profitentur. in
eum namque finem fuere confecta, ut viri Politici quorum
industria in simili ministerio summi Principes utuntur, do-
cumenta inde sumerent, sibi usui futura. Scire quæ sint lega-
ti partes, quis usus datæ potestatis, quæ illum circumstent
pericula, doctrinæ politicæ pars minimia non est. Exposui
causas, D O M I N E , cur Rempub. cogitantibus & cum
utilitate omnium, suaque laude sive domi, sive militiæ
eam administrare cupientibus, Historia quidem præ cæ-
teris disciplinis studiose sit cognoscenda; è cunctis verò il-
lius scriptoribus, qui vetustatem pertulerunt, Polybius præ-
cipue notus ac familiaris esse debeat. Non erat alienum
huic loco, ut inter hunc cæterosque historicos, tam Græcos
quam Latinos; quid quantumque intersit, (& interest sane

haut parum,) quid inter hanc & illorum Historias sit discriminis, expenderemus. Facit enim ad rem si quid aliud, cum in omni studio, tum in isto non minime, de auctoribus singulis, eorumque scriptis, quid sit sentiendum ex veris principiis statutum habere. Verum quoniam longius jam nescio quomodo oratio nostra est provecta, ea autem quæstio, non adeo facilis, ut paucis queat absolvit; ne plane immemor videri queam, apud Majestatem tuam sermonem habere me, pulcherrimi argumenti, & ad cognoscendum utilioris, quam ad explicandum facilitioris, tractatione accurata in præsentia supersedens; illud interim omni asseveratione confirmare nequaquam verebor; non posse aliquem neque Græcum inveniri, neque Latinum ex illo meliore sæculo nedium è posterioribus, quem non aliqua legitimæ Historiæ laude, aut etiam pluribus, noster hic antecedat. Magnus sane scriptor Herodotus, & sine controversia historiæ pater: sed qui ad πολυμάθειαν & rerum antiquissimarum cognitionem plurimum; ad eam verò quam quærimus prudenter, non multum sit collaturus. Magnus & vir & scriptor Thucydides: qui à gerendis rebus ad easdē stilo persequendas quum sese contulisset; historiæ ad usum Politorum scriptæ mortaliū, credo, primus, exemplum post-futuris mirandum potius quam imitandum dedit. Sed vir maximus, par ingenio argumentum non habuit. qua quidem re tanto est Polybio inferior, quanto Græcia, hoc est angustus terræ angulus, cæteris omnibus antiquæ οἰκείων partibus est minor. ut de obscuritate dictionis Thucydideæ nihil dicam. Magnus Xenophon, & ejus oratio quovis melle dulcior. sed is belli pacisque artes in ficta historia serio docens, in seria & vera, de eo proposito ne cogitassem quidem videtur. Thucydideem ille continuat: verum ita, ut sit illi dissimilimus. accurasier idem in Anabasi: quæ tamen unius expeditionis narratio est, non alicujus imperii aut potentis Reipub. legitima historia. Magni sunt auctores Diodorus

Sicu-

Siculus, Dionysius Halicarnassus, Josephus. Sed prius ille in priore operis sui parte fabularem historiam quam persequatur; ne in altera quidem parte, licet præstantissima, eam rationem tenuit, quæ politico informando erat accommodata. aliud enim, non hoc, spectabat. quippe in magna ingeniorum diversitate aliud alii natura iter ostendit. Dionysius Polybii æmulus, à primis Romanorum oris temporibus, historiam suam eò perduxerat, unde noster, sæculo uno antiquior, suæ principium duxerat. Hunc aliquis cum Polybio putet componendum? qui nullam unquam Reipub. partem attigit; qui exercitibus nullis unquam præfuit; ac ne interfuit quidem, opinor: qui rerum usum experientiâ collectum nullum habuit: qui historiæ Rom. partem maxime exilem, maxime incertam & obscuram (ejusmodi semper esse primordia antea ostendimus,) in qua se exerceret delegit: qui denique omne suum studium dicendi paranda facultate posuit. Josephus, populi unius res gestas & casus memorabiles describit; breviter quidem & strictim in Originibus, uberior vero in altera Historia: qui vir eximius, si materiam ad agendum primo, deinde ad scribendum, quanta Polybio obtigit, foret natus; de dignitate & præstantia scriptoris merito suo dubiam atque ancipitem cum ipso palmam potuit habere. Magnus vel potius maximus Plutarchus: sed qui historiam πρᾶγματικῶν ex professio nunquam scripsit, in hujus cōparationem venire non est aptus. multo minus Appianus, qui neque propria multa habet, & rationem propositi toto genere diversam est secutus. Coccejum Dionem inter nobiles Græcæ linguae historicos possumus recensere: ita tamen ut propter omnia alia potius videatur laudandus, quam propter illa quæ in Polybio admirantur. E veteribus Romanis, qui usque in Græcorum ingeniorum cōparationem sunt evecti, magnus omnino auctor est Crispus Sallustius: sed quem Polybius propter amplitudinem & varietatem subiecti, judicii rectitudi-

nem, doctrinæ copiam quæ civilium rerum, quæ bellicarum, postremò propter illam quæ Græcis dicitur Ηγετάθεσις, quæque in historia vel maxime debet spectari, longe à tergo relinquit. quod si veritatem & libertatem judicij hodierna ingenia ferre possunt; is profecto fuit Sallustius, & vita & scriptis, qui omnium libidinum servus, sic aliorum vitiis perpetuo irasceretur, quasi invideret. inde est illud trux & violentum dicendi genus, quo lectorum mirifice interdum afficit, trahit, rapit. omitto dicere de ejus dictione, quam multi veterum valde laudarunt, multi non adeo, quidam vehementer improbarunt. Magnus, Deus bone, auctor T. Livius; lactea quadam ubertate dictio[n]is divinitus facundus; amans virtutum, osor vitiorum, rectus judicij, rerum togæ, rerum sagi, et si non ex usu neque experientiâ, egregie tamen peritus: dñique, siquid judico, hoc solum ingenium (de historicis loquor) populus Rom. par imperio suo habuit. cæterum tantus & tam admirabilis scriptor, ut eloquentia Polybium facile vincit, quod ingenuus fateor: ita aliis dotibus à Polybio non obscure vincitur. nam ut de libro sexto nihil dicam, & id genus aliis Polybii digressionibus; & Tæticæ impetratiā est ubi deprehendas; quod nostri Commentarii Polybiani dicent: & in causis rerum assignandis, à sincero nostri judicio, præ nimia superstitione non raro deflectens, aniles ineptias solidis rationibus, & certis illius demonstrationibus anteponit. illa quoque tam frequens & tam accurata portentorum enumeratio, annon eunden hunc animi illius morbum palam facit? ut non abhorreat à veri fide quod memoriæ proditum est à nonnullis, Gregorium Magnum, Pontificem religionis Christianæ propagandæ studiosissimum, hac tanti scriptoris ridicula superstitione offensum, ex omnibus Bibliothecis ejus historias curasse tollendas. Julium Cæsarem historicorum omnium in suo genere primum & maximum, propter instituti diversitatem prætermitto. Unus adhuc restat Romanorum Cornelius

nelius Tacitus, quem in hac contentione piaculum sit omisisse. Hic magni & acerrimi vir ingenii, novæ cujusdam, gravis, concisæ & sententiosæ eloquentiæ genere eximiè præditus; si à Fortuna non esset destitutus, quæ dignam ei tanta facultate materiam negavit; quemvis è principibus sive Romanorum, sive etiam Græcorum historico-rum videtur potuisse provocare. Nunc quum ejusmodi tempora constet ab eo, præsertim in Annalibus, esse descripta, quibus nulla unquam fuerunt turpissimis vitiis fœdiora, neque aut virtutum sterilia, aut virtutibus inimicia; cum Polybii Historia Taciti libellos velle comparare, hoc verò fuerit non Tacitum laudare, sed insignitam suam temeritatem propalam vulgare. Nam quid simile, quid ulla ex parte comparandum? non jam scriptores ipsos inter se contendo; quorum alter philosophus insignis fuit, rebus gestis vir clarissimus: alter, ut Romanus, ab omni philosophia alienus, nulla re publicè unquam gesta admodum memorabilis: sed de materia amborum loquor; quam ne-mo sanæ mentis hic præcipue spectandam negaverit. Ut enim Thersites quem Apelles aut Protogenes pinxerit, non eo minus est turpis, quia excellentis artificis penicillo est pictus; quin potius contra, eò magis conspicua est illius deformitas, quò præstantior est quæ effinxit manus: sic improborum scelestæ facinora cum à disertis viris sunt descripta, non minus quidem sunt detestanda, sed velut in editiore & illustriore loco posita, magis fiunt insignia. Quid igitur simile? Florem ipsum Romanæ virtutis, & ut dicebamus ipsam ἀκμὴν τὸ ἀκμῆς ejus Reipub. descripsit nobis Polybius: Regulos, Scipiones cum suis Læliis, Fabios Maximos, Marcellos, Paulos Æmilios, Flaminios, Metellos, Mum-mios, & similes his θεοειχέλαγες heroas: res domi militiæque gestas, omnium quæ ulla unquam memoria hominum sunt gestæ, maximas: provincias, nationes, regna, ad quæ vix imperii Romani nomen pervenerat, stupenda brevitate

temporis, imperio adjecta: exempla fidei, fortitudinis, iustitiae, generosae & altæ mentis adeo insignia, ut præ raritate apud posteros fides factorum laboraverit. Cornelius Tacitus Tiberios, Caligulas, Cladios, Nerones, Viteiliros, non homines, sed humanæ naturæ prodigia, nobis narrat: populum multiplici patientia & fecunditate obsequii turpissimum: Senatores, alios meditatis adulationibus gratiam principis captantes: alios sævitiae dominantis, vel turpiter inservientes, vel sceleste adrepentes; alios etiam infimas delationes exercentes, & optimo cuique exitium per calumniam struentes: plures somno & libidinosis vigiliis marcidos, segnitia sese ab invidia & periculo redimentes: postremo, ad unam rem fortis, mortem sibi consciscendam. Pleni sunt Taciti Annales non facinorum bellicorum, quæ ita raro edebantur insignia; quum non hostis metueretur, verum imperator; ut continuo exercitu in otio creditum aliquando sit, eruptum jus legatis ducendi in hostem: sed Senatusconsultorum adulatione novorum, aut patientia postremorum: pœnarum item honorum, ab iis principibus irrogatarum, qui ipsum si possent virtutis nomen excinderent. crimina Principum, voluptates, flagitia, incestus abominandi, lamentabiles veneni propinaciones, parricidia; aulicorum proditiones mutuae, criminaciones, conspiraciones, & similes artes accuratissime describuntur: quarum rerum non tam cognitio potest esse fructuosa, quam exemplum perniciosum. verissime enim de talibus Plinio dictum, parum absesse à docente eum qui narret. Sed Tacitum nascendi sors huic duræ conditioni alligaverat, (qua de re saepius ipse gravissime queritur,) ut vel silendum ei esset, vel ista scribenda. Tacitum igitur facile nos quidem excusamus: illos excusari non posse judicamus, ut qui unicum hunc historicum omnibus aliis anteponunt: unum Tacitum politicis hominibus assidue terendum pronuntiant: unum esse unde Principes & principum consiliarii documenta regendæ Reipub. petere

petere debeant. cuius absurditatem sententiæ si vellemus exagitare; facile probaremus, qui ita sentiunt eos tyrannidis principes hodiernos tacite accusare; vel palam tyrannidis instituta videri velle eos docere. Quid enim Principi, præsertim juveni, lectione illorum Annalium esse queat pernitosius? Ut bona exempla, si sæpe ob oculos versentur, proficiunt. etiam non sçientibus nobis; sic mala no-
cent: paullatim namque descendunt in animos, & vim præceptorum obtinet frequenter legere aut frequenter au-
dire. Sed longius abii quam institueram: redeo in viam &
ad Polybium. Hoc igitur scriptore adeo præstante, adeo
utili, ne diutius carendum esset generosæ indolis homini-
bus, qui literarum studium, cum actione rerum amant con-
jungere; Dei ope, & tuo, D O M I N E , qui hæc otia nobis
præstas, immortali beneficio; labore verò nostro immenso,
& inediocri industria, tandem est effectum. Erant infelicis
Polybii membra, quæ superiorum ætatum feritas Barbara fe-
cit nobis reliqua, huc illuc dispersa: nos collegimus, & ad si-
militudinem unius corporis, quoad ejus fieri poterat, rede-
gimus. Erant pleraque confusa, cæca & miserandum in mo-
dum corrupta: nos digessimus, temporum luce illustravimus,
& pro copia librorum veterum atque ingenii sanavimus.
Quam quidem ad rem iis exemplaribus quæ nobis Biblio-
theca tua suggerebat, non ita acquievimus, ut aliunde subsi-
dia non peteremus. Nam quum essem adimonitus, penes Se-
renissimum Principein, Franciscum Mariæ Secundum, Ur-
bini Ducem vi. eximiæ vetustatis codicem Polybii extare;
egismusque per literas cum amplissimæ dignitatis viro, Phi-
lippo Canio Fraxineo, tux Majestatis tunc temporis apud
Seren. Venetorum Remp. Oratori, ut ejus codicis usuram
mihi impetraret: adeo non gravate Princeps sapientissimus,
& quod jam olim re probavit, harum literarum & doctri-
næ Polybianæ peritissimus, quod rogabatur sicut à se aufer-
ti; ut literis quas ad me dedit singulari humanitate con-

ditas, diserte significaverit, studio gratificandi Majestati tuæ nihil sibi esse antiquius. Non parum instituto nostro codex ille, quo vix alium atiquorem hodie putem extare, fuit utilis. Juvit postea aliquid & exemplar aliud Serenissimi potentissimique Principis Maximiliani Boiorum Ducis: quod virorum gravium & amicissimorum nobis opera & favore sumus consecuti. Jam quia erat Polybii sermo, ut hominis Græci, plerisque eorum hodie quibus ipse scripsit, & quorum præcipue intererat posse illum intelligere, ignotus; neque ab interpretibus prioribus quicquam auxiliū poterat sperari; qui neque omnia verterant, & pleraque omnia perverterant: nos ut Romane loqueretur & quidem, si minus ornatè, at intelligenter tamen & caste; imprimis ut Græcis Romana congruerent; fide bona operam dedimus. Præterea, quum in ejus libris & multæ magnæ difficultates reperirentur, quæ lectorem, in Græcis literis rebusque antiquis, præsertim bellicis minus exercitatum, remorari, & lectionis fructum omnem poterant impedire; nos studio & diligentia contentione effecimus, (efficere certe conati sumus,) ut omnes sive rerum, sive & verborum obscuritates tollerentur, omnes remoræ amoverentur, omnia denique plana & facilia redderentur. Quin etiam memores eum auctorem interpretari nos, qui tot locis profitetur, sicut ostendimus, id aggere se, ut in historia scribenda arte in quasi quandam rerum gerendarum studiosis traderet: ipsi quoque ad istud incepturn hoc proposito atque hoc voto nos accinximus, ut eorum potissimum adolescentium studiis inserviremus, qui ad negotia sese parant. Itaque in horum spem gratiæ parum adhuc usitatum in istiusmodi scriptoribus explicationis genus, absit verbo invidia, aggressi rationem iis indicavimus, ac veluti præire viam studuiimus, quam si ingredi voluerint, certum ex historicis monumentis fructum, & ad rationes vitæ nequaquam pœnitendas utilitates poterunt referre. Sed de Commentariis in hunc auctorem

etorein nostris, quorum editionem remorantur hactenus partim molestiæ graves quibus nunc cursus meorum studiorum impeditur, partim figurarum sculptura, quas ad rerum bellicarum illustrationem necessario adhibuimus, alias erit, spero, dicendi locus. Animi interim mei velut pignus aliquod ut exhiberem, quod in illo nostro opere vererum Taciticorum libris plurimum utimur; aureolum ejus generis Commentarium, ab Ænea vetustissimo Tactico scriptum, placuit nunc edere, atque opes tuæ Majestatis, in Bibliothecę forulis reconditas, & præsentibus & futuris visendas fruendaque proponere. Hunc ego aliud agens quum invenissem, non statim credidi esse illius Æneæ, quem ante annos minimum mille & nongentos, ætati Aristotelis, Demosthenis & æqualium scriptorum supparem, memoria tenebam vixisse; ubi vero attentior lectio non esse lectio non esse falsum titulum mihi persuasit; inventione libri serio gaudens, & mihi ac literis gratulans, nullis vitiosissimi codicis portentis impeditri potui, quominus relictis rebus oblatum casu ἐρυγενη τοιούτῳ omnibus militaris literaturæ amantibus communicare.

EN igitur tibi, DOMINE, humillimæ observantiae meæ, & mediocris diligentiae in curanda provincia quam tua Majestas mihi imposuit, gravissimos testes, Polybium & Æncam: qui duo nobilissimi scriptores, quum & vitam se tibi debere fateantur; & omne id quicquid est, quod ad eos ornandos tuorum unus subditorum contulit, tibi, ut par est, ferant acceptum; tantorum beneficiorum nequaquam fore se immemores aut ingratos, sed tuæ erga omnes homines benignitatis, erga eos qui ingenio sibi auctore famam repererunt, liberalitatis, necnon cæterarum ingentium virtutum, quas dudum in tua Majestate universus Orbis stupet, apud cunctos populos & omnium linguarum nationes vocalissimos se præcones spondent futuros. Dicit Æneas; se militari scientia quondam clarum, per multa deinde saecula oblivione tam alta fuisse sepultum, ut ne nomine quidem esset notus.

quod

quod nunc aliqua saltem sui parte in lucem redierit, quod legatur, totum id regiae tuæ esse munificentiae. Dicet Polybius; multum se quidem olim Nicolao Quinto Pontifici Maximo debuisse, qui restitutionem suam & optavit & primus inchoavit: sed melius fata consuluisse, quod sui servati gloriam & decus integrum tibi servarint. Sibi enim augustissimi nominis tui auspiciis, favore & auctoritate esse opus, ut doctrinæ quam affert præstantiam cum aliis, tum imprimis nobilitati Gallicæ tuæ possit approbare. Enimvero, DOMINE, in hoc tanto arinorum silentio, in tam alta pace, qua tot jam annos immortali tuo, secundum omnipotentem DEUM, beneficio fruimur; quid est quod nobiles regni tui adolescentes potius current, quam hoc genus studiorum? aut quoruim auctorum lectioni potius quam horum & his similium otii sui tempora impendent? Est quidem nobilitati tuæ ea ferocia & generositas animi ingenita, ut illo suo impetu ipsum, quod ajunt, cælum diruere posse videatur: eadem tamen nihil se cius doctrina opus habet; sine qua etiam si quid, adjuvante natura, bene fiat, tamen id, quia sicut magnus dux apud Thucydidem ait, τὸ πιστὸν τὴν ἐπιτίμησιν scientiæ certitudinem non habet, ac plerumque fortuito fit, neque plenam laudem meretur, neque paratum semper esse potest. Omnino tutissimum regimen actionum est scientia, & notitia exemplorum; quæ dat animis certum judicium; quæ in manu regulam ponit, ad quam facta sua aliquis exigat; cui credat recta esse quæ fecerit. Ad hanc scientiam, DOMINE, tua Majestas in ipsa prope pueritia, sine longo magisterio, inaudita quadam bonitate naturæ pervenit. quippe adeo felix ingenium & capax recta discendi tibi Deus dederat, ut necessaria documenta ex ore doctorum qui circa te erant, aut lectio ne librorum, velut in transitu raperes. Alia igitur audivisti, alia legisti, in nonnullis etiam operæ plus posuisti. Quid quod Julii Cæsaris libros de bello Gallico, quum spei tuæ Florens Christianus esset admotus, in patrium sermonem illa

ætate vertisti? Vidi ipse, vidi, & manibus hisce admirabundus codicem tractavi, qui tuam illam interpretationem continens, tuamet ipsius manu non ineleganter est descriptus. Memini etiam dixisse aliquando mihi tuam Majestatem, Commentarios rerum abs te gestarum, esse tibi inchoatos: quorum perficiendi voluntas, si quando à publicæ salutis curis respirares, non deesset. O faxint utinam superi, & tu velis editione operis illius, tantis rebus gestis partam gloriam cumulare. nam quid dicendo valeas, & sermo quotidianus, & paucæ orationes ex ore tuo dicentis raptim exceptæ, arguunt, inimitabili quodam genere graves, & cum admirabili suavitate parem præ se ferentes majestatem. Eat nunc sui ostentatrix vetustas, & Julii Cæsaris jactet eloquentiam. Cæsar in privatis Laribus nato, in ea civitate educato, in qua ad consequendos honores plurimum vis dicendi valebat, & necessarium hoc fuit à literis præsidium, & facile parabile. Tua Majestas prosatoribus orta Regibus maximis, non ambitu neque suffragatione imperium meruit, sed nascendo. Cæsar ad Reip. gubernacula sero & jam ætate grandis accessit; Tua Majestas, quum jam inde à prima adolescentia in ipsam bellorum civiliū flammam incidisset; ubi se mel negotiorum fluctibus cepit mergi, nullum exinde tempus, nullum diem, nullam, pene dixerim, horam à gravissimis curis & sollicitudinibus liberam habuit. Nam quis bella à te gesta, quis pugnas, & pugnis numero pares victorias enumerare valeat? quoties tua Majestas cum hostibus acie instræcta & collatis signis, dimicaverit, quoties ex itinere & agimen ducent, quoties per aliam occasionē? qua quidem in parte tanta felicitate es usus, ut nullo unquam è conflictu nisi victor redieris: nanquam hostiles acies videris, nisi iamjam vincendas, aut jam per te vietas. Magnificum est & longe gloriofissimum, quantum habueris hostium, tantum posse ostendere te triumphorum. At invenient tamen prudentes alia in tua Majestate, quæ potius quam victorias tuas mirentur.

Majus

Majus enim profectò, quām viciisse est, causas vincendi in se habuisse : in quem finem & quatenus esset vincendum, quomodo victoria utendum, scivisse. Vicit olim Hannibal, vicit Marius, vicit Pompejus, vicit M. Antonius, vicere persæpe multi; quorum postrema primis quam non responderint, sci-re obvium est, plus illos Fortunæ, quām suæ virtuti debuissè. Non in facto vera laus est ; sed in eo quemadmodum fiat. Tua omnia gesta inter se congruunt ; omnia sunt unâ formâ percussa. Tibi quod imputet Fortuna nihil quicquam habet. Vicisti, quia in Deo exercituum spem & præsidium pio animo ponebas. Vicisti, quia non solum lacertis, viribus & armis pugnabas, quibus plurimum tui quoque inimici valebant; sed consilio, auctoritate, & causa, quibus illi rebus tibi pares non erant. Vicisti, quia cunctis perfecti imperatoris artibus instruētissimus, adversariis tuis longe præstabas. omnium castrorum munerum numeros & callebas, & cum erat opus, obibas: laboris, inediæ, algoris, vigiliæ patientiâ & in excogitandis consiliis sollertiâ, in exsequendis celeritate, omnes mortales anteibas : locorum opportunitates occupare, in bonis hærere & habitare tuis, tuo tempore locoq; prælium facere, hostem in alieno deprehendere, aciem ex usu disponere, & formam ex omnibus convenientissimâ illi dare; vento, pulvere, Sole pugnare, admirabiliter noras: in prælium quoties visa res postulare, prius ibas, prælio postremus excedebas: denique consilio dux, exemplo miles eras. Hæ sunt arter, quæ ut vinceret, ut in potestate Fortunam haberet, tibi præstabant. Hæc sunt, quæ magis in te quam tuas laureas, illi mirabuntur, qui non ex eventis, sed ex antecedentibus causis facta casusque magnorum virorū æstimanda norunt. Jam si urbes enumerare pergam, quas tua Majestas, vel obsidione aut machinis expugnavit, vel coronâ cepit, vel ingenioso aliquo stratagemate decepit, vel ditione accepit ; *Ante diem clauso componet Vesper Olympo.* Ego vero animi tui prope inauditam magnitudinem, non adeo ex iis quas cepisti urbibus posse

posse intelligi contenderim; atque ex iis quas capere quam posses noluisti. Gaudeant sane alii oppidorum eversionibus atque excidiis: augeant inde suæ superbiæ titulos. Tua Majestas, bono humani generis nata, amplificatis non labefactis, ditatis non quassatis, servatis non deletis urbibus, & vult propter ingenitam bonitatem, & potest, propter incomparabile fortitudinem, pari felicitate junctam, verè gloriari. Sunto igitur Principes alii Poliorcetæ, ut volent: dum tibi, DOMINE, divinum illuin & longe gloriosissimum ΣΩΤΗΡΟC ac CONSERVATORIS titulum relinquant. Nam cui potius quam tibi hoc cognomen conveniat? qui bellum semper aliorum pace mollius gessisti: qui nunquam non maluisti, fortunæ te pœniteret tuæ, quam victoriae tæderet: quem universæ Galliæ civitates, & quas cepisti ut servares, & quas non capiendo servasti, salutis suæ auctorem, vitæ, libertatis, & omnium fortunarum uno ore prædicant conservatorem. Ne de aliis nunc dicam, hæc ipsa urbs, hæc regia tua, & tot provinciarum caput, hæc Justitiæ & Musarum sedes, hic Europæ ocellus, Lutetia tua, illa quidem fidei suos erga Principes semper tenax, sed non semper libera, utroque à te servata modo, utra ex causa plus tibi debeat, incertum habet. Deum iminortalem! quæ fuit illius diei species, quo Urbem nec opinantem, tot armatorum millibus stipatus, composito, & modesto ingressus agmine, sine ullo terrore, sine ulla direptione, sine ulla noxa tibi illam asseruisti, libertatem suam ipsi reddidisti, hostem externū, cuius præsidio captiva tenebatur, sine tumultu, sine cede, sine sanguine, partim novitate exempli, cui simile nihil ætas ulla unquam viderat, attonitum & stupentem: partim nominis tui terrore perculsum, & virtutis tuæ fulmine afflatum, exire præcipitem, & longe terrarum facestere coegisti! Quis tantæ rei miraculum animo capere, nedum eloqui satis queat? Cujus urbis ruinam omnes timuerant; eam sola letitiæ significatio declaravit esse commotam. Ut enim yilis calculus decoctus, in sinaragdum mutatur; ita miles

miles tuus , et si longa patientia irritatus , egenus , viator & triumpphator ; tuis tamen moribus temperatus , tuo exemplo formatus , tua prohibitione cohibitus , Catone abstinentior , Xenocrate evasit continentior & castior . Victorem igitur te Lutetia vidit & obstu puit ; ipsa se victam esse non sensit . Urbē tu cepisti ; ipsa se captain esse non credidit . nihil enim eorum neque tibi neque tuo exercitui voluisti licere , quæ victori in vi ctos licent . nihil igitur illa eoru m est experta , quæ captis oppidis belli jure accidunt . ô fortunatū , ô auspiciem publicæ salutis diem ! Panduntur jussu tuo valuæ ædium sacrarum : recta è porta Majestas tua quod in Urbe augustissimum est templū adit : aris advolutus auctori hujus imperii & fundatori D^eo OPT. MAX. gratias agis : tuum exemplum populus tuus certatim æmulatur : fit concursus undique . quid multa ? junguntur cives civibus , & sub uno capite diversa Reip. membra coalescunt : victores & victi pari ambo fruentes gaudio , uno concentu , uno clamore , lacrymis præ gaudio per genas manantibus , PATREM PATRIÆ te consalutant . ô diem ad perpetuam rei memoriam à prudentissimis Ordinis amplissimi Patribus meritissimè consecratum ! cuius lætitiam , gaudia , gratulationes atque exultationes nemo tanta est vel ingenii copia , vel facundia qui possit enarrare . Adhuc tamen nonnullorum mentes , quos prava consilia & fervida temeritas ab officio longius abduxerant , stimulabat ille metus , ne si in tuo victoris animo , & rerum jam potentis , sensus aliquis præteritarum injuriarum , ut fit , resideret , male sibi foret consultum . Multa illi quide m , de tua benignitate & indulgentia audiverant ; sed terrori nihilominus erat commune illud vincentium sive jus , sive error , summum victoriæ fructū in vindictæ licentia ponentium . igitur inter spem metumq; ancipi tibus cogitationibus fluctuantes , lætari palam , dolere in sinu : modò bene sperare , modò tremiscere . Eloquar an filebo ? sed tacere me rei magnitudo non sinit : dicere gestientem verba deficiunt meritis paria tuis . Evidem hoc loco si poëta esse , pectus

pectus æreum mihi optarem, centum voces, & linguas in carmina centum; si orator, enthymemata Demosthenis, aut opulentiam Tullii; nunc qui nec poëta sim nec orator, verbis potius utar Johannis Papæ ad Carolum imperatorem scribentis, atque illud audenter dicam; non si omnia sylvarum ligna vertantur in linguas, suffæcturas tamen commemorandis clementiæ exemplis, quæ super humanam evecta fidem, in ipsa victoria, aut jam viætrix tua Majestas edidit. Claudio quondam Imperator, in Senatu Romano Romuli conditoris imperii admirandam fuisse sapientiam, hoc argumento probavit; *quod plerosque populos eodem die hostes, dein cives habuerint*. At quanto, bone Deus, major fuit tua sapientia, moderatio & clementia, qui etiam inter arma, etiam in acie persæpe, male sanorum civium, & micantium gladiorum mucronibus tuum latus potentium, quam maxime poteras sanguini pepercisti? postea vero quam quicquid fuerat inimicorum devicisses, ipsius victoriae victor, sic repente præteritarum noxarum memoriam depositisti, ut non solum victos omnes ea ipsa hora pro civibus haberet; sed hoc amplius, in pristinos honorum & dignitatum gradus omnes edicto restitueres; multos inter ministeria tua admitteres; multos in amicitiam & intimam familiaritatem tuam reciperes. Qui principem gratiæ locum apud te quum ex illo tempore semper obtinuerint, & nunc quoque obtineant; documento omnibus sunt quam sit tua Majestas in offensis exorabilis, in accipienda satisfactione facilis, in reconciliata gratia fidelis. non enim facile solum, sed etiam seinel placari soles. ô niveum, ô aureum pectus! ô animum vere magnum, cui remedium injuriæ, oblivio est, non ultio! ô mentem, ut verbo omnia complectar, vere regiam! Post tot victorias, tot inusitatæ merita clementiæ, quum jam omnibus qui ubique sunt mortalibus esset expressa confessio, scire te vincere, scire tuos hostes debellare, scire debellatis parcere; unus restabat scrupulus, qui tuorum animos otii & quietis cupidissimos, non

parum angebat; quod an scires gloriæ bellicæ modum statuere, adhuc ignorabamus. Veniebat in mentem, naturæ legem perpetuam hanc esse, ut quibus artibus ingens aliquis decus sibi quæsivit, eas plurimum adamet, eas libentissime exerceat, ab iis ægerrime revocetur. Cogitabant præterea homines, rem unicam esse gloriam, cuius honesta quidem, sed insatiabili avaritia optimi quique Principes, & maxima ingenia teneantur. Te igitur bellicis à puero innutritum laudibus, ne materia deesset triumphorum, antiqua majorum tuorum jura repetentem, bella ex bellis gesturum, neque aut tibi aut tuis ullam quietem indulsurum. Hi tum vulgi sermones erant, hic timor etiam eorum, qui supra vulgus sapient: Nondum videlicet tuarum omnium virtutum plenum jubar refulserat: nondum tua Majestas præstantiam suam totam patefecerat. Ut Sol quoties ab axe altero ad nos accedit, non repente totam sui caloris vim in nos infundit, sed paulatim ex usibus nostris eam dispensat; sic tua Majestas cœlestem illam mentis altitudinem non statim, verum temporebus suis & judicio certo exeruit. prodeesse enim tuis, non admirationem tui concitare voluisti. itaque ergo quantus essem bellator, quām clemens victor, sciebamus; illud nesciebamus. pacis & belli rationes, natura sua res diversissimas, ex æquo tibi esse notas, & prout tua dignitas, aut tuorum utilitas postularet, hoc aut illam probare. Merito tuo, DOMINE, omnis te ordinis homines ore celebrant, devotione venerantur, amore complectuntur. Tu bello externo, quod credebatur fore multo diuturnius, finem non magis tibi quām universo nomini Gallico gloriosum, imposuisti. Tu bello civili extincto, quod metuebatur fore perpetuum, omnes turbas in tranquillum redigisti. Tu pacem, pacem almam, pacem augustam, pacem omnium bonorum largitricem, nobis dedisti. Tu urbes civibus, cives urbibus, cultum agris, honorem sacrī redditisti. Tu vim legibus, judiciis auctoritatem, Ordini amplissimo suam dignitatem, Ecclesiasticis debitam

reve-

reverentiam restituisti. Tu tranquillitatem domi suas artes
 exercentibus, securitatem itinerum peregre proficiscenti-
 bus, commoditatem nавigerorum fluminum commercia
 agitantibus, certaini cuique rerum suarum possessionem præ-
 stisti. Quae beneficia et si videntur, & revera sunt maxima;
 aliorum tamen meritorum erga nos tuorum magnitudine
 longo superantur intervallo. Annon enim omnibus ante di-
 cētis est majus, quod civium animos longinquitate bellorum
 civilium mirandum in modum efferatos, ad concordiam &
 amorem mutuum perduxisti; eosque sibi invicem ignoscere,
 & præteriorum obliuisci, ignoscendo atque obliuiscendo
 docuisti? Omnium verò maximum, præstantissimum, Deo
 acceptissimum est, quod stabilita civili concordia, ad generis
 alterius concordiam, cuius desiderio contabescunt boni, pri-
 mus tu, DOMINE, viam muniisti. Et quis scit, an hujus quoque
 restitutæ gloriæ, qua nulla potest major optari, ac ne cogi-
 tari quidem, superi piorum votis & suppliciis tandem exora-
 ti, Majestati tuæ reseruent? Magnum incepsum, arduum, &
 vix ab humanis viribus sperandum. Sed rerum à te gestarum
 magnitudinem ignorant, qui alia Majestati tuæ putant con-
 venire incepta, nisi magna, ardua, & à nemine mortalium
 præter te exspectanda. Quid? hanc ipsam pacem præstare
 fartam tectam, inconcussam, inviolatam, aliis præter te po-
 terat? aut quum febrei sanasles, quæ Reimp. vexabat, parum
 multa restabant εὐτυρεύματα tua unius arte & industria cu-
 rranda? Omitto bellum Allobrogicum è favillis prioris incen-
 dii conflatum; quod tua Majestas eodem fere tempore & sus-
 cepit & confecit. Venisti enim, vidisti, vicisti. omitto coitio-
 nes alias, nullo strepitu, mira vigilancia à te disiectas. Nam
 ubi semel excelsa animo tuo sedet, utilem rationibus tuis, sa-
 lutarem tuis populis esse pacem; ostendisti ea te esse con-
 stantia, ut expugnare tuum propositum nemo posset; ea fu-
 turi prospicientia, ut omnes impendentium motuum cau-
 fas, priusquam exoriantur provideas; ea virium potentia, ut,

omnibus prospicias, & invitus cogiad bellum non queas. Tumultuentur igitur pacis tuæ inimici; moliantur qui cquid volent: tam citra Majestatem tuam eorum impetus deficient, quæm ipsi infra tuam iram sunt positi. Nemo sibi stulte adeo blandiatur, ut altam hanc animi tui tranquillitatem, rem putet esse precariam, de alieno arbitrio pendentem. Nullum est magnitudinis tuæ certius argumentum, quæm nihil posse ei quo instigetur accidere. Sic quum inferior pars mundi in tempestates subinde impellatur; quæ supra Lunam sunt, propinqua sideribus, manent in suo statu, semperque illuc serenum est. *Lege deum minimas rerum discordia turbat, Pacem summa tenent.* Quid nunc commemorem, hoc alto pacis tuæ otio quemadmodum utaris, & quibus illud curis impendas? quod quidem tuarum laudum ingens pelagus si semel ingrederer, vereor ut orationi meæ exitum possem invenire. adeo est ea materia ad dicendum benigna. Ostenderem nullam esse Reip. partein, quam non reforinaris, non ornaris, ad cuius splendorem non aliquid utile pariter & magnificentum excogitaris. Dicerem, literarum studia & pacis omnes artes pæne ex oblivione per te revocatas, nunc cum maxime per te florere: multa insuper artificia in hoc regnum & hanc regiam, magno tuorum subditorum bono, à te primo esse inventa; & ut suam illis sedem assignares, alteram velut urbe in hac urbe esse exstructam. Enumerarem tot ingentium operum stupendas moles; tot in Urbe, tot ad Urbem, tot per omnes provincias superborum ædificiorum substructiones, partim inchoatas aut jam profligatas, partim oinnino perfectas: tot pontes fluminibus impositos, tot vias refectiones: portus noviter jussu tuo institutos; flumina fluminibus juncta in usum commerciorum. Referrem qui sit tuæ Majestatis etiam in hac ætate vigor, perpetuo gaudens motu; cui si quando levare animum ab influentium negotiorum cura lubeat, instar cessationis est, iustrare saltus, excutere cubilibus feras, equum agitare, arma tractare. Narrarem denique,

denique, rerum gestarum magnitudine, famâ prudentiæ, æquitatis & fortitudinis, maxime autem per hanc ipsam pacem, in illud gloriæ fastigium tuam Majestatem esse eventam, ad quod nullum Principem à multis retro sæculis neque vidiimus, neque audivimus, ac ne legimus quidem pervenisse. Nam qui locum principem inter Christiani nominis Reges unâ cum successione hujus regni à Majoribus tuis accepistis; virtute effecisti tua, ut hanc honoris tanti prærogativam, non magis sanguini tuo, quam propriis in Remp. universam Christianam meritis tuis deberi, omnes agnoscant, omnes fateantur. Te principes potentissimi suscipiunt; te Reges latissime dominantes mirantur; ipse cum primis Pontifex Maximus tua amicitia gloriatur. Tibi Serenissima Venetorum Resp. tranquillitatem suam fert acceptam; & cum Pontifice sartam gratiam, tuum interpretatur munus. Te fœderatarum provinciarum Illustrissimi Ordines, suæ libertatis defensorem, suæ pacis conciliatorem, sui imperii protectorem, pleno ore profitentur. Tibi assurgit quicquid ubique mortalium colitur. O salve pacis magne auctor, periclitantium portus, rerum in Europa, salo & errore dudum fluētantium, unica ancora. Veneror D E U M
O P T. M A X. ut qua benignitate hactenus cum tua Majestate egit, eadem porrò constanter agat. Sis semper domi fortunatus, semper in publicum felix, semper augustus, semper concordiæ suasor idem & vindex, Orbis denique Christiani semper sis arbiter.

DE PRIORIBUS
POLYBII INTERPRETIBUS
ET
NOVA HAC VERSIONE.

TRUM Polybii partium, quas nostra hec editio separatas exhibet, sola est tertia, quam nemo ante nos, quod equidem sciām, verterat. priorum duarum Latinam interpretationem non defuerunt qui aggrederentur; ut dissimili proposito, ita successu dispari. Primos quinque libros annis ab hinc circiter CLX Nicolaus Perottus Saxoferratensis, postea Archiepiscopus Sipunitinus, jussu Nicolai Quinti, Pontificis literarum amantissimi, Latinam fecit. Partis secunde Eclogas, quum Wolfgangus Musculus patrum memoria primus omnium esset interpretatus, non multo post Pompilius Amaseus, Romuli F. cur telam eandem deinceps retexeret, justam se causam habere putavit. neuter tamen horum eclogam libri sexti secundam, quae est de militia Romana, à Jano Laſcari cōversam, ausus post illum tentare: quod fecit postea Faſtus Lipsius, & novam ejus fragmenti translationem edidit. Hi sunt, opinor, qui ante nos hujus utcumque decursi à nobis curriculi, partem aliquam, maiorem alii, ali minorē decucurrerunt: omnes viri eruditissimi, & propter scripta sua, que in hoc aut aliogenere literarum ediderunt, suis sculis inter columnā Reip. literariae habiti. Nē quis igitur consilium nostrum calumnietur, aut levitatis nos arceſſat, quasi actum agere post tam illustria nomina, sine justa cauſa instituerimus; visum est faciendum, ut de priorum interpretationibus que nostra sit sententia in hoc vestibulo operis exponeremus: quod quidem sine invidia, sine succo lolliginis, ea simplicitate & animi equitate sumus facturi; ut bene actum iri nobiscum putemus, si possumus impetrare ab hodiernis ingenii, ut parem candorem ad judicandum de nostris lucubrationibus adhibeant. Nos beneficio Dei ita uati sumus, ita ab optimo & sapientissimo parente educati, ut per alieni nominis ruinam velle crescere, quod scelesti quidam hodie faciunt, ingentis piaculi loco semper duxcrimus: ultimamque adeo furoris lineam esse à puero crediderimus, per turpidinem velle splendere. - tanti mili non sit opaci. Omnis arena Tagi, quodque in mare voluitur aurum. Sed ad rem. Igitur, ut à prima parte

parte ordiamur, Nicolaus Perottus ejus interpres, literarum Latinarum, quas perdiu docuit, exquisite, ut illa erant tempora, fuit peritus, & cum primis curiosus; quod ingens ille in Martialem Commentarius, sub titulo Cornu copia ab eo editus ostendit. erat præterea in hoc viro non vulgaris industria in Gracis ita vertendis (quæ quidem intelligeret) ut nullum persæpe Graci idiomatis in Latina ejus versione vestigium appareret: quam interdum esse opus auctoræ dicas, non alieni interpretationem. quod si par fides responderet, inter excellentes interpres poterat sine dubio Perottus recenser. Est opere pretium scire, quo favore hominum fuerit ipsius versio excepta eo quo edita est seculo. Paul. Iovius in ejus elogio, postquam dixisset translatum ab illo Polybium, hæc verba subjicit. Non defuere tamen ex æmulis, qui ejus auctoris traductionem antiquissimam fuisse, furtoque surreptam existimarint; quod Thucydideum, Diodorum, Plutar-chum, & Appianum, clarissimo ingeniorum certamine conversos, unus Polybius egregia fide Latinus, æquabiliter & prædulci Rom. sermonis puritate prorsus antecedat. Vides adeo consentiens fuisse omnium de prestantia hujus versionis judicium, ut etiam Perotti amuli atque inimici fidem illius & elegantiam admirarentur. ratio autem est, quia nemo illis temporibus Italorum erat, qui amplius Græce sciret, quam hic interpres: pauci qui tantum, quantum ille. Nos vero è contrario affirmamus, Perottum à fidelis interpres laude tantum abesse, quantum qui longissime. Quod enim hodie plurimis usuvenire vide-mus ut postquam primis Græce lingue preceptis fuerunt imbuti, & communissima queque vocabula Græca incipiunt intelligere, perfec-tam ejus lingue sibi videantur esse adepti cognitionem, qui revera vix in cortina adhuc adfistunt; plane videtur etiam Perotto acci-disse. cui si venisset in mentem cogitare, quantum ab ea notitia Graci sermonis abesset, quæ Polybii interpretationem professo est ne-cessaria; ne Attalicis quidem conditionibus à Nicolao Pontifice po-tuisset adduci, ut cujus auctoris ne unam quidem paginam recte in-telligebat, ejus interpretationem in se susciperet. Quum autem do-cuerimus, nulla dote insigniorem esse Historiam Polybii, quam ac-curata pugnarum descriptione, & omnium eorum explicatione, quæ ad rem militarem & Tacticam pertineant; nullo pacto ferendus aut excusandus est hic interpres, homo bellicarum rerum & totius Ta-ticæ adeo rudis & imperitus, ut qui in ceteris partibus Historia Poly-biana multa nesciret, in descriptionibus præliorum omnia ignoraret, omnia peccaret; atque eadem operâ tanto scriptori, quod erat fere precipuum ejus decus, adimeret. Omnino prælium nullum, facinus mi-litare nullum à Polybio fuerat paullo diligentius narratum, in quo gravissima & momenti maximi peccata ab hoc interprete non sint admissa.

admissa. qui quidem cōtrēxwv & disciplina Taetice propriarum vocum omnium significationes quum nesciret, vel eas omisit, vel quidvis aliud, pessimo exemplo, pro verbis Polybii substituit. Sic pagina hujus editionis ccxxxv qui non intelligeret illas locutiones, i.e. τὸν σπόφην ἀναχωρεῖν, se recipere sensim relato pede; item, περὶ οἰληματοιῶν τὸν πολεμὸν, quod etiam dicitur εὐ περὶ οἰληματοιῶν, munitimenti loco flumen objicere, gravissimi loci sententiam corrupis, & quod in memorabili Hannibalis facinore notaverat unice Polybius, in versione Perotti est dissimulatum. Verba Polybii sunt: νῦν δὲ πεγματικῶν τὴν νομιμήν εἰς τὸν σπόφην ἀναχωροῦντι Ανίσσα, τὴν περὶ οἰληματοιῶν τὸν Τάγην πελεύμαν πολεμὸν, τὴν καὶ τὸν διπλαῖς οὐσιοτάτης τὸν κινδυνόν. quia ita Perottus vertit: Verum Annibal, prælio abstinuit, & callide hostibus cedens, castris supra ripam Tagi locatis, equitibus præcipit, ut cum hostem aquam ingressum viderint, adoriantur peditum agmen, quām aliud Graeca, aliud Latina sonant? neque id mirum; nam Perottus securus verborum Polybii, Liviana corum loco infernit, ex illius lib. xxi. atque hac licentia ille quum passim utatur, ne tum quidem ea abstinuit, quando Polybii & Livii narrationes pon consentiunt. Sic libro eodem pag. ccxxxv. ut unum è multis exemplum afferam; quia non capiebat quid esset in Taetica disciplina, εὐτελεῖαν εἰς ποτέτας, deflexio ex itinere recto, in dextram aut lævam partem; nec magis intelligeret vocem ταστήαιν, applicare se colli aut parieti, & prætexere sic ut minime appareas, quid vernacula sermo elegantissime appellat, tapir, pessime hoc Polybii verba expressit, aut potius, nullo modo expressit. τὰς δὲ Βαλιαρέας καὶ λογοθόρεις καὶ τὸ περιπορεῖαν εὐτελεῖαν, τὰς τὰς εἰς τὰς βενές τῷ περιπορεῖαν εὐτελεῖαν κατέβαντας, τὰς τὰς εἰς τὰς Κελτάς ομοίας τῷ σώματι των βενέων κατέβαντας, παρεξέτενε συνεχεῖς, ὅσε τὰς εἰχάτας εἶναι καὶ τὰς τὰς τὰς εἴσοδον, τὰς περιπορεῖαν τὰς λίμνας, καὶ τὰς παραποταμούς τὰς περιπορεῖας τῶν περιπορεῖας τῶν τοπονόμων. Pro istis omnibus hac posuit Perottus: Baleares, omnemque levem armaturam post colles circumducit. equites cum Gallis in ipsis angustiis locat: ut simulac intrassent Romani, objecto equitatu, clausa omnia lacu & montibus essent. Obsecro, hoc vertere est an pervertere? ubi fides? ubi pudor? sed fidus hic interpres pro iis que non assequebatur Livii verba reposuit: quem nos demonstravimus in Commentariis nostris adeo sui dissimilem in hac pugna describenda fuisse, ut à mente Polybii simul & à vero aberaret. quis igitur Perotti imprudentiam, ne quid gravius dicam, in hoc & similibus locis, satis miretur? Sed ut intelligent militaris litterature studiosi adolescentes, quām necessaria fuerit Polybii interpretari rerum Taeticarum accurata cognitio, & quām multa Perottus ejus

ejus discipline & ignoratione, aut pretermittere fuerit coactus, aut pessime sit interpretatus; age prælii alicujus descriptionem examine-
mus, & singula Polybii verba pressius expendamus. Ea si libet esto
pugna, qua Antigonus Cleomenem ad Selasiam devicit. habetur
sub finem libri secundi, estque à Polybio paucis verbis elegantissim ede-
scripta. Ait Polybius initio ejus descriptionis, pag. ccix. τὸν μεγάλων
τετρανταρίου οὐρανού πολεμών φέρεσθαι εἰς τὴν Σπάρτην. Perottus
sic: Via inter hos media est, quæ per ripam profluentis fluminis ducit
Spartam. quia nomen Oenunta formam habet participii, putavit
esse, & verit profluentis. sic iterum mox, τοῦ οὐρανού πολεμών,
non longè à ripa fluminis. ut certum sit nescisse illum amnis hoc esse
proprium nomen. Heic Livii sui eum meminisse oportuit, & ho-
rum illius verborum libro xxxiv. Quintus satis jam omnibus paratis,
profectus ab stativis, die altero ad Selasiam, super Oenunta fluvium
peruenit: quo in loco Antigonus Macedonum Rex cum Cleomene
Lacedæmoniorum tyranno signis collatis dimicasse dicebatur. Se-
quuntur apud Polyb. ἐπὶ μὲν τῷ Εὔνῳ ἵππες τὰς πεζοῖν τοις συμμάχοις. Pe-
rottus: in Euam gregarium militem ac socios posuit. atqui non dicit
Polyb. τὰς πεζοῖν τὰς συμμάχοις, sed τὰς πεζοῖν τοις συμμάχοις. id est,
auxilia sociorum finitimorum. verum de voce πεζοῖς plura in
Commentariis ad hunc locum. Polybius; εὐηγέρτεις τοῖς ἵπποις τοῦ πολεμοῦ ἐφ' ἐγκέρτεις τὸν πόλεμον ποτε πέμψας μὲν πόλεμον παρείσαλς. Perottus: Equites autem in planicie, supra utramque flu-
minis ripam, cum parte mercenariorum collocavit. omisit illa τὸν ὁδόν;
que verba esse otio, a & nos cum ista interpretabamur putavimus.
sed mutavimus sententiam & libris suadentibus & re ipsa. verten-
dum erat; ad utrumque viæ latus. Addit Polybius, Antigonum loco-
rum naturam contemplantem. Cleomenis rationem in exercitu
disponendo, quam ipse σπαθοδεῖα vocat, vehementer laudasse &
judicasse, non potuisse commodius aut prudentius neque peditem lo-
cari, neque equitem; sed singulas exercitus partes convenienter na-
ture sue, & ingenio loci fuisse dispositas, cum ad cavendum, tum
ad nocendum. Hanc sententiam pulcherrimo & appositissimo simili
Po'ybius ita exprimit: οὐαγέροις τὸν τοῦ ποταμοῦ ἔχοντα, καὶ τὸν
Κλεομήριον πάντοις οἰκεῖοι μέροις τὸ διωμένως ὑπαίσθιας πεζοῖς
τελετῆς τοις διηγείσας, ὡς τοῦ ποταμοῦ περίστασιον εἴη τὸ σύμπαν χῆμα τὸ
εργαζόμενον τὸ τοῦ αὐτοῦ οὐλομερίου περιβόλιον. οὐδὲν γάρ απέλιπε τὸ
τερτίον ἀπόθεσιν οὐρανού φυλακῶν, ἀλλ' οὗ ὅπερ τοῦ ποταμοῦ σύεργης, καὶ
παρεμβολὴ διατεταγμένη. οἷον καὶ τότε μὲν εἰς ἐφόδον παραπλέοντες καὶ
συμπλέκοντες πεζοῖς οὐπέγρα. Perottus qui non intelligebat quid
esse οὐλομερίου περιβόλιον, id est positio laniæ, sive magistri tractan-
dorum armorum, itum meditantis, ac simul ab illis sibi cauenteris;

nos vocamus posture, vel de marche: vafro compendio ex hoc loco se ita explicuit. Antigonus, uno tempore & difficilem locorum situm, & miram Cleomenis in disponendo exercitu industriam conspicatus, quippe qui nullum optimum ducis officium prætermiserat, abstinentum sibi prælio in præsens tempus existimavit. Quemadmodum autem vocem αερολη hic non intellexit, sic et bi ignorans quid esset hasta vel sarisse αερολη falsissimam & ineptissimam Polybio sententiam affinxit. Locus est libro v. pag. dxcv. in accurata descriptione pugna ad Raphias. Ait ibi Polybius; διὸ καὶ κατεπικότες ἀρχαῖμος τοῖς στρατοῖς οἱ Ἀνδρομάχαι καὶ Σωσίβιοι ἐπέζηρον. id est, Andromachus & Sosibius repente sarissis inclinati, in hostem duxerunt. est enim αερολη, hasta qua in itinere super humerum imposita fertur, aut erecta, aptatis ad inferendum ictum, & protensio. at Perrottus sic; qui cum Andromacho & Sosibio erant, abjectis repente armis, fugæ sese commiserunt. potuitne magis è diametro cum Polybii sententia pugnare? Sed redeo unde sum digressus. In proxime sequente periodo quid esset λαβεῖν αερολη, de fluvio, quod modo exponebamus, omisit, ac simul prudentie Antigoni magnum argumentum reticuit. Pari fide tractatus hic qui sequitur locus eximius: ἡμέρας ἦν αεροληνύων πατέρας ἐπιβολάς, αφές τὸ μέλλον ἐξεγέλειτο τὰς τοιεναίς ἐπιβολας. Solent duces prudentes ut hostem incautum & imparatum deprehendant, aliud simulare aliud agere. si equitatu pugnare decreverint, dant significationem quasi peditatu rem sint gesturi. si à tergo velint aciem hostilem adoriri; dant operam ut sue acieifrons hostem assidue moretur, velut jamiam pugnatura. Sic in urbium oppugnationibus, quando aliquam portam aut murorum partem omnibus viribus sunt invasuri, ad partem oppositam & remotissimam, copiarum portionem aliquam ostendunt, ut à sensu ejus, quod paratur, sicut alicubi Curtius ait, mens oppidanorum alibi oscubata avocetur. hoc Polybius appositissime dixit, αεροληνύων πατέρας ἐπιβολάς, & finem quem exposuimus spectare, appellat αφές τὸ μέλλον ἐνεγέλειτο τὰς ἐπιβολας. quo igitur Perotto mens ita verenti? postea lacestere ad prælium hostes tentavit. Sequitur; & δυνάμης ἡ λαβεῖν ὁδὲν δρόγεν δρός ἐξοτλον, Λαβὴ τὸ αφές πᾶν ἐπομέως ἀντικενεῖ τὸν Κλεοδήλον, τὸ τοιαῦτης ἐπιβολας ἀνέσῃ. Perottus: sed quum nullum prorsus vacuum custodia locum offenderet; siquidem omnia Cleomenis providentia diligentissime construxerat; ab incepto destitit. omittit alteram duarum istarum vocum, δρόγεν & ἐξοτλον: que translate sunt à singulari certamine, & de eo dicuntur, qui ita consistit contra adversarium, ut nullam corporis partem habeat, que scuto vel aliis armis non tegatur: quod summus poëta appellat in arma sua se colligere. ut, Substitutus Æneas, & se collegit in arma

Poplite

Poplite subsidens. & alibi : bellis acer Halesus Tendit in adversos, sequitur in sua colligit arma. libro IIII. pag. CCCXXII. νοτίπερ ἐπὶ τῷ πάντας αὐτὸς καὶ ζυγὸν αἰχνῆς ποιῶν, δεῖ τὸν μέλλοντα νικᾶν συνθεωρεῖν. πῶς δικαῖον ἐφικέλεσθαι σκοτεῖ, οὐ πάντον, οὐ ποτὲ ἔξοδον μέρος φαινεῖ τὸν αὐτοκαταστρῶν, εἴτε χεὶς τὰς ὑπέρ τὸν ὄλων προεστῶν σκοτεῖν. At verbum αὐλικοῦ ὡς quām insulse expressum est, aut potius dissimulatum? est autem αὐλικοῦ motus motui adversarii respondens; quo cavetur, ne aut latus, aut tergum possit ferire, manente semper fronte fronti obversa. Mox, συνίστηται Τύχη, non est conjunxit, sed commiserat, ut eum paria gladiatorum inter se committuntur, aut alii aut agonistae. notum quid Romani commissions appellant. Sequitur: οὐδὲς μὴ τὸν τὸν καὶ Εὔαν ὁ βασιλεὺς ἀντέταξε τῷ Μακεδόνων τὸν γαληνόποδας, καὶ τὸν Ιλλυρίους, καὶ τὸν ποτέρους εὐαλλάξ τελεγράφεις. Perottus: iis quos in Eva collocatos diximus Macedones scutatos opponit. item Illyrios, cohortesque in plures partes divisas, alternatim disponit. vox scutatos *Grecam* non exprimit; que propriam scutatorum speciem in militia Macedonica significat. qua de re multa in Commentariis. cetera pessime sunt expressa: estque errorem librorum secutus, qui habent οὐ τὸν ποτέρους, pro eo quod edidimus καὶ τὸν ποτέρους. nam vox ποτέρουs referenda ad Illyrios, quorum fuit proprium catervatim pugnare & copias suas dividere in parvas manus, quas ποτέρουs appellare solet Polybius. initio libri hujus de Illyriis: ξενοῖμοι τῇ παρ' αὐτοῖς εἰδιτῷ πόλει, ποτέρους ποτέρους εἰτὶ τῷ Αιτωλῶν πράγματειν. inde, qui parvus manibus pugnant, dicuntur ποτέρους μάχαρες, quod genus unum est tam serie quām ludicre pugnae. Strabo. lib. IIII. Τελέστι τὸν αἰγάλεων γραμμικὸς οὐδὲντες οὐτοις, ποτεῖς οὐ δρόμοι, οὐ Διακριθόλια μὲν, οὐ τὴν ποτέρους μάχην. & Polybius in nona historia de Rom. τῶν πεζῶν καὶ ποτέρους πρωτεύοντας. ex Perotti versione intelligi non potest catervas sive cohortes istorum Illyriorum fuisse equitibus permixtas: de quo genere militia multa alibi observamus. Omittit mox Perottus hac verba, οὐ τομωρόγραφοις πεζοῖς τῶν Αχαιῶν γελίαις, οὐ Μεγαλοπολίτες τὰς ἵππους. vitio codicum, opinor, quibus utebatur. nisi tamen ideo omisit, quia vocem τομωρόγραφοις non intelligebat. est vero τομωρόγραφοι, ad latus adjungere & longa serie porrigit. Sequitur statim, ποτέρους τὸν τὸν μιθοφόρους, ἐπέστητε διφαλαγήιαν ἐπειδηλον τῶν Μακεδόνων. Perottus: Deductis igitur in aciem mercenariis, Macedonum phalangem statim subsequi jussit: quippe locorum angustiæ, ne secus fieret impeditabant. mirum hominis errorem: qui putavit φάλαγγα & διφαλαγήια idem esse. Saltem exponeret vocem ἐπάλληλον. sed Perottus non magis scivit quid sit διφαλαγήια aut τειχαλαγήια in Tacticis, quām quod maxime ignorabat. sic autem appellantur

Lantur phalangis partes, in quas fuerit divisa propter angustias aut alias difficultates locorum, quod vel adjecta à Polybio ratio clarissime docet. vide Ælianum capite XXXVI. erit igitur ἀφαλαργία ἐπάλληλος, phalanx una in duo agmina divisa, quorum alterum præit, alterum sequitur. Δέχλω τε καὶ τὸν λόφον πεσθεῖσαν, non male vertit si rem spectes, initium inchoandi certaminis: verba sonant, accessionis ad collem faciendæ, sive accedendi ad collem. πεσθεῖσαν δέ τοις αὐτῇ τῇ Ελάφῳ ρίζῃ, non est simpliciter constiterunt; sed id quod expressimus, progredi ad radices montis, & ibi adhærere ac subfistere, tanquam è superiore loco suspensum. Ait Polybius: παρήγειται δέ ποτε τὸ δέον οἰς λοιπούς. Mos gravissimi hujus scriptoris est, quoties pugnam aliquam describit, in iis quæ communia sunt adeo non immorari, quod solent alii historici facere, quibus sua placet eloquentia, ut vix eorum verbo uno aut altero faciat mentionem: cuius rei hic est eximium exemplum: nam his paucis verbis significat; Reges & Regum duces, suos quemque ad fortiterdimicandum esse hortatos. Vertimus igitur; suique eos officii admonuere quorum eæ partes erant. Perottus qui in superioribus necessaria prætervolabat, hic verbis non parcit. Sic ille; Hortantur pro tempore socios ut fortis magnóque animo sint, victoriam sibi in manibus esse non dubitent. Post hæc omnes incredibili audacia ad expugnationem collis irrumpunt. En Livius est, quem putabamus esse Polybium, at illa interim dissimulantur, πάντες δέ σιγέων ἀραδεῖσι τοῖς αὐτοῖς. Major & periculosior in proximis verbis est error, γεωγῆσι τοῖς αὐτοῖς τῶν Αχαϊῶν ερήμους ἐκ τῶν κατόπιν στοιχ. existimat Perottus αὐτοῖς esse cohortes Achæorum; ac ut sit, ubi animadvertere cohortes Achæorum omni subfido nudas esse; atqui jam dixit Polybius αὐτοῖς fuisse Illyriorum, qui proprius hostem collocauit subfidiū à tergo habebant Achæorum. verum Illyriis ad collem accedentibus, quum interea Achæi se non moverent, eveniebat, ut Illyrii à suo subfido longius abscedentes, terga nuda haberent. sed hæc clarissime in Commentariis sunt demonstrata. Omnes absurditates superae quod jam dicemus. Subjicit Polybius ei manui militum Antigoni que Euam collem invadebat, restitisse à fronte Euclidem, qui è superiore loco in ipsos pugnabat: eodemque tempore mercenarios nitentium terga, que modo dicebat fuisse nudata, infestasse. Sic ille: ὡς ἀν τῶν μὴ τοῖς τὸν Ευκλείδαν ἐξ ὑπερδεξίας καὶ πεσθεών αὐτοῖς ἐφεύτων τῶν δὲ μεθοφόρων κατόπιν ἐπικειμένων, καὶ πεσθεύτων τὰς χεῖρας ἔρρωμέν. Perottus qui ignoraret, quod pueri scire debent, ἐξ ὑπερδεξίας esse, è superiore loco, dextram hic comminiscitur: deinde huic imperitiis parem audaciam adjicit, & ita vertit. Si quidem à dextra Euclides cum gregariis militibus à frontibus

bus præstabat; à lœva verò mercenarii milites de tergo pertinacissime irrientes impressionem faciebant. *habes hic dextram, habes lœvam:* quarum nulla apud Polybium mentio. sed primus error fuit, quod putavit hic interpres ἵξ ωτερδέξιος ἐπισῆνη valere, à dextra hostem invadere. sic paullo post hæc verba, καὶ μετίστροψ ὡς τὰς ωτερδέξιες αἱ τῶν ἀρφαλῶν. ita reddidit; postea cum opus foret, ad dexteram conversos, confestim sese ad tuta recipere. *libro primo, pag. XLIV.* pro istis, καὶ πλαταιζόμενοι λόγοις ωτερδέξιοι μὴ τὰς πολεμίας, ἀφυῆ ἢ τὰς ἱωλῶν διώμεσσιν, οὐ τάτην κατερραβπίδουσσαν, scripsit hæc: proximum collem hostibus quidem incommodum, sibi vero commodissimum occupaverunt. prorsus contra mentem Polybii, ex ignoratione ejus vocis: quam semper aut prætermittit, aut interpretatur perperam. Saltē cogitaret rei absurditatē manifestissimam; cum versione sua confundit frontem & latus dexterum. nam quid, malūm, sibi illa volūnt, à dextra à frontibus? quid illud? præstabat? sed videtur Perottus instabat scripsisse. Porrò dextre quam sibi finxerat, lœvam p'ane de suo adjecit. Enī dignum interpretem, quem propter fidem in vertendo tota Italia admiretur. Addit Perottus: quibus ex rebus accidebat, eos uno tempore ab utroque hostium agmine circumveniri. ecce aliam audaciam: nam horum verborum ne vestigium quidem ullum est apud Polybium. Mox ista, αὐτοράμπη τὸ μέττον ωτερδεκτερήν επελάθετο τοῖς αρετῶσι τὸ συμπεισόμενον, verit, quod optimum factu erat excogitauit, idque aperuit ducibus. in sententia quidem nulla absurditas; ceterum à verbis auctoris longe disceditur. ut & in proxime sequentibus. Ait Polybius: ωτερδέξιοι τὰς ἱωλῆ πολίτες εὐέσθαι τοῖς πολεμίοις τολμηγῶν. Perottus nuditatem hujus sententia non tulit; sed rhetorum pigmentis adhibitis sic verit: Quapropter ad concives suos conversus; parta inquit est nobis victoria, fortissimi viri, si me sequimini. factōque contra hostium equitatum impetu, audacissime eos invadit. Polybius: οἱ αρετεράμποι μισθοφόροι ναῦς σογίν τοῖς αρεταῖσσον: mercenarii qui accendentium ad collem terga cædebant. at Perottus: mercenarii qui de tergo expugnantes collem infestabant. neque satis Latine & obscurè. Ait Polybius, hoc Philopæmenis facinore milites Antigoni qui in collem nitebantur, liberatos incommodo quod à tergo accipiebant, magna deinceps alacritate ad ulteriora perrexisse. τάτης ἢ συμβάντος, απεισταυσαν φύσιδην, τὸ τε τὰν Ιλιουεῖνην καὶ Μακεδόνας, καὶ τῶν ἀμφοτέροις αρεταῖσσοντας τοῦθος, εὐέσθαις ὄρμηνος καὶ τεθρόνητος ἐπὶ τὰς ωτερδέξιες. Perottus vocem απεισταυσον non intelligens, quæ de eo dicitur quem à proposito res nulla retrahit, verit, per hunc modum turbatis hostium ordinibus, Illyrii atque M. idem pag. CCCLV. ejusdem originis vocem αὐλικεῖσσαν non intellexit, cum ait

ait Polyb. Βελόρδης ποιεῖν ἀντιπεπίστωα. Cujus τοῖς Κελτοῖς τοῖς μὲν Αριβᾶς
εργάζορδῆσιν, id est, volentes retrahere Gallos qui Hannibali mere-
bant, ad tuitionem suorum finium. at Perottus; ut Gallis qui cum
Hannibale militabant vices redderet. Piget cetera pugna hujus perse-
qui, & satis superque hac fuerint arguenda imperitia hujus inter-
pretis omnium eorum que ad scientiam armorum spectant. Omitto
imperitiam Criticæ; cuius ignari ad quidvis potius idonei censeri de-
bent, quam ad veterum scripta dignè explicanda. Ad hoc εἰλαττώ-
μενος accedit historia sive Graeca sive Latina incredibilis in eo viro
ignoratio: Velut cum in hoc ipso de pugna ad Selasiam loco, non
intellectis Polybii verbis Philopæmenem fingit tum esse occisum, qui
juvenis tunc erat annorum circiter xxx. nec fatis concessit ante lxx.
etatis sue annum. de eo igitur scribit Polybius pag. ccxiii. σωτέον
τὸν μὴ ἴωσαν πεσεῖν τῶν γῆραις κακοῖς· αὐτὸν δὲ τὸν μηδεμιῶν
πεσεῖν τριάκοντα βιασθεῖσαν, διὰ μέρον τοῦ μηδεγίν. accidit Philopæme-
ni, ut equus ipsius letaliter vulneratus caderet; ipse inter pedites pu-
gnans, gravi vulnere, trajecto utroque femore, afficeretur. quod &
Plutarchus in ejus vita commemorat. Sipunitinus vero male accepta
voce οὐτεπεσεῖν, ita vertit: Ad extremum, utrumque crus sagitta
transfixus, cum incredibili animi labore exspiravit. Sed Perottus
quam esset rudis historiae in primis statim Polybii verbis, que præfatio-
nem excipiunt, insigni argumento palam fecit. Ista enim, Ετοί-
μῳ δὲ τοῦ οὐεισήκουτοῦ τοῦ εἰς Αἴγας πολεμοῦσι ναυμαχίαν σύνεσκεδάσκαλον,
αφεῖ δὲ τοῦ Λασίτησιν μάχην επεγένθεντον, τὸν δὲ Λακεδαιμόνιον τοῦ εἰπί^{τη}
Αὐγαλκίδες θυομόριοι εἰρήνην εὑρώσαν, sic vertit: Annus erat post
eam navalem pugnam, qua Cimon Atheniensis Xerxem superaverat,
decimusnonus; ante bellum verò in Leuctris gestum, quo Lacedæmo-
niū pacem cum Rege Persarum inierant, sextusdecimus. Obsecro, eum
qui in tam paucis verbis tam multa deliria comminiscatur; qui
Athenienses ad Ægos potamos dicat victores extitisse, & quidem
duce Cimone, & quod facetissimum est, de Xerxe; qui denique
ignoret quid sit pax iñ ēπὶ Αὐγαλκίδες; hunc aliquid in historia Gra-
ca scivisse putabimus? aut credemus posse ab eo aliquam saltem to-
lerabilem interpretationem exspectari? Venio ad partem secundam.
Hanc, sicut dicebamus Latinam primus fecit, paucis exceptis, Wol-
fanganus Musculus, non tam sua sponte, ut ipse significat, quam alieno
rogatu. Non fuit in hoc viro, neque Graeca neque Latina lingue
ulla eximia peritia: erat enim alius deditus studiis; & grandi jam
estate ad capiendum ingenii cultum accessisse ipsum accepimus. defuit
etiam Musculo illa quam in Perotto commendabamus, industria in
Gracis ita exponendis, ut lectorem queat fallere, quasi αὐτοφυὴς
sit oratio, neque aliunde expressa. at simplicitate & fide Perottum
longe

longe superat Musculus: qui & ea quæ intelligebat, & ea quæ non intelligebat, uti poterat, expressit. nihil videoas illum studio prætermittere, nihil alienum substituere: quæ familiaria sunt supra modum Perotto vitia. in utroque voluntatem bene de literis merendi aqui judices citius laudaverint, quam effectum. Pompilii Amasei versio duarum eclogarum è libro sexto, prima & tertia, edita est Bononia anno CIC DXLIII. hoc est paucis annis prius quam Musculus integræ partis illius interpretationem susciperet. Maj. rem hic omnino Grecarum literarum cognitionem quam vel Perottus, vel etiam Musculus videtur habuisse. Latina vero illius oratio pura est & ad Tulliana dictionis ideam non negligenter formata; nondum enim Amasei etate nova hac studiorum secta erat exorta, quæ summa eloquentia laudem ponit in minutis quibusdam sensibus, & sententiis vibrantibus. adhuc credebatur dicendi magister optimus esse Marcus Tullius, quem hodierni Orbili cœn corrupto genere eloquentia usum, & parum idoneum Romanæ facundie auctoritatem è scholis extrusserunt, & de manibus studiosa juventutis extorserunt. Pompilius igitur qui lectione Tulliana & similium auctorum probe subactum ingenium ad Grecos libros vertendos afferebat; facile assecutus est, ut etiam dum aliena vestigia premebat, disertus jure posset dici. Multum tamen hunc quoque in exprimenda Polybii mente non raro peccare observamus; quod literarum Grecarum tantam notitiam affectus non esset, quanta ei est opus, qui fidelis interpretis habere se titulum postulet. Vel vide tertie libri sexti eclogæ principium, & Graeca cum Romanis Amasei vel nostris Latinis compara. non negabis eruditissimum virum toto illo principio parum omnino vidisse. etiam in primæ eclogæ pericolo prima, vocem ὀλογερῶς omisit, que non est otiosa, sed ad integratatem sententiae necessaria. in eadem ἀδόξωτοι ζῶα tam Musculus quam Amaseus verterunt ignobiliora animantium genera; errore in sanū magno. quum in hac voce δόξα non gloriam denotet, sed opinionem. intelligit enim Polybius animantes quæ solo naturæ instinctu ducuntur, non ad scitiis, quibus homo imbuitur, modo bonis modo malis. sunt igitur ἀδόξωτοι ζῶα, que, ut loquitur Epicurus, omnia faciunt φυσιῶς, χωρὶς λόγου ή αὐτοποθῶς. Polybius sese interpretatur in minuto fragmento quod extat pag. XLVII. τὸ τὸν ἀνθρώπων γῆς οὐκ εἰσιδέδοξον ποιηθέν, εἰς οὐτούς διὰ τῶν αἰλογίσιων η διῆτη φύσιν αἷμα πάτει. Idem Amaseus opera quæ locari facienda à Censoribus solebant, vestigalia appellat; quæ potius ultro tributa erant dicenda. estque etiam hic error ingens: cui plures alios similes possemus adjicere in paucis illis paginis nobis adnotatos. Pervenie vero ad manus nostras è bibliotheca eruditissimi viri Friderici Sylburgii.

burgii schida quedam parva , titulos xvi. continens variarum lucubrationum , quas hic vir doctissimus , Amasum dico , illustrando Polybio composuerat . postea etiam literis viri Magnifici Marci Velsi sumus admoniti , extare adhuc alicubi in Itaia eo um libellorum nonnullos ; qui si ab eruditis hominibus fuerint aliquando publicati , fructuosam eorum lectionem studiosæ juventuti futuram non dubitamus . Nos eorum nihil vidimus , preter versionem eclogarum quas Musculus sermone Romano expresserat . in quo multum admirati sumus , difficillima quedam fragmenta ab Amaso non esse versa ; sed Musculi translationem retentam , à Pompilio leviter castigatam . Erant tamen in ea quam diximus schida , aliquot tituli , prolixam explicationem pollicentes & ejus eclogæ qua Romana militia d. claratur , & omnium penitus locorum kujus secunda partis , affinis argumenti . que omnia hactenus quum invisa nobis atque incompta sint , nihil habemus quod amplius de iis dicamus . fanum Lascarim , hominem ἀπόφυλον , difficillimam partem scriptionis olybiana , facere Latinam esse ausum , illis præstrem temporibus , magnum fuit ; multumque vera laudis eā quamvis brevi , opellā , præstantissimus ille vir , me judice , meruit . qui si in nonnullis parum videtur cavisse ; non tam eo nomine reprehendendus ; homo enim erat ; quām admirandus , quod in plerisque κατάρρησε : Græcus enim erat . Novissimus omnium qui ante nos in explicatione Polybii aliquam posuerunt operam ; fuit Justus Lipsius , vir clavissimus , & de meliorum literarum studiis excellenter bene meritus . Hic si integrum Polybium , aut unam aliquam è tribus illius partibus Latine expressisset ; atque ad hoc incepsum tantam Greca lingua peritiam attulisset , quanta in eo fuit cognitio veteris historie totiusque antiquitatis , & Latine dictionis facultas : post Lipsium in eandem palestram descendere , hoc vero fuisset , post Roscium in scena gestum velle agere . Nunc quum sola pars quam Lascaris prior vertebat , ab eo sit exposita ; nos qui totum Polybium Latine explicandum suscepperamus , cur ne in illa quidem ecloga Lipsiana versioni acquiesceremus , graves caussas habuimus , alibi explicandas . Quod igitur opus à tot viris eruditissimis pro parte dumtaxat tentatum hactenus fuerat ; id nos integrum Dei immortalis beneficio , pronostra virili effictum nunc damus : perfectum enim dicere religio sit : qui non ignoramus quantum ab eo distet genus universum nostrarum lucubrationum , ut id verbi possit illis competere . Neque vero ita parum ipse me novi , ut que modo in aliis desiderabam , ad hoc negotium rite curandum præsidia ; ea me esse consecutum dicam : illud dicere non verebor , omnia fecisse me sedulo , ut etiam in hac mediocritate ingenii possem illa consequi . Optavi equidem existeret aliquis è tot viris Græce

Latine-

Latineque doctissimis, quos nostrum hoc tulit seculum, qui operam suam atque industriam Polybio commendaret. optavi, inquam, & multis annos exspectavi. postquam nemo prodibat; imperavi tandem ipse mihi, et si agre id quidem, & vix ante alterum aut tertium annum, ut ceteris studiis intermissis, provinciam ab aliis neglectam susciperem. Semel susceptam, fide bona, audebo dicere, pro ingenii & eruditio[n]is copia, gessi. Non sum mihi conscientius ullius pretermissionis studio facte, aut ullius omnino difficultatis dissimulata. Quid refert? Ut video esse mores nunc hominum, galeritam crista citius deficiet, quam operi nostro reprehensordet. Aliigenus ipsum nostre versionis carpent; quam calumniam in minuta opella dudum passi sumus; ab iis reprehensi, quibus nulla probatur versio, qua non sit επί πόδα, & pene de verbo ad verbum expressa. alii in partibus querent quod exagierint: nam hec est hodiernorum Criticorum civilitas, hic candor. Illis prioribus satisfactionem est à nobis ea diatriba, quam de optimo genere interpretandi ex una in alteram linguam, composuimus. & unā cum nostris Commentariis brevi Deo faciente, sumus edituri. posteriores, per ipsa studiorum communium sacra rogatos volumus, ne prius ad nostra carpenda Lynceos illos oculos suos adhibeant, quam desperare ceperint, posse nostra à nobis meliora fieri. Vidimus summos nostre etatis viros quinquies sexies sub incudem similes curas suas revocasse; quod semper invenire se in suis fatrentur, que melius aliter dici possent: ego si δοτίος saltem φεγύδας meas postulem exspectari, quis rem aquifissimam petere me negabit? Quum præsertim vero possim confirmare, ὅτι τὸν ὀφελον, hoc omne quicquid est operis, inter gemitus & indignationem, duos affectus gravissimos, esse mihi natum. illis causam probente obitu, piissime princo[m] matris, deinde filie natu maxima, merito suo utrique parentum longe charissime: huic, certorum hominum improvisa iniquitate; qui rculis meis oculos cupiditatis quum adiecissent, damnum rei familiaris mea quantum fere poteram maximum accipere, mihi conciliarunt. Atque horum properea isto loco meminisse volui, ut si quas eruditus lector in opero satiis longo agre mentis hallucinationes, & stili properati, ac canticis quotidie interpellati, πνεογράμμα offendecrit, neque potest sane aliter, humana fortis memor, humanitatem suam mihi impertiri ne graveatur. Ego imperare dolori ut scriberem potui; ut pariter in omnia animum intenderem, quasi curis vacuas scriberem, non potui.

DE CODICIBUS MSS. QUORUM
IN RECENSENDO POLYBIO FUIT
NOBIS COPIA.

IN PRIMA PARTE.

Usi sumus libro Regiae Bibl. elegantissime descripto, sed manus recentissimæ, cui parilem dono dedit nobis olim vir nobilis, Antonius Verderius Lugdunensis; sed in quo tres postremi libri deerant. his duobus vetustior est seculo uno vel altero, quem naeti sumus è bibliotheca Serenissimi Principis, Bavariae Ducis.

IN SECUNDA PARTE.

Usi sumus libro ms. regiae Bibliothecæ non admodum bonæ notæ. item vetustissimis membranis Epitomen continentibus librorum xvi. primorum, è bibliotheca Serenissimi Principis, Urbini Ducis. Suggestit & V. CL. atque præstantissimus Franciscus Pithœus exemplar hujus partis ms. quod deprehendimus esse illud ipsum, unde Basilensis editio fuerat desumpta. accessit postea aliud è libraria viri amplissimi, Jo. Jacobi Memmii Henrici F. libellorum supplicum in Regia magistri. His duabus simile est tertium, quod nuper edito jam Polybio suggestit ultro è ditissima sua Bibliotheca Illustrissimus Cardinalis D. Joyeuius, Rothomagenis Archiepiscopus.

IN TERTIA PARTE.

Multa emendavimus nec pauca supplevimus è codice ms. περὶ ἀρχῶν viri eruditissimi Andreae Schotti: qui etiam fragmenta quedam è Theodosii Parvi Excerptis descripta ad nos misit: quæ tamen vulgata prius fuerant, verùm aliis locis; quedam etiam in ii. parte. Eorumque Excerptorum tomum primum invenimus in splendidissima librorum sapientiale viri genere illustris, dignitate amplissimi, virtute, doctrina & sapientia maximis, Jacobi Augusti Thuani, in suprema Regni Curia Præsidis. Certè in prima fronte ejus libri erant hæc verba, eti diversæ manus, Οἰαγίως τὸ πνεύμα, Θεόπεπτος ἐπιμέγει, de quo plura in Commentariis.



ISAACI CASAUBONI
AD
POLYBII HISTORIAS
COMMENTARII.

Hypothesis, Partitio, Titulus.

CSTENDIMUS in iis quæ de universa Polybii historia disservimus, totum hoc opus, librorum olim quadraginta, in duas partes præcipuas fuisse divisum : Περὶ ἱστορίας, sive apparatus ad historiam primariò atque ex professo suscepitam, & ipsam historiam Utraque item pars bipartita. Historiæ enim, sicut ibi probavimus, altera pars fuit, quam auctor appellat τὸ πρότερον ἀρχήστως sive ἐπιβολῆς, de qua sola initio cogitaverat : altera posterius illi adjecta quam appelles licet τὸ δευτέρον ἐπιβολῆς. Etiam Præparatio bifariam divisa. Initio principia eorum quæ sunt in Apparatu narranda altius repetuntur, & historiæ universæ simul fundamenta jaciuntur ; ea est τὸ Περὶ ἱστορίας pars prior. Sequitur altera qua strictim res gestæ exponuntur à prima Romanorum extra Italiam trajectione cum exercitu ad belli Punici secundi exordium. Duos libros integros Præparatio Polybiana occupat. Primus qui est Præparationis prior, in quatuor ὁλοχερεῖς partes tribuitur: proœmium auctoris: Præparationis αρχήστως : belli Punici primi expositionem: & belli Libyci, sive Carthaginensium explicationem.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ] Inscriptiones singulorum Polybii librorum variè conceptas in antiquis membranis offendimus. Regius liber & Serenissimi Principis Boiorum Ducis atque alii è melioribus ut edidimus. cæteri, ut in vulgatis, ἵστορῶν λόγῳ τεκτονίᾳ. Etiam in optimo codice Principis inclyti Serenissimi Ducis Urbini, omnium quæ adhuc vidimus Polybii exemplarium vetustissimo ; sed in quo Epitomæ duntaxat habentur librorum xv. à tertio ad xvii. non aliter singulorum librorum frontes

prænotantur, nisi hoc modo, ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΤΟΥ Γ. ΛΟΓΟΥ. & ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΤΟΥ Δ. ΛΟΓΟΥ. atque ita semper. Ipse auctor vocat persæpe βιβλία, non autem λόγοι. nam in quinto, ὁ τετραγύμνων πολιτείας λόγος, non est liber, verum dissertatione, & sermo de Rep. Rom. quod est libri sexti argumentum. Veteres Critici quum Xenophontis Απομνημονίας Socratis libro quinto & ultimo titulum hunc præscripsissent, ΛΟΓΟΣ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ, ut propriam ei libro tractationem, à priorum subjecto diversam designarent, sicut fecisse eosdem videmus ad poëtarum patrem, extitere postea homines imperiti, qui male accepta voce λόγος à cætero corpore eam partem auctoritate M. Tullii non meliore iudicio defenderunt. Solent Græci partes singulas operum majorum in quocunque genere scriptionis, λόγοι appellare, aut τόποι, aut συνθέσεις, quas voces promiscuè pro βιβλίοις aut βιβλίον usurpant. Hinc illa diversitas in multorum librorum inscriptionibus. Nam etiam in Josephi Antiquitatum libris, pro eo quod est editum, λόγος αρχή, vetustissimus & fidelissimus Regiae bibliothecæ codex habet, βιβλίον α. alii codices ejusdem bibliothecæ cum editis consentiunt. Sic libros septem de bello Judaïco Eusebius appellat ἦπα λόγοι.

P R O O E M I U M.

PRÆFATIO Polybii tractatione septem capitum absolvitur. Principio auctor historiam περιγράψει in universum laudat, præcipuas illius utilitates commemorans. Deinde accedit Polybius ad proprias suscepτæ à se historiæ laudes, cuius dignitatem præ cæteris historiis, duabus rationibus probat. prior est rerum gestarum quæ est narraturus novitas, & magnitudo: posterior, ipsius subjecti præstantia, populi nempe Romani potentia omnium qui unquam floruerunt populorum potentiam longe supergressa. id quod Romani imperii comparatione instituta cum Persarum, Lacedæmoniorum & Macedonum imperiis, clarè demonstratur. Post hæc de capite Polybianæ historiæ agitur, & causæ explicantur. cur à bello Punico secundo justi operis sui materiam auctor sit exorsus. Docet deinceps, cur fuerit sibi necesse ad historiam suam duorum librorum Apparatu viam lectori munire. Secundum quæ afferuntur à Polybio causæ, quare hoc opus historiæ universalis componendum suscepit, atque ibi de utilitate historiæ γραφολικῆς differit; ejusque præstantia singularis imagine pulcherrima ingeniosè probatur. Postremo Præparationis ipsius principium cum cura indicatur. ubi etiam de capite rectè assignando ei historiæ quæ ratione recta & cum iudicio instituitur præclarè disputatur.

I. Historia πραγμάτων utilitates variae.

I. 7. τοῦς τὸν αἴρεσθαι καὶ τῷδε δοκεῖν τὸν τούτων νόμονηρέαν.] Non est otiosa vox παίτων. Nam quum multa sint genera historiarum, multæ formæ diversæ, non omnes eandem vim habent, verum ea de-mum quæ sit παίτη, hoc est, Polybianæ similis, & ad πραγμάτων ισοχιας genus pertinet, qua de re mox dicemus. αἴρεσθαι & τῷδε δοκεῖν noster, quod Diodorus Siculus in simili argumento αἰδηνὴν ισοχιας.

I. 9. Αἱ γὰρ τὰ μηδεπιανά ἐπιμοτίζειν τοῖς αἰρέσθαις διόρθωσις τοῦ πραγμάτων πράξεων ἐπισήμους.] Tria argumenta affert Polybius, ad commendationem historiae quæ circa rerum gestarum narrationem versatur. Primum est διόρθωσις, vitaem emendatio. Hæc posita est in duabus rebus, correctione vitiorum, qua publicorum, qua privatorum uniuscujusque, & aliorum institutorum emendatione, quæ ad melius & commodius degendam hanc vitam faciunt. Prioris generis beneficium quod sui studiosis historia confert, T. Livius fecit tanti, ut solum hunc statuat suæ scriptoris fructum. *Hoc illud est*, inquit, *principiū in cognitione rerum salubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi, tuę Reip. quod imitere capias: inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites.* Et noster quoque libro tertio extremo propterea scribit ea quæ de Romanorum institutis sit narratus, Politicis hominibus utilia futura, sive illi mutare in melius Reip. suæ formam velint, sive novam instituere. Via autem & modus percipiendi hujus fructus est ἐπισκοπή, diligens observatio causarum, eventuum atque omnium ex quibus prudenter potest augeri: iccirco dicunt Græci philosophi Politici studii tirones debere esse ἐπισκοπῆς attentos ad talium documentorum observationem. Ad hujusmodi observationes faciendas multis locis Polybius lectoribus studiosè viam praedit. ut quum pagina I. memorabili illa Xanthippi victoria & Reguli clade exposita addit in eatum rerum narratione multa posse observari per quæ errores vitæ hominum corrigantur: deinde illa cuiusmodi sint, diligenter explicat. Ad posteriorius genus διόρθωσεως pertinet locorum descriptionibus prioris etatis adhibendam esse correctionem ex historia recente, quæ multa patet fecerit, antea incognita aut male cognita. Eodem referendum, quod non semel Polybius affirmat; adeo jam sua etate peritiæ artium ad res agendas necessariarum, & rerum usu esse profectum; ut facile sit futurum πραγμάτων historiæ peritis civilia omnia negotia μεθοδικῶς, hoc est arte quadam ac ratione certa administrare. Libri ix. initio causam sibi scribendæ hujus historiae vel præcipuam fuisse ait τῷ τινι.

ἐμπειρίας καὶ τέχνας ἐπὶ τοσῦτον αεργωτῶν εἰληφέναι καθ' οὐκέτι, ὡς πάν τὸ ωδῆσπιπλον εἰς ἓν κυρεῖσθαι αἰσθεῖσι μεθοδικῶς διώλασθαι κατείχειν τὰς φιλομαθῶντας. Libro x. cap. 44. Ἐφαρμὴ πάντα τὰ Γεωργίματα καθ' ίματα ἐπὶ τοσῦτον εἰληφέναι τὰς αεργωτὰς ὡς τὸ πλεῖστον πνὰ μεθοδικάς εἶναι τὰς ἐπισήματας. Non negat autem Polybius alias quoque præter hanc vitæ corrigidæ esse rationes: sed nullam esse neque expeditiorem neque tutiorem ista affirmat. Inferius libro eodem dicetur duas esse proficiendi vias; per ipsa rerum pericula; & per alienos casus quorum cognitio lectione historiarum est parabilis: atque hanc rationem longè & faciliorem & tutiorem esse altera. His duobus modis tertium mox adjiciemus ex eodem. In proximis verbis τὰν αεργεργήσημδρόν περιέσων ἐπισήματα, malim scribi τὸ Δῆμὸν τὰν αεργεργόν. πρ. ἐσ.

I. 12. Επεὶ δὲ & πνὲς, & δὲ ἐπὶ ποσὸν, & λαὸν αἴπαντες, οὐέτως εἰπεῖν δέκα.] Ergo historici omnes qui ante Polybium scriperunt, locum illum communem de utilitate historiae vexarunt? Atqui apud Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, quos habemus hodie solos ex omnibus Græcis rerum scriptoribus, Polybio antiquiores, de ea re ne verbum quidem. Sed cavit tibi illa exceptione, οὐέτως εἰπεῖν prope dixerim. Ex iis qui post hunc scriperunt, non pauci laudationem historiæ instituerunt; ut è meliore sculo Diodorus Siculus, scriptor nobilissimus: è recentioribus quos non pigeat legisse, Nicephorus Gregoras, Procopius, & Agathias leviter attigerunt.

I. 13. δέκανης τέλος κέχειν] τὰς.] Vertimus ut sonant verba, sed est dictum proverbio affine, ad crebram rei usurpationem significandam. idem enim est cum eo quod Græci dicunt ἔργαντες οὐέτως κατα. B. Hieronymus adversus Pelagianos, sursum deorsum jacitare.

I. 15. ἀληθινωτέλων μὴ εἶναι παρεῖαν, ηγαντούσιαν αεργεσ τὰς πολιτικὰς περιέσεις τὰς εἰς τὰς ισοεις μεθίπον.] Alterum hoc est argumentum, quo probatur historiæ παγκαληῆs utilitas: quia versari in ejus lectione, sit quasi in ipso rerum actu & negotiorum civilium aut militarium administratione versari. nam & hoc & illo modo civilis disciplinæ candidatos præparari, & rerum viris Politicis necessariarum cognitione instrui. Scitum est enim, nihil hodie fieri, quod non prius sit factum: nihil olim quod non & hodie. Aristoteles Rethoriconum libro primo. δῆλον δὲ αεργεσ μὴ τὰν νομοθεσιῶν αἱ τὸ γῆς κατείδοις γενέσιμοι. σύπειρεν γελλαῖς εἰς τὰς τὸ εἴθεν νόμους. αεργεσ δὲ τὰς πολιτικὰς ουμεῖταις, τὰς τὸ καὶ τὰς περιέσεις γενεθόντων ισοεις. αἴπειτε δὲ τὰς πολιτικὰς ἔργαντα. Dicit Philosophus idem cum Polybio, sed more suo accurate & cum distinctione. Politicæ disciplinæ partes diversæ sunt Platoni & Aristotelii, οὐομεθελκτα, quæ leges condit, ut olim Draco, Solon, Lycurgus & alii quorum catalogum habes in

III. Politicorum capite ultimo: & ἡ βασιλείη, quæ etiam augustiore significatione πολιτεία appellatur; & qui hanc colunt Politici, ut Themistocles, Alcibiades, Pericles. Hæc facultas adeo est à superiori diversa, ut plerique omnes antiqui legum latores id:ται vixerint, sicut observat Aristoteles, neque ullam partem vel suæ vel alienæ Reip. attigerint. His ait Philosophus esse legendos illos historicos, qui γένος πολιτείας ediderunt: hoc est priscos geographos qui præter locorum situm leges populorum & varia instituta soliti breviter adnotare: illis verò qui Remp. sint recturi & administraturi, eos historicos esse voluntandos, qui res gestas descripsérunt, sive ut mox dicturus est Polybius, historias περὶ γεωγραφίας. Alibi docet Philosophus, sæpe evenire in consultationibus super publicis rebus, ut occurrentis alicujus difficultatis remedium ex historia utiliter queat peti. In primo etiam Politico admonentur homines Politici attendere, πόλεις λεγερόντος προσεδήλωσις ἀντιτελυχίας πρὸς: divulgatis exemplis eorum, quibus consiliū alicujus experientia bono cesserit. Quo etiam spectat illa exemplorum copia quibus Politicum suum in secundo Oeconomicorum Philosophus ipse instruit: quæ omnia vir omnisciū partim ex historiis scriptis didicerat, partim auditione & fando acceperat. Hujusmodi exempla Græci postquam in literas redegerant, Αντιτελυχία vocabant. Extat liber Αντιτελυχίας Aristotelis, sed diversi generis, neque ad usum politicum scriptus: quod testatur index; Θωμασιανὸς Αντιτελυχίας enim appellatur: quia miracula duntaxat eo recensentur auditione cognita. Sed fuerunt alii qui apta prudentiæ civili & bellicæ exempla collegerant, & hoc titulo libros ediderant. in his Æneas veterissimus scriptor rei militaris: de quo Polybius libro x. Est in manibus excellentissimus hujus Tactici liber, πάπας δὲ πολιορκήματος ἀντέχει, de toleranda obsidione, in quo sunt hæc verba sub fine: ubi de eorum animadversione agit, qui urbe oblella in obeundis vigiliis fuerint omissores. Ei δέ πνιος δεῖ μετέννεψεν παλαιότερος καὶ αὐτοὶ Κρύστας, τὰς τὸν πολεῖτα κεκλημένας καὶ εὐτὴρ πολεμίας κατέλιπε μετέχοντες, μετέννεψε δεῖ, εἴ τοι δὲ τοιότον καὶ πάπας πολιορκήματος. εἰς δὲ καμογῆς ἔργου τετταν δεῖ παρεῖναι, εἰ τοῖς Αντιτελυχίας γράμματι. De utilitate historiae ad bellicam artem, quæ est species aut pars πολιτείας, Marcus Tullius Hortensio. Unde facilius quam ex Annalium monumentis, aut res bellica, aut omnis Reip. disciplina cognoscitur? Unde ad agendum aut dicendum copia de promi major gravissimorum exemplorum, quasi incorruptorum testimoniorum potest? Polybius in pulcherrimo fragmēto, quod inter cætera ē Suida descripsimus, parandæ artis militaris tres vias cordatis sue extatis ducibus scribit suisse uisitas. Primam earum esse, τὴν διὰ τὸν πολεμοῦσαν καὶ τὸν τετταν μελέονδην; ea est historiæ περὶ γεωγραφίας lexitatio & diligens observatio. Alteram

τὸν μεθόδον τρέπον τὸν τρόπον τὸν ἐμπορίον τὸν σχόλιον quum aliquis Tactico magistro aut Tribuno operam navat, & more militari sc̄e exerceat, quæ doctrina umbratica solet appellari. Tertiam, ἡ οὐτῶν τῆς παιδείας τὸν εἶχεν τὸν τρόπον, per ipsam rerum experientiam usu collectam in veris certaminibus. sic accipe ista è libro ix. in pergravi digressione de institutione imperatoria. pag. **decclxix.** τῶν παιδεύησιν, τὰ μὴ εἰς τρόπον, τὰ δὲ εἰς ισογένους, τὰ δὲ καὶ εἰς παιδείαν μεθόδον τὸν τρόπον. Idem censendum de universa doctrina politica, tribus eam rationibus posse comparari, lectione historiæ, ope magistri, & usu. Sed meminerint tirones hujus studii, Polybio auctore ex hisce tribus præstare historiam. Id enim significat, quum eam vocat ἀληθινωτίτιν παιδείαν, verissimam futuri Politici institutionem. quare autem verissimam? quia propria quidem experientia plurimum fallit, Philosophi vero Politici qui Polybii ætate ferè erant Stoïci raro aliquid in suis scholis docebant, quod ubi ad rei veritatem erat ventum, non esset dediscenti ceu inutile & nulli usui. Simillimum est quod de armorum magistris suæ ætatis Plato in Lachete observat: totam eorum artem vanam esse & prorsus inutilēm; ac ne μάχην quidem, sed μάχην τεχνικὴν meram: cujus professores propterea Lacedæmonem, ceu lapidem Lydium, summo studio vitarent: οὐ γάρ τοι τοῦτο μάχην τεχνικὴν. Nec multo aliter dicebat Xenophon libro primo, & viii. Pædiæ, venationem esse rerum bellicarum μελίτην τὴν ἀνηστάτην, ac præcipue rei equestris, eo videlicet respiciens, quod sape magistri ejus artis quales hodie Italorum multi omissis quaæ ad vera certamina sunt profutura, motus militiæ inutiles tirones suos doceant: quod fuisse etiam Scipionis Africani judicium libro x. Polybius significat. Aliam causam afferit scriptor elegans Agathias principio libri primi, cur politico sit censenda utilior historia quam Philosophia politica. eam studiosi ex ipso petant si lubet. Iterum Polybius pag. li. εἰς ὁν συνδιδοὺς ταῖς παιδείαις οὐκέτεον τὰς αληθινὰς βίου, τὰς εἰς τὴν παιδείαν οὐκέτι πρόβλημα ἔργονται.

I. 17. εὐαργεστάτην δὲ καὶ μόνην διδάσκαλον τὸν διάνοιαν τῆς τύχης μετεύοντας φύνατος φέρειν, τ.] Tertium argumentum afferendæ utilitatis historiæ. quia in adversis nihil æque juvat, ut aliorum meminisse quibus similis fortuna evenit. nam hujusmodi exempla unde, nisi ex historia vel εἰς τὰς οὐρανικὰς? Res per se nota & cui abunde sicut faciant omnes Philosophi, qui de consolatione libros ediderunt. Gemina huic est illa utilitas, quam è Tragœdiis capi pulcherrimis versibus docet Timocles: quos lege apud Stobæum sermone **cxxxiii.** Diодорus Siculus libro **xviii.** postquam de momentanea Fortunæ varię-

varietate eleganter differuerisset: διὸ καὶ, inquit, τὸ ισοχίαν αφεσκέντως ἀντις διπλέξαις. τῇ γὰρ τῷ πεδίῳ ἀναμελίσκει μετάβολη διορθώσις τῷ φύσει τούτων τὸν τάσσην φανιαν. τοῦτο δὲ ληρόντων τὸν αποχίαν. ubi duplex utilitas, miserorum consolatio: beatorum ne efferantur coercitio. Pro cōsideratione, scribo cōsiderationem, et si aliter libri tum hic tum in simili loco inferius. Observent tirones in his verbis cōsiderationem, καὶ μόνιμη figuram ēν Διῃδοῦν, auctori huic admodum familiarem. nam ita accipiendum quasi scripsisset μόνιμη cōsiderationem, efficacissimam εἰς σολανήν, pro solam efficacem, atque efficacissimam. Ita saepe loquitur Polybius. pag. xvii. τῇ δὲ οὐστέοις ισοχίᾳ δέχεται καὶ αφεγέος, nostrae historie principio εἰς proposito, id est, τῇ τῆς θυρᾶς ήμερη απερθέτους ισοχίᾳ δέχεται, historie principio quam proposuitus narrare. Pag. CLXXXVIII. δέχεται πάλιν ἐχθρόν καὶ οικόδομον τῶν πόλεων αφεγέος. Pag. CCCXXX. αποσθέντον δέξεται μηχανήν. Pag. CCCII. οικεποτήθουσαν τὸν δὲ τολμέαν καὶ τῆς ἐπιφορᾶς τὸν Νομισμάτων, hoc est, τὸν ἐπιφερεμέριον Νομισμάτων. ut paulò antea μὲν ουρανοθάσιν τὸν τοῦ ἐπιφερεμέριου ιστόνταν. Salustius, periculo atque negotiis compertum est: τῇ πείρᾳ καὶ τοῖς περιγραφοῖς, pro eo quod passim Græci, τῇ πείρᾳ τῶν περιγραφῶν. Plinius in primo Epistolarum: sensum quendam voluptatemque percipio.

I. 20. τῶν τῷ αὐλοτέρων αἴτιοπλειῶν ἀσέμβρηστον.] Cicero Titio: eventis aliorum memoria repetendis, nihil accidisse novi nobis cogitamus. & in pulcherrima ad Cæcinae epistola. Levat dolorem communis quasi legis εἰς humana conditionis recordatio. Choricius Gazentis rhetor elegans, ac planè qualem cum χαρακτηρίζει Photius, in eo sermone quem habuit in funere Procopii Gazæi præceptoris sui, hanc sententiam fuisse ita persequitur. ιδειτε γὰρ τὸν φάρμακον ἔστι λύπης ὁ γέροντος. οὗτος γάρ μέσος ἐλέων, καὶ θείων γενομένηρος αἰκισμάτων, μέμρεται τὸν τοιούτον γεροποιεῖν αὐτοὺς. οὐ γάρ τοις ιατρεῖς δέχονται τὸν λογισμὸν φάρμακα ταχηγότατο. οὐ πάλαινον οἱ λόγοι διατίσσονται; ταῦτα γάρ τοις ποιημένοι τὰς τοιαύτων σημαντάνοντες τύχας. οὐ γάρ τοις διατίσσονται διπλανῶμεν αὐτὸν οἷς εἶμεν τοῖς αὐτοῖς εἰπεῖν αἰφέλειαν δρεψάμενα καὶ τοιετας συμβάντος οὐκέπει, τοῖς ἄνδρας οἵτε πεπονθότες οὖν, η πιεσθεσσούσι τοις αὐτοφέροντες, οὐ τοῖς οἴταριν ἥσον. ἀσέμβρηστος, memoria, repetitio, recordatio. cū sibi aliquis in memoriam revocat, quæ scit, sed dicitur siccus de eo qui eodem officio erga alium fungitur. Glossarium, ἀσέμβρηστος, admonitus, admonitio: monitus, monitio.

I. 22. οὐδὲ τοιούτως οὐ πολλοῖς εἰσηγόρων παθόλογον.] In reeadem Salustius ratione eadem uititur initio Jugurthini. Ceterum ex iis negotiis que ingenio excentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum: cuius de virtute quia multi dixerunt pretercundum puto. Gravissima est sententia scriptoris alioqui parum gravis, Artemidori: f 5 qui

qui initio operis nihil se quod ad rem faceret ait omisisse, nisi esset à prioribus scriptoribus occupatum. ab iis consultò abstinuisse: ne aut mentiri cogeretur aut iniquè agere: illud, si præclare dictis vellet ire contradictum: hoc si dicta vetustioribus reponens, de manibus studiosorum scripta eruditorum qui prius vixissent excuteret. Sic ille, εἴπειν αὐτοῖς τοῖς παλαιοῖς οἰδέσσωντας ἐπηγόρειος, τοῖς τάπαις στοιχείοις ἐρε λέγειν· ἵνα μὴ οὐ διαλέγειν ἐπιχθρῶν φύσιδεας αἰνιγμάτων· οὐ τὰς αὐτοῖς λέγων διπολείαν τοῖς μέσου παρέδει τὸ πόνον τὰς παλαιάς.

Plane digna sententia quæ alium auctorem haberet, quam illum somniatorem.

II. Historiae Polybianæ dignitas & præstantia.

1. 24. αὐτὸν γε τὸ ωρθοῦσσον τοῦ περιέστων ὅτε ὁ αὐτορίμενος γενι-

φειν.] Athesi transit ad hypothesin. Si universum genus περιγκαλῆς
ιστορίας laudari opus non habet, multo minus hæc nostra. quæ quidem
de rebus scripta est maximis, imperio nempe orbis terrarum a Ro-
manis occupato. hoc est primum argumentum. sequitur alterum, nec
solum maximis; verum etiam miraculi plenis, propter temporis bre-
vitatem, quo fundatum est Romanum Imperium, annorum videlicet
vix trium & quinquaginta. Accedit genus ipsum scriptionis, non
enim eventus tantum rerum scribit Polybius, sed consilia & causas re-
rum scrutatur, & profert in medium. hoc illud est quod ait, τὸ πᾶς
ἡ πόλις γενικὴ πολιτείας. istud est tertium argumentum.

2. 4. πᾶς γε πόλις γενικὴ πολιτείας ἐπιχρυσήν ταχεῖαν ἀπαντεῖ τοῦ οὐ.]
Heic observandus est Polybii scopus & propolitum in hoc excellentissi-
mo opere moliendo. Scopus illius fuit, non solum res gestas populi
Rom. posteris tradere, & incrementa imperii ipsorum admiranda, sed
multo magis, tot victiarum causas aperire, & formam Reip. Rom.
atque illius instituta Græcis suis palam facere: ut ejus populi virtute
incomparabili cognita, jugum potentiae Rom. ferant non gravate.
Non repetemus hoc loco, quæ initio operis de hoc fine Polybianæ
scriptionis copiose disseruimus, unicum duntaxat locum afferemus,
ex quo de illius mente possit constare. Scribit igitur auctor initio ter-
tii, ex hac historia manifestum fore omnibus, πότερος φύσιτων το-
τε τετίον εὔρεται εἴναι συμβαῖτον Παροχήν διωγμοῖς: hoc est, utrum
Græci occasionem haberent detrectandæ Romanorum dominationis,
an potius in illa acquiescendi. Propterea saepe iterat noster, non so-
lum res gestas narrare se, verum etiam πᾶς, & causas eventuum di-
ligenter inquirere. Vide initium libri III. & libri V. ubi geminus
hius locus, imo verba eadem. Porro causa successuum populi Rom.
uno verbo hic declaratur, τὸ γένος τοῦ πολιτείας. Censuit enim Poly-
bius,

bius, causam Romanæ magnitudinis, non esse Fortunam, ut stulti Græci jactitabant: quos tot locis in hoc opere refellit: sed ipsam formam Reip. illius: & instituta sive civilia sive militaria. Lege quæ de ea re scribuntur extremo libro III. & toto libro sexto, & sacerdotes alibi.

2. 5. οὐαὶ τὸν κτίσαντα τὸν οἰκουμένην.] Oīkoumēnūs Græci appellant sæpe non quod vox sonat; sed orbis habitati partem olim notam. Alibi sese explicat Polybius libro VIII. in eadem re: πάντες τὰ γραπτά μέρη τοῦ οἰκουμένης τὸν μίαν δόχειν καὶ διωγσίαν αἰγαλεῖν. lib. XV. ἐμελλον κατεύθειν καὶ τὸν ἄλλων μερῶν τοῦ οἰκουμένης ὅσα καὶ ζεπτώσειν τὸν οἰκουμένην. Dionysii Halicarnassensis levitatem, disertis verbis affirmantis universam terram habitabilem Imperio Rom. sua ætate parere, jam olim castigavimus.

2. 6. οὐαὶ οὐαὶ πειθόντες καὶ τείσοντες μίαν δόχειν εἶποε τὸν Παναγιών.] Ista observatio de spatio annorum trium & quinquaginta, quibus Romani orbem terrarum pene totum sui juris fecerint, propria Polybii est; quam alibi nusquam invenio, præter unum Zosimum, Polybii sententiam referentem. Placet igitur Lycortæ filio, populum Rom. de occupando Orbis imperio ante bellum Punicum secundum vix cogitasse: verum qui feliciter primo Punico vires suas esset expertus, ex successu animos sumpsisse, ac mox oblatis occasionibus utentem, brevi spatio temporis non sine ingenti miraculo rem tantam simul propemodum & aggressum esse & consummasse. Id spatium Polybius appellat, ξείνον ἀεργεῖταις τοῦ Παναγίου διωγσίας, tempus incrementorum Imperii Pop. Rom. atque idem terminis spatium hoc certis circumscribit. cepisse ἀεργεῖταις initio Olympiadis cXL. circa quod tempus belli Punici secundi mox erupturi semina jaciebantur. consummatam esse ἀεργεῖταις Perse victo, & Macedoniae regno everso; quod accidit ineunte anno secundo Olympiadis CLIII. Verum Polybius aliquanto ulterius terminum hunc porrigens, medium hoc intervallum semper nominat, τὸν πειθόντες μετεπέλευτον ξείνον; tempus annorum CLIII. sed non plenorum, ut hoc loco dicitur. Intra hoc spatium Romanos & consilium iniisse parandi imperii Orbis terrarum vult Polybius, & tantum inceptum penitus profigasse. Ait diserte libri tertii principio, Romani imperii augmentum habuisse, καὶ τὸν δόχειον γραπτὸν, καὶ τὸν ξείνον ἀεργεῖταις, καὶ τὸν σωτέλειαν ὀμολογεῖταις, principium notum, tempus definitum, consummationem certam & de qua ambigat nemo. intelligit ante initium ac finem hujus intervalli annorum CLIII. Mira sane observatio, nam post confectum bellum Persicum, stabat adhuc Carthago, stabant regna regum Ægypti, Syriæ, Asiarum, Pergami, Cappadociæ, Numidiæ, alia. etiam Græcorum civitatibus & insulis, sua fere libertas constabat.

Omitti

Omitto Galliæ utriusque populos plerosque, item Germanos, Britannos, Hispanos, Thraces, Judæos, qui omnes postea diversis & occasionibus & temporibus Rom. imperio accesserunt. Quomodo igitur victo Perse, σωτέλειαν εἶχεν ἡ Παραγὴ τῶν διωκεῖσθαις aut cui præter Polybium hujus adeo stupenda observationis venit unquam in mentem? Nam contra, communis veterum historicorum traditio est; annis cc. postquam ex Italia pedem efferre cepisset Pop. Rom. imperium orbis tibi ipsum peperisse. Florus libro II.

Domita subactaque Italia, populus Rom. prope v. annum agens quum bona fide adolcisset, si quod est robur, si qua juventus, tum ille vere robustus ac juvenis, & par orbi terrarum esse cepit. Itaque mirum & incredibile dictu, qui prope quingentis annis domi luctatus est. (adeo difficile fuerat dare Italia caput) his cc. annis qui sequuntur, Africam, Europam, Asiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriisque peragravit. Appianus vero longe moderatus; non enim dicit Romanos ducentis istis annis κραυγαζόμενος esse factos, sed hoc tantum: externi militis vim imminsam obtinuisse, & plerasque provincias suæ ditioni adjecisse. Διαγενεροὶ μηδεὶσι εἴης ἐπεισὶ ἵπποι πενταγενεῖς, ἵπποι μέγας ἡλικίας ἡ δρόμῳ. καὶ ξενικῆς τε διωκείσας εὐχεῖτον αὐτοῖς καὶ τὰ πλεῖστα εὐεστοῖς τανταρίγενοι. Sed enim Polybius ea quæ commemoravimus regna, & Græciam universam pro subditis populo Rom. habuit: non quod jugum servitutis adhuc subiissent, ut postea fecere, quum armis sunt devicti: verum ea ratione, quod per bella dicto spatio LIII. annorum gesta, omnibus Europæ, Asiac, Africæ populis, qui alicujus erant nominis, expressa erat impotentia confessio: jamque cō res redierat, ut ē notioribus tunc gentibus nulla esset, quæ ex aequo cum populo Rom. agere auderet; omnes Reges, omnes civitates bene secum agi putabant, si precaria libertate fruerentur, quod Achæorum suorum nomine Lycortas nostri parens, apud Livium in altercatione cum Appio Claudio lamentatur libro XXX. Itaque Polybius in tertia quum dixisset, ὁ ζώντος ὁ πεντηγενεῖτος εἰς τεῦται εἰληφθυ. ἡ τε αὐτῆς καὶ πεντηγενεῖτος Παραγὴ διωκεῖσθαις εἰτελεῖσθαι, exacto spatio annorum LIII. incrementa imperii populi Rom. sunt consummata; statim velut sententiæ suæ agens interpretem subiicit. *Ad hæc in confessio apud omnes erat, atque adeo confessionem hanc necessitas omnibus exprimebat; parentum porro esse Romanis, & illorum jussa esse capessenda.* hæc autem erat conditio populorum non plane subditorum, sed qui tenerentur ex scđere pop. Rom. majestatem colere. Quum autem Polybius finem propositæ tibi ad scribendum materiæ, & operis destinati, isto annorum LIII. intervallo includat; apparct ipsum quando ad scribendum primò animum appulit, de posteriore

parte

parte suæ historiæ nihil dum cogitasse ; certè nihil quicquam adhuc statuisse. Quæ igitur in prologo tertii libri de parte hac historiæ suæ τῆς δούτερης ἴππολυτῆς differuntur , ea posterius videntur fuisse adjecta.

2. 6. οἵ λοις πεντήγουρα καὶ τεῖσιν ἔτεσι .] Zosimus Comes in ipso vestibulo historiæ suæ ex isto loco , ὡς τε οἵ λοις τεῖσι καὶ πεντήγουρα ἔτεσι γὰν μόνον Ιταλίαν , αὐλά καὶ Λιβύων πατέρων . οὐδὲν δὲ τὸς Ιταλογυροῦ ἐν τοῖς πατέρων , & quæ sequuntur. in quibus mentem Polybii non video expressam. nam quum dicat Polybius Romanos tribus & quinquaginta annis totum ferme orbem terrarum suo imperio subjecisse ; eo nempe genere subjectionis , quam modo exposuimus : Zosimus de vera servitute qualis postea fuit videtur accepisse , & de prorogatis imperii finibus adjectione regionum in formulam provinciæ redactarum , quæ stipendium penderent. Itaque illa Polybii verba , οἵ λοις αἴπαντα τὰ καὶ τὸν οἰκουμένων restrinxit ad Africam , Græciam , Macedoniam , & partem Hispaniarum : quod longe abit à mente Polybii , sicut ostendimus. In præcedentibus apud eundem Zosimum verbis mendum est , quod tot eruditissimos viros nondum deprehendisse mirum est. Loquitur ex Polybii sententia de primis populi Rom. auctibus ; quos adeo fuisse lertos dicebat ut annis sexcentis à conditu Urbis , aliquam duntaxat Italiz partem in suam potestatem redegissent : qua tamen ipsa pulsi & dejecti ab Hannibale post diem Cannensem fuerint. Sic ille : Οἱ Πανιώνιοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν , οἰκανοτοῖς ἔτεσι τοῖς πεντετοῖς περιπολεμήσαντες , μεταλλεύσαντες δοχεῖαν σὸν οἰκησαντες . μέτρῳ δὲ τὸν τῆς Ιταλίας οὐφεταὶ ποιούμενοι , καὶ τέττα μῆνα τὸν Αργιλέα Διδόνειται , καὶ τὸν εἰς Κάρανος οἰκηθεὶς οἰκησαντες . In numero annorum large peccatum est. quid scripsierit Zosimus , ipse viderit. Ego scio ex Polybii mente numerandos esse annos à Palilibus Romæ ad cladem Cannensem quingentos triginta quatuor. Nam Polybii sententia fuit conditam Romam execute anno primo Olympiadis septimæ : paulo aliter quam Varro , qui Palilia conjicit in annum tertium Olympiadis sextæ ; & Cato , qui in annum quartum ejusdem Olympiadis. Sed non dubito scripsisse Zosimum πεντετοῖς : & de quingentis illis annis sentisse quorum paulo antè è Floro & Appiano mentionem faciebamus. Apud Suidam in voce Πάμι extat locus veteris scriptoris , qui à conditu Romæ ad prima bella transmarina intervallum statuit annorum ccclxxvii. sed deest unus centenarius. quare scribendum apud Suidam : δέκα δὲ πεντετετραῖς Διδονεοταῖς εἰσὶ καὶ εἰδομένων καὶ τελεγενσίαις εἰσὶν αἴσεργεις ησαν ιππεογείαν πολέμων .

III. *Populi Romani potentia & imperium.*

2. 12. Ως εὶς τὸν πλέοντα καὶ μέγα τὸν τοῦ οὐεπέργεν πόλεων γεώργη.] Dignitatem historiæ suæ conciliat à nobilitate subjecti. Polybianæ historiæ subjectum ratione quadam est orbis terrarum universus tunc cognitus: nulla enim fere pars est, de cuius statu non egisset: verum potissimum subjectum, & ut loquuntur in scholis adæquatum est populus Rom. ut antea diximus. Populi igitur Rom. potentiam probat comparatione imperiorum quæ vulgo maxima censentur. Hanc quoque partem, ut alia hujus præstantissimi auctoris, videtur esse imitatus Dionysius Halicarnassus; vir ille quidem doctissimus & Rhetor ac Criticus excellentissimus: sed profecto politicus interdum parum bonus, & censor alienorum scriptorum alicubi morosus, ne dicam putidus: ut in iis quæ de Polybio summa temeritate pronunciavit; sicut est à nobis in hujus operis vestibulo demonstratum.

2. 17. ὡς οἱ συγχρόνιοι τὰς πλείστας Διγενεῖται λόγους.] Vertimus, *de quibus ut plurimum extant historiae.* id enim videtur auctor velle. Potest etiam sic: *de quibus historici plurima scripta ediderunt.* aut etiam ut exprimamus vim Græcæ locutionis solis eruditis notam, *plurima quæ sunt in manibus hominum scripta compo-suerunt.*

2. 20. οὐτοὶ γάρ τὸν πλέοντας αἴτια καὶ συκείσεας, αὗται.] Omittit imperia Assyriorum, & Medorum. itaque Dionysius hanc partem comparationis explevit. Sed Polybius confuso confilio de eis regnis videtur filuisse, quorum propter nimiam vetustatem, paucos notitiam habere sciebat ex iis quibus potissimum hanc operam navabat. Aristides verò in Panegyrica Romæ laudatione, quum simili comparatione magnitudinem Romanorum illustrare vellet; non solum Persico antiquiora imperia missa facit; verum etiam assveranter pronuntiat, nullum omnino eorum dignum fuisse, quod cum Romano contendatur. Persicum quoque fuisse ejusmodi, quod si quis Romano vellet æquiparare, ludibrium deberet. Τὸν Περσῶν δέχεται, inquit, σκεψάμεθα. ή πάντα μότε τοῖς Ελλησσιν ἐνεβόλε. καὶ μέγαν παρέχεται ἐπόνυμον παλαιᾶς τὸν ἔχοντα αἰτίαν βασιλέα· τὰς γὰρ αὐτῆς φωλοπέργες ψοτεῖσαν. Ubi vides aliam causam cur illa imperia à Polybio sint neglecta. Græci enim plerique existimabant prisca regna & Persico priora, oppidò tenuia fuisse, & parva: quum tamen constet aliter rem habuisse. Dionysius quoque in eodem errore est versatus; qui videtur Assyria regnum finibus Syriæ, (ea est quæ olim Assyria dicebatur) hoc est minutula quadam Asia parte circumscripsisse. Η Ασυρίων δέχεται, ait, πα-
λαιάς

λαγά περί τοις, καὶ εἰς τὰς υπότικας ἀναγράψιν ξένοντες ὀλίγα πέρις ἐνεργήτως
τοῦ Ασίας μέρης. Sed & Dionysium & Aristidem fugit ratio: neque enim
partem aliquam exiguam, ut ait Dionysius, tenuerunt Asyrii, sed
Asiam aliquando totam, India duntaxat excepta. Diodorus Siculus li-
bro II. de Semiramide regina Asyricum: αὐτὴν μὲν εἴ τι βασιλεῖσσαν
τοῦ Ασίας πάτον τῷ λαῷ Ινδῶν, ἐπελεύθερη. Agathias libro II. αὐτῷ τῷ
αὐτῷ τοῦ μητρὸς Ασσύριος λέγειν ἀπαντεῖ τῷ Ασίαν ξένοντας τῷ λαῷ Ινδῶν
τοῦτο Γαζήλον πολεμὸν ἴδρυμένων. B. Augustinus de Civitate Dei li-
bro XVIII. cap. II. *Quantum attinet ad imperium, nullum majus*
primis temporibus, quam Assyriorum fuit, nec tam longe lateque
diffusum. Quippe ubi Ninus Rex Beli filius universam Asiam, quæ
totius orbis ad numerum partium tertia dicitur, ad magnitudinem
vero dimidia reperitur, usque ad Libya fines subcigisse traditur. So-
lis quippe Indis in partibus Orientis non dominabatur: quos tamen
eo defuncto Semiramis uxor ejus est aggressa bellando. Ita factum
est ut quicunque in illis terris populi, sive reges erant, Assyriorum
regno ditionique parerent, & quicquid imperaretur efficerent. Ipse
quoque Aristides in Panathenaica, quinque omnium maxima imperia
hęc agnoscit, Assyrium, Medicum, Persicum, Macedonicum, Ro-
manum. Asyriæ vero nomen amplissimis quandam finibus patuisse
ejusque provincias fuisse Babyloniam & Ninevith, ex Herodoto,
Strabone & Plinio constat. Jam quum in hac disputatione non sit de-
dignatus noster Lacedæmonis imperium, duodecim, ut ait, annorum
recensere, quare Atheniensium est aspernatus: quod nec fines angu-
stiores habuit, & spatio temporis fuit diuturnius. At Dionysius non
insuper habuit, neque disertissimus Aristides.

2. 22. Πέρους καὶ πνεύματος μεγάλων δρόχων κατεσκόνεται καὶ διασ-
τέλει. [Totam fere Asiam, quæ quidem veteribus nota erat, obtinuerunt:
aliquando & Ægyptum, & in Europæa Thracia urbes aliquot. Illud autem καὶ πνεύματος, accipiendum non de universo tempore
quo Persæ dominati sunt Asiae, sed de illo tantum quo plurimum po-
tuerunt: ut sit quod dixit Dionysius, πελστῖνες, tandem, sive in ul-
timis imperii ipsorum temporibus. Verba Dionysii sunt: Πέρους
ἡ οἱ Μῆδος νοτίωνοι μέροις, τῷ μὲν Ασίας πάτον πελστῖνες ἐνεργήτως.

2. 24. οὐδὲ στενοί εἰσιν οὖτε βῆματα τὰς τοῦ Ασίας ὄρες καὶ μέ-
ρον τοῦτος τοῦ θάλαττος, οὐδὲ καὶ τοῦτο σφῶν σπουδὴσσαν.] Respicit infau-
stas & omnibus notas Darii & Xerxis in Græciam expeditiones.
Languidior apud Dionysium sententia; quoties Europæas gentes
fuerint agressi, non multas earum sibi conciliasse: mira sane misericordia.
sed omnium elegantissime Aristides; Xerxi in Græciam aucto trans-
gredi, ad hoc unum suas opes profuisse, ut quamplurima posset per-
dere: neque alia re quam jacturæ magnitudine, hominum admira-
tionem

tionem consciſſe. Verba illius ſubjiciam: *εἰς δὲ γε τὸν Ελαῖδα Διγέ-
ῖνην ποτε ἐπιχρήσας ὁ τῶν δῆτῶν ἡλίς αὐτῷ θεοῦ μέχεται δυοῖς μύθοις βα-
σιλεὺς, ποτέ τοι ἐθαυμάζεται, ὅσον μεγάλως ἡτύχησε. καὶ τότε ἐπί-
δειγμα ἐποίησε τῆς αὐτῆς λαμπεστήθει, ὃν πολλὰν καὶ μεγάλων
ἔχει σεργίην.*

2. 27. *Δακεδαμόνιοι ἐπέδη ποτ' εὐρύτοσιν, μέλις ἔτη διάδεινον γέτε-
τον αὐτῶν αὐτοῖς.]* Magna varietas mihi notata apud optimos scri-
ptores, cum de imperio Lacedæmoniorum loquuntur. quod quidem
Polybius ait fuſſe annorum vix xii. Isocrates decem. Dionysius Ha-
licarnassensis, triginta. Diodorus Siculus, Plutarchus, alii, ad annum
quingentesimum porrigunt. Tum autem, alii à Conone prælio na-
vali ad Cnidum fuſſe eversum ejus populi imperium ſunt auctores;
alii ab Epaminonda ea pugna quæ ad Leuctra Bœotiae oppidum eſt pu-
gnata. Has tot inter ſe pugnantes ſententias in ſpeciem, ut compo-
namus; primum illud monemus Lectorem, diſtinguendum eſt inter
veram δέχτω, dominationem proprie dictam, & ἡγεμονία, Duca-
tum, ſive principem locum, quæ plane res diversissimæ quum ſint,
evenit tamen ſæpiſſime in vita humana, ut ii quibus propter antiqui-
tatem aut virtutis prætantiam τὴν ἡγεμονίαν deferebantur & princeps
locus; ii delatum ultro honorem in dominationem atque imperium
vertant. Unde etiam factum, ut ſæpiſſime auctores optimi promi-
ſcuo harum vocum uſu; res natura diversas confundant. Inter Græciæ
populos jam inde ab antiquo ante bella Perſica duo populi pene ισονέ-
ρφοι, etſi diversis ſtudiis Athenienses & Lacedæmonii eminebant.
quamdiu igitur utrique suas res privatim administrabant, quum nihil
in commune curarent, neuter populus alteri neque concedebat neque
præstabat: ubi bello Xerxico Græciæ universæ copiæ convenerunt, ce-
pit statim ſuper Ducatu Græciæ quæſtio moveri. Ibi tum virtus admi-
rabilis Atheniensium eluxit, qui ſalutem omnium Græcorum privatæ
ſuæ gloriæ anteponentes Lacedæmoniis ultro conſeſſerunt. Ita cun-
ctorum conſenſu Græcorum delatus eſt Ducatus Græciæ Spartanis.
Sed non multum ex eo præterierat temporis, quum Athenienses ſuæ
modestiæ, quam necessitas temporum invitis, ut res docuit, expreſſe-
rat, pœnituit. Igitur mox periculo evitato, Pausaniæ ducis Sparta-
norum perfidiā prætexentes, honorem ac titulum Ducatus Græciæ
à Lacedæmoniis repetunt. Herodotus Urania postquam dixiſſet Athe-
nienses bello Xerxis, quod pluris ſalutem Græciæ quam propriam glo-
riam facerent, noluifſe συνιάζειν τὴν ἡγεμονίαν: addit eosdem viſto
Perſa, αρχαὶ τὸν Πανοποίων ὑπὲν αρχιχοῦμενος ἀφελέας τὸν
ἡγεμονίαν τὰς Λακεδαμονίας. Hactenus ἡγεμονία & honos Ducatus.
Sed enim ab illis principiis nunquam poſtea deſtitere duo illi populi
iter ad imperium & veram dominationem affectare. Conſtat nun-
quam

quam fuisse tantum virium neque Atheniensibus neque Spartanis, ut Græciae omnes gentes possent tibi subiecere: qui tamen populi ambo diversis temporibus, & obtinuisse imperium Græciae, & amississe, in veterum monumentis passim leguntur. Illi vero non Græciae universæ, sed insulis tantum Cycladicibus & paucis in continentem per oram maritimam Thraciae ut plurimum oppidi dominabantur. Aristides in Romæ encomio: ἐπειδὴν ποὺ τωρ δέχεται οὐκ οὐραγίας (re quidem vera pugnabant τωρ δέχεται: sed titulus bellorum erat τωρ οὐραγίας: ideo utrumque hic jungitur rectè:) Αθηναῖοι οὐκ Λακεδαιμονῖοι οὐκ οὐραγίας, ταλαιπωροῦσαν τὸν Γαλατῶν, οὐδὲ Κυραῖον αἴρουσι, οὐδὲ εἰσὶ Θεοῖς αἴρεται (έχει) οὐκ Πύλας οὐκ Ελλάς οὐκ Κορυφάσιον. οὐτούντων οὐκ οὐραγίας. & addit idem venustissime: similes fuissent Athenienses & Lacedæmonios in illis suis imperiis homini, qui totum id corpus in sua potestate credat esse, cuius unques teneat: denique οὐραγότεροι imperium magis, quam κληροῦται. Hujusmodi Græcorum imperia fuerunt Græciae scriptoribus adeo celebrata. Et Athenienses quidem semel dominationem obtinuisse, semel ea fuisse spoliatos invenias: licet tempora illius variè notentur. Isocrates in Panathenaica facit annorum LXV. contineorum: ἡμεῖς μῆλοι καὶ οὐραγίας ἐπιστεγῶς κατέχομεν τὸν δέχεται. Lycurgus adversus Leocratem, οὐραγίαν vocat, non αἴρεται, & definit annis XC. Lysias, θελαπονεροτάτους, maris non totius Græciae dominos fuisse, per annos LXX. Dionysius αἴρεται partis cuiusdam oræ maritimæ annos LXVIII. Adeo initium hujus dominationis est incitum: nam finis quidem certissimus & notissimus, in anno ultimo Olympiadis XCIII. quando Lysander parta ad Ägæos fluviū insigni victoria, finem: simul bello Peloponnesiaco & potentiaz Athenienium imposuit. Tum primura Lacedæmonii non Ducatum solum, sed dominationem aliquam Græciae visi sunt esse consecuti. Itaque Diodorus Siculus in anno primo Olympiadis nonagesimæ quartæ, disertis verbis Græciae imperium illis attribuit; eosque ait, σειροίνουσας τὸν Φεραλὸν δέχεται αναρροφοτείτην. De hoc Lacedæmoniorum imperio si sentiebat hoc loco Polybius, eat per me & advocationem querat. nos ejus assertionem de annis XI. nolumus tueri. decimo si quidem non autem XII. post anno Conon civis Atheniensis, Persicarum Dux copiarum, navali pugna ad Cnidum superatis, & ingenti clade affectis, imperium ademit. Diodorus Siculus in anno altero Olympiadis nonagesimæ sextæ: Λακεδαιμονῖοι δέποτε τάται Φεραλὸς τὸν Φεραλὸν δέχεται απέβιλον. amississe ait Spartanos imperium maris: hoc est Græciae imperium αὐτῶν: probavimus enim & horum & Atheniensium imperia, mare continentium potentiani fuisse, aliud nihil. Ämilius Probus, sive Cornelius Nepos: Conon apud Cnidum Lacedæmonios adortus, magno prælio fugatus, multis navibus capit, com-

plures deprimunt. Quia victoria non solum Athene sed etiam cuncta Gracia quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio liberata est. Isocrates in Evagora, de Cononis rebus gestis loquens, & consilio quod Persis dedit ad opprimendum Lacedæmonios: πειθίλων τῶντα τοῦ σπα-
τηγῶν οὐ ταῦτα συλλέγειτο. Λακεδαιμονίοις μὲν προτεναμοχήροισι, οὐ τοῦ δέχητος αὐτεπεριγόνοισιν. οἱ δὲ Επιλυεῖς ἡλύτεροισιν. Si victis Spartanis à Conone secuta est libertas Græciæ; igitur solutum fuit eorum imperium. Idem in oratione ad Philippum: συστάτο τῷ Κόσμῳ ταῦτα τοῦ κρίσεων, νικήσεις τῆς ταυμαχίας, Λακεδαιμονίος μὲν εἰσεστατεῖ εἰς τὸ δέχητον τοῦτον οὐδὲν Επιλυεῖς ἡλύτεροισιν. Ex his constat, Lacedæmoniorum clade ad Cnidum accepta fuisse finitum: qua in re Græcorum omnium firmus est consensus. Cooperat, ut ante dicebamus anno priore Olympiadis xciv. desit anno altero Olympiadis xcvi. duravit ergo non ut ait Polybius, annos XII. sed vix decem. Isocrates Panathænæco, Σπαρτιέται τὸν δέργα μόλις ἐπιτίθετο τοῦ Επιλυεῖον. Enimvero πλάσιοι, hæc Lacedæmoniorum non adeo vires eorum attrivit ut erigere se ex illo casu non valerent. Testatur hoc insignis illa post aliquot lustra annorum accepta clades ad Leuctra: qua die potentissimo imperio fuisse illos exutos omnes veteres consentiunt. Aemilius Probus in Pelopida: Magra sapientia res non ita magnis copiis sunt gestæ, sed profectio nūquā ab tam tenui initio tanta opes sunt profligatae. Nam duodecim adolescentuli coicerunt, ex iis qui exilio erant multati: quum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo: qua paucitate perculta est Lacedæmoniorum potentia. Hi enim non magis adversariorum faciōni, quam Spartanis eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius Gracie: quorum imperii majestas, neque ita multo post, per Leuctricam pugnam ab hoc initio perculta cecidit. Gemina his aut eadem potius & Plutar-chus in Pelopida: ubi etiam scribit tantas ante Leuctricam pugnam vires Spartanorum fuisse, & tam firmis vinculis eorum potentiam fuisse adstrictam, ut vulgo omnes existimarent, solvere illam aut frangere neminem unquam valiterum. Sic ille: ὁ καταλύσας τὸν Σπάρτην αἴτιωνα, καὶ πάντας ἀρρότας αἵτις γῆς τε οὐ διλάσσεις πόλεμον, οὐδὲ σκείνεις ἐγίνεται τοῦ νυκτὸς, οὐδὲ Πειλοπίδας, οὐδὲ φρεστον, οὐδὲ τείχος, οὐδὲ αἰρετολινοπλάσιαν, αἷλα εἰς οἰκίαν διαδίκτοντο κατελθῶν, εἰ δει μετεφορᾶ τοῦ ἀληθεῖος εἰστοῖν, ἔλυσε καὶ διένεψε τοὺς δέσμους τοῦ Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας, αἰλυτεῖς οὐδὲ βρύστες εἶναι δοκεῖτον. En redivivum imperium, & potentiam priore longe majorem? Hujus posterioris dominationis prima fundamenta ponit ceperunt quatuor aut quinque annis post cladem ad Cnidum: αὐτὴν & summum incrementum in tempora incidit proxima Leuctricaæ calamitati. Vitrea nempe Lacedæmoniorum fortuna fuit, quæ tunc fracta est quum maxime splendebat. De incunabulis,

bulis, ut sic dicam, hujus secundi imperii, Diodorus Siculus in Olympiadis nonagenimæ septimæ anno altero; Οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀσχαρίνται αὐτοῖς τῇ πάγκαιᾳ τῷ ἔργῳ αὐτέχεος τῷ θυλάττῳ, καὶ πάλιν εἰς τὸ γῆραν διηγεῖται τῷ συμμαχῷ. Lacedæmonii, inquit, rerum suarum successibus invitati, ad potius in mari animum applicant; ac deinde paullatim suæ potestati socios subjecerunt. De adulto imperio idem in anno primo Olympiadis centesimæ. ἐγερθέντων τῷ Ολυμπίῳ εἰς τὸν τῷ Σπαρτιατῶν συμμαχίαν πολλαῖς καὶ τῷν αὐλῶν πόλεων ἑπτατον εἰς τὸν τῶν Λακεδαιμόνιων προλεγθεῖσιν. Διὸ τούτη τοῖς τοῖς καὶ τοῖς πολεῖσσον ἔργονταν Λακεδαιμόνιοι, καὶ τῷ Επικούρῳ ἐγένετο τὸν αὐτοὺς καὶ τοὺς αὐτοὺς τῷ θυλάττῳ. De hac posteriore dominatione Polybium hoc loco sensisse arbitramur. Quare ut de XII. annis ratio constet, principium illius in altero anno, vel tertii initio Olympiadis XCIX. statuendum; quando Cadmea fatalis illa Thebanorum arx à Phœbida Spartano est occupata inde ad pugnam Leuetricam, numerus Polybianus exactè quadrat; convenit enim victoria Epaminondæ anno secundo Olympiadis centesimæ secundæ. Sed mihi videtur Polybius quum hæc scriberet ad utriusque temporis dominationem Spartanorum respexisse. quod etiam præcedentia verba illius confirmant; πολλὰς ἀμφισσῆταις γεόντες. Erit igitur sententia totius loci hæc; Lacedæmonios quum per multa sæcula Græciæ imperium sibi asserere contenderint, si quod tandem optaverant, aliquando essent consequuti, nunquam ultra duodecim annos dominationem suam potuisse extendere. ita melius illa verba ἐπειδὴ πολὺ εὔρηται, ceperimus. Ex iis quæ dicta sunt liquet Dionysium qui annos ferme XXX. penes Spartanos rerum summam fuisse scribit, quam Thebani illis eripuerunt, vel posteriorem eorum dominationem cum priore conjunxisse, & parum exactè inita ratione temporum XXX. ferme annorum id spatium appellasse quod probavimus non amplius duorum & viginti fuisse; vel, quod potius puto, dissimulata ad Cnidum calamitate, produxisse Spartæ principatum à Lysandri victoria Aegospotamica ad Leuetricam ignominiam Lacedæmoniorum. quod intervallum verè dixerit Dionysius impletissime annos XL. sunt enim XXXIX. duntaxat. perperam igitur scriptum in ejus libris, γέ τε ὅλα ἐπιτελεῖσθαι τὸ δόχινον ναζερόντες. quum exposita nobis ratio vincat scribendum esse τεταρτον. Simillimè accipiendum est quod scribunt Plutarchus & Diodorus Siculus in historia XV. non semel, Lacedæmonios ab Epaminonda victos ιγενοῖς Græciæ amississe quam per annos D. obtinuerant. nam & hi clades illas dissimulant, quæ variis temporibus Spartanorum ducatum interruperunt, eumque honorem modo ad Atheniensēs transtulerunt, modo ad Thebanos: nam & hi τὸ δόχινον παρεπέδει, quod olim de Galba dixit Augustus. ιγενοῖς autem

hic accipe κυρίας , de ducatu solo , non vera Dominatione. quare Plutarchus recte dixit eos ἀρχόντες τῆς Ελλάδος ; principem inter Græcos locum obtinuisse, non ἄρχαντα . De hoc autem spatio annorum d. cuius caput est νομοθεσία Lycurgi , vide quæ scribit decus seculi λαυρίας της περιοχής οἰκίαν Josephus Scaliger , ad numerum Eusebianum MCXXXII.

2. ult. Σικελίας μὴ γένεται Σαρδηνίας ή Λιθύντος εἰδότες αὐτούς ναζαρετούς αὐτοφυτεύοντα .] Siciliam & Sardiniam , ac sub nomine duarum harum insularum reliquas maris mediterranei versus occidentem separat ab Africa & Europa; quod dignum observatu. De Africa Dionysius cum exceptione lequitur : εἰδεὶ Λιθύντος , οπού μή τῆς αὐτῆς Αιγαίου πολλαῖς χώραις εὑρεῖται . Ita scribendus hic Dionyssi locus : nam hoc vult regiam Macedonum nihil in Africa juris habuisse , si illa excipias , quæ Aegypto adhærent : partem sane exiguum universæ Africæ . Cæterum Alexander Libyam quidem adiit , sed non αὐτοφυτεύοντας , sicut recte noster ait : non , inquam , ea fine ut illam armis subigeret , verum ut Jovis Ammonis oraculum coniuleret. Siciliam aut Sardiniam non magis adiit quam Italiam. Scribit tamen Hebræus ille auctor , qui pro vero Josepho Gorionida falso ac stulte sese venditat ; Alexandrum sub initia expeditionis Asiaticæ classem comparasse & in Siciliam venisse : inde in Italiam , & ex ea Africam petiisse. Sed velut sciant omnes veritatis historicæ studiosi , quæcunque ἵπποιοι μάρτιοι ille scriptor de rebus Alexandri lib. II. narrat ; ea esse omnia pene ad verbum descripta & in Hebræum sermonem versa , non è probatis auctòribus , qui res Alexandri & Philippi vera narratione exposuerunt ; sed è fictis fabulis , quibus fidei non amplius debetur , quām Plauti Terentiive comœdiis , aut Heliodori , vel Longi & similiūm scriptorum palam fictis narrationibus . Circunferuntur apud Græcos hodie varii otiosorum hominum partus , quorum tituli vitam Alexandri pollicentur , quum re vera sint mera figmenta , & planè geminæ scriptiones illis quas lingua vernacula appellat Romanenses , sive Romanos . Extant in Christianissimi regis bibliotheca duo ejus farinæ libri , argumento prorsus eodem , etiū stilo & compositione ac paribus nonnihil aliquando diversi : horum alter Callisthenis nomen præfert , quanquam titulus magis historiam è Callisthenis Hellenicis haustam significat , quām libri auctorem esse Callisthenem : nam ἐπιγραφῆς verba sunt hæc , Καλλισθένης ἱστοριῶν τοῦ τοῦ Ελλήνων συγγραψάσκειος , εἰτε (εἴτε) ἴστορι Αἰλίκαρδος περιέξεις . Stilus recentem esse auctorem arguit , veri Hellenistici admodum rudem & semibarbarum : rerum narratio miram hominis prodit in peritiam totius historiæ & omnis antiquitatis. οἰγεωνεγροντις verò plane stupenda . Hunc tamen adeo absurdum fabularum concinnatorem , pseudonymus ille Josephus Hebræus , pro vero Cal-

Callisthene habuit. hunc solum sequitur, & merito: planus planum; asellus asellum: quod nos ex diligentí comparatione utriusque deprehendimus. Deadventu in Siciliam & Italiam, sic ille Pseudocallisthenes: ἦλθεν οἱ Αλεξανδροὶ εἰς τὸν Αιγαῖον: ἐντὸν τὸν αἰγαῖον εἶτε διωρέεις καὶ διπλάσιες, καὶ ἦλθεν εἰς τὸν Ιταλικὸν χώραν. Pseudojosephus hinc scribit, postquam de studio Alexandri in paranda classe verba fecisset; וַיַּעֲבֵר אֶת-אֹםְרָה בְּנֵי-סִילְיָה לְצִדְקָה בְּנֵי-עֲמָלָק trajecit naves Alexandrinum Siciliam, u[erbo] inde in Italiā transmittet. Deinde sequuntur totidem pene apud utrumque verbis res in Italia & Africa ab Alexandro gestae cum Romanis & Carthaginientibus.

3. 2. ὁ Ἐυράπης τὴν παγγελίαν τῶν αἰγαίων εἶπεν.]
 Italos, Gallos, Germanos & Hispanos intelligit. cum his populis totius Europæ nobilissimis, nihil unquam fuisse commercii Alexandro, de quo potissimum haec sunt intelligenda, vetustissimi auctores & fide dignissimi consentiunt; non tamen defuerunt qui aliter traderent etiam ex veteribus scriptoribus. Clitarchus inter primos qui res Alexandri composuit, legationem à-Romanis ad eum Regem missam scripsit, teste Plinio lib. 111. cap. v. Arrianus auctor est, Alexandrum Babylonem reversum à legatis esse aditum populum aliquot Italiz, Brutiorum, Lucanorum, Etruscorum: de Roma legatione falsum esse probat, & Aristum atque Asclepiadem qui in historia Alexandri id memoriae prodiderant, firmis rationibus confutat. Ego etiam de Etruscis posse dubitari puto; quos jam illa aetate in ordinem Romani coegerant, & pinnas eorum inciderant: et si non nescio Alexandrum ab Etruscis & Antiatibus piraticam exercentibus lacescitur, per literas injuriam acceptam iis expostulasse. Lege Strabonem libro quinto. Fabula sine dubio est, quam narrat Memnon, non pœnitendum alioquin auctor: Alexandrum quando in Asiam trajecit, scripsisse ad Romanos, aut vincerent ipsi, si pares imperio vires haberent; aut cederent ultro potentioribus: illos ea epistola accepta, coronam auream aliquot talentorum ad Alexandrum misisse. Memnonis verba sunt in Photii Excerptis. ἐπὶ τῷ Αἰγαίῳ Αλεξανδρῷ Διογένειοι, καὶ τριήρεις Ρωμαῖοις, οἱ περιεῖν ἐὰν ἀρχή διενεργεῖται, οἱ τοῖς κρείσοντι τετέλεσθαι. Σέφανος χρυσῆν δόσον ιγράν τηλευταν Ρωμαῖοι ἔξεπεψύσαν. De corona eadem Gracci mythographi, quorum modo mentionem fecimus, & ille impostor Hebraeus qui ab illis accepit. Epistolæ autem quam ait Memnon Alexandrum ad Romanos misisse; geminum plane est responsum quod apud illos dramaturgos dat Rex idem legatis Carthaginensium. Pseudocallisthenes ita narrat: οἱ δὲ Αφεικάνες επειπολεῖται λίθοις αἱ τελείωσιν εἰπέσθαι αὐτὸν δομοῦνται δόσον τῆς πόλεως αὐτῶν Καρθαγένες. οἱ δὲ Αλεξανδροὶ τῆς αἰρεπολεῖσας αἱ τελείωσις, εἴπερ επειπολεῖται, οἱ τοῖς κρείσοντι ιγραῖς φίρες πλάνται. nec multo
 aliter

aliter ejusdem dramatis scriptor alter anonymus. Apparet ex his, jam inde à temporibus Alexandri & illi ætati proximis; multa à Græculis nugatoribus de Alexandro conficta, & pro veris in literis relata; quæ tanto post intervallo nugatores isti parum lepidi, studijsse collegerunt, & in unum dramatis sui vanissimi corpus compegerunt. Sane etiam apud Cedrenum, & ejus notæ scriptores hujus centonis aliquot frusta observavimus.

3. 4. ιχνῶς εἰπεῖν, καὶ ιχνίωσον.] Si vera hæc lectio, quam libri omnes constanter servant, ιχνῶς εἰπεῖν interpreter, ὡς τε ἀνεγέρεις ποτὲ αὐτῶν εἰπεῖν. Jam monuimus de Alexandro & illius ætatis Macedoniacæ regibus accipi debere Polybii verba. Illos ait Europæ nationes versus occasum sitas, aut omnino ignorasse, aut ita levem eorum notitiam habuisse, ut de iis nihil possent dicere. ιχνῶς, hoc est exacte, & καὶ λεπτόν. ita Suidas ιχνομυθεῖν exponit ἀνεγέρσοντεῖν. Mihi hæc interpretatio parum probatur. Fortasse deest aliqua vox, ut in sequenti periodo verba plura omnino locus mendi suspectus & dictio: ιχνῶς, ὡς εἰπεῖν, οὐδὲ ιχνίωσον. tenuiter, ut sic dicam, aut omnino ne norant guidem.

3. 7. Ζηλωτὸν μὴ τοῖς νῦν ἔστιν ξύν.] Et hunc locum & alterum qui non multo post sequitur, omnes membranæ fæde mutilatos exhibent. Sed non fuit difficile è vocum amissarum reliquiis, supplere quod perierat. Atque hoc ante nos Fulvius quoque Urtinus vidit, vir longe eruditissimus ac probissimus, & qui de magno hoc scriptore quam optime meruit. Scripta lectio si quis eam requirat quo melius aliquid excusat, hæc est in regio codice, Bavarico & meo, qui neutri bonitate cedit, χεδὲν ἢ πᾶσαν παποηθεῖσαν σινεψήλην ταῦτανον αὐτοῖς τὸν μὴ τοῖς σὺ αἴρουσε τοῖς ἐπιτελοῦσι ὀχλησα δικασ μὴ το φῆς ἐσαφέσεργν παλαιοῖν. Servavimus exacte modum intervallorum, quem in melioris notæ libris invenimus: nam in posterius descriptis & sequioris notæ codicibus lacunæ hiant longe majores.

3. 13. πόσα καὶ πηλίκα συρβάδεας πίσυκε τοῖς φιλομαθέσιν ὁ τῆς πειραγματικῆς ιστορίας τεῖτο.] Quid sit historia πειραγματικὴ, quæ ejus proprietates & quinam ejus scriptores, prolixe ostendimus in ipso operis vestibulo. De appellatione nunc pauca. Proprie Græcis actio omnis quæ non sit πόνος; neque κέρας, dicitur πεάξις: & resita gestæ πειραγματα. Solet dici de re seria & vere gesta. Apud Antiphanem comicum in Gastrone, πειραγματα λέγεται & λέγεται γνώριμον, opponuntur. Demetrius Magne in libro de ejusdem nominis viris claris, loquens de quodam Dinarcho. Δῆλοι τὸ γένος πειραγματικόν τετο μὴ γένος, τετο ἢ πειραγματα. Delo oriundus, qui ē versu scripsit ē prosa, πειραγματα pro seria scriptione quasi versus pangere, nihil sit, nisi operam

ram ludere. aliquando opponuntur περιγραφαι & λέξις sive λόγος, unde in rhetorum libris tractatio de historia dividuntur in τὰ λειτουργία των, de dictione historica, & τὰ περιγραφήν sive τὰ περιγράφειν ιδεῖ, observationem eorum quæ in historico desiderantur. ut apud Dionysium Halicarnassensem sapissime. Sed obtinuit consuetudo Græcè loquentium, ut περιγράφειν simpliciter dicantur, Reip. negotia, & illa quæ vel pace vel bello ab iis geruntur atque administrantur, qui præsumt Reip. quia ipsa Resp. persæpe Aristoteli, Polybio & alii τὰ περιγραφα nomi- nantur. Inde περιγραφή historicis, non ut apud oratores & rhetoras, pro recocto formulario, sed idem ac πολιτικός. Aratus lib. III. dicitur, τέλεσθαι αὐτῷ εἰς τὰ περιγραφήν τοών, hoc est, omnibus numeris abso- lutes politicus. alibi de Dinocrate: τὰ περιγραφήν τούτου τέλεσθαι. vi- deri volebat politicus perfectus. mox de Hierone, δέ φυντις τοῦτο βασιλεύοντος την περιγραφήν σιγνούσιαν, natura factus ad rerum civilium ad- ministrationem, regi & viro politico convenientem. Quoniam autem fabricando, ut ajunt, sumus fabri, & assidua negotiorum tractatione periti & sollertes evadimus artifices rerum gerendarum, Græci περιγράφη- ντες dixerunt, non solum eum qui publica negotia curaret, sed etiam illum qui usum rerum magnum haberet & industria perficiendi quic- quid semel instituisset. ita passim Polybius id verbi accipit: qui etiam περιγράφεις eisdem eleganter vocavit. Quos noster initio libri XIV. περιγράφεις appellat, Livius, qui historiam illam suo more ad verbum fere è Polybio vertebat, spectatae virtutis atque prudentiae dixit. περιγράφει Salustio, homines negotiosi: Tacito, negotiosi & rebus intenti: πολιτικῶν Polybio, idem ac πολιτικῶν, sollerter, periē, & efficaciter. apud Strabonem in XIII. φιλοσοφεῖν περιγράφεις, de quo tam multa viri doctissimi, significat philosophiam tra- Etare utiliter ad vitam, & rei gerendæ causa, ut Senecæ dicitur Chry- sippus, rei agende causa loqui: cuius contrarium est in illo Strabonis loco, οὐτεις ληπτίζειν. Etsi autem πρόφειν proprium est hominis, ut docet Aristoteles, & πρόφεις actio hominis, vox hæc tamen latius accipitur, neque in persona tantum locum habet, sed etiam de re di- citur. ut περιγράφεις ἐπίτετος, & περιγράφεις ἀνεγε in quinta histo- ria: hoc est ut alibi noster de Seleucia loquitur πολέας εἰς περιγράφειν λόγον ἀφορμής ἔχοντα, locus ad muniendum & ad vim defendendam idoneus: ut è contrario χειρος ἀπεγράφετο, alibi nostro, locus qui ad rem bene gerendam non est aptus. Sic Diodorus in XVII. dixit Tyrum καὶ τὸ γεδονὸν ἀπεγράφετο, cuius absidio ne tentari quidem posset. M. Tullius non semel in epistolis hanc vocem usurpat, quo- modo Polybius. Ad Atticum lib. XIV. Tu si quid pragmaticon ha- bes: sin minus, populi ἐπιμηγασίαν & minorum dicta perscribito. περιγράφειν hoc loco, non simpliciter significat quod ad statum pu-

blicum pertinet: nam & minorum dicta & populi *monumētū*, sive significaciones theatri, ejusmodi persæpe erant. quare Cicero de publicis rebus conjecturam inde solet facere: ut in epistola quadam ad Q. fratrem libro secundo: sed ab Attico petit Cicero aliquid ex cuius cognitione evadat ipse ad salutare consilium incundum instructior & parator: id vocat pragmaticon. Ad Q. fratrem, *Attends nunc ad ea dum rescribe que tu in hac eadem brevi epistola πραγματικάς valde scripsisti.* Idem Attico libro 11. epistola xx. *Pragmatici homines omnibus historicis preceptis, versibus denique cavarre jubent & vetant credere.* ubi cave accipias vocem pragmatici ut in Rheticis ejusdem & apud Quintilianum.

IV. Historie Polybii caput & principium.

3. 16. *Αρχεῖ ἡ πραγματικὰς ἡμέρα.*] Statuit hoc loco Polybius historiæ à se primario suscepit caput: quod quantum intererit ad perpicuitatem narrationis, & fidem rerum, esse notissimum mox indicabit. Id caput duplice designat; nota temporis, & rerum in tempore illo gestarum. Cur autem ab eo potissimum principio scripturam suam sit auspicatus, duas hoc loco rationes affert. Prior est, quia ilii desierat Sicyonius Aratus, unde ipse incipit: lege initium libri quarti. Altera ratio id tempus quod hic denotatur historiæ universali & *καθολικῆ*, qualis est Polybiana, principium dedit propter *ἐπωνομίαν* & mixtam rerum in omnibus orbis partibus gestarum, quæ tunc primum Romano imperio omnia invadente, & ad se trahente, initium habuit. Ad tertiam rationem è libro quarto: ideo superiora tempora noluisse Polybium attingere, nec cogeretur *ἄρχοντας* & *ἄρχην*, & parum sibi comperta narrare.

3. 30. *οἱ αλεῖσι αρχονταρίους Αντιτάνον*] sive *Αντιτάνον*, ut apud multos auctores scribitur: ea est magis analoga formatio. sed aspernantur nostri codices,

3. 31. *ταῦτα δὲ εἰς σωματῖς τοῖς τελεταῖς τῆς θῆρας Σικυωνίας σωματεῖς*] Graecanica est consuetudo, magnos & claros viros alter quam propriis appellationibus designare. *ὁ Θεος οὐρανοφόρος* vel *ὁ δόκιμος Αλιαρτός*, Herodotus. *ὁ Ολόξες*, Thucydides Olori F. Agathias libro 11. *ὁ βάττωρ ο Παγασεύς*, *Ολόξες αὐτοπιστησαμένης*. sic etiam *ὁ Παμφίλος*, Eusebius Cæsariensis, cui raro exemplo amicus cognomen dedit. *ὁ Σικυώνιος* heic est Aratus Sicyonius. Libro quarto in eadem re: *Ἄρχοντας μὴ τὸν Αργεῖον σωματεῖν ἐπὶ τετταύς καρεπίφειν τὰς κομητές.* Hic est Aratus de cujus rebus gestis multa Polybius libro 11. item libro iv. & v. ubi obitum illius commemorat. Vitam hujus & viri & politici optimi, persequitur Plutarchus, qui etiam commentariorum

riorum illius meminit: sed plura de iis noster libro 11. in disputatione adversus Phylarchum. Arati ergo historiam continuavit Polybius, sicut Thucydideam Xenophon, & Theopompus; Procopianam Agathias. Rursus vero Polybianam duo viri summi erant persecuti; Strabo philosophus & geographus libris XLIII. & Posidonius Olbiopolita, nobilis sophista, libris ipsiis LII. Uterque historiae a se editae titulum indiderat, οὐ πολύτερον, auctore Suida, et si de titulo librorum Strabonis potest dubitari: nam primi libri quatuor separatum argumentum videntur habuisse: sicut ipse innuit cum laudans librum sextum ita loquitur, εἰ τῇ ἐπιθετικῇ ιστορίᾳ τὸν πανταχόν, διατέρη τῷ πολύτερῳ. Quemadmodum autem Polybius historia Arati commentarios excipiebat, ita ejusdem Præparatio Timæ Tauromenitæ eam quæ de rebus gestis Pyrrhi Epirotæ ab ipso fuerat composita. Vide paullo post.

3. 38. Διὰ τὸ καὶ τὰς ἐπιθετικὰς.] Et heic membranæ pariter cum editis, quinque lacunulis deformes, hoc modo..... τὸ καὶ τὰς ἐπιθετικὰς..... ὃ σωτελεῖται αὐτ..... καὶ τὸ..... εἰνεκάριο..... ἐνων.

4. 1. οὐ μετένεστε τὰς Ιταλικὰς καὶ Αιγαίους πεδίους τὰς τε καὶ τὴν Ασίαν καὶ τὰς Ελλήνας.] Tempus quo cuperunt res Romanæ Græcanicis immisceri, varie denotant auctores: ejusque coniunctionis alii aliud principium statuunt. Res ita se habet. Ejus ιππαλοκῆς tres quasi gradus fuerunt & totidem diversa principia. Prima emnium fuit, quum per legatos suos Romani Græcorum rebus se immiscuerunt. anno quarto Olympiadis CXXXVII. id factum circa annum V. c. DXXV. quando L. Postumius Albinus Cos. re bene gesta in Illyrico ad Ætolorum & Achæorum gentes legationem misit, quæ rerum gestarum nuntium afferret. Polybius libro II. ή ταχέτη Ρωμαίων ἐπιθετικὴ πρεσβείας εἰς τὰς καὶ τὴν Ελλάδα τίταν τιμέσει τῷ Διὶ ταῦτας ἐξῆλε τὰς αἴτιας. Alia postea secuta est consiliorum ἐπιθετικῆς; quando cuperunt Græci serio adverteie animum ad res Romanorum, & ab illis sibi metuere: Philippus autem Macedo, partim spe amplificandi imperii, partim inetu Romanæ potentiae, a bellando cum Græcis ad res Italiae omnem animi impetum transtulit. Hæ cogitationes fecerunt, ut sociali bello finem imponerent Græci & Philippus. Tempus convenit anno tertio Olympiadis CXL. Narrat fusè Polybius libro V. ubi etiam diserte notat, tum primum cepisse res Græcorum, Afrorum & Italorum inter se misceri. Sic ille: τὰς μὴ εἰ Ελλίνικὰς καὶ τὰς Ιταλικὰς, ἐπὶ τὰς Αιγαίους προσέξεις, γε τὸ οὐρανοῖς καὶ τετο τὸ Διογέλαιον ουρανῶντες ταχέτων. consiliorum nempe hæc est prima ιππαλοκή. Exceptit hanc deinde genus diversum commercii, de quo Plutarchus in T. Quintio Flaminino: ή Ελλὰς εἴπω πολλὰ ουρανογενέμην Ρωμαίοις, εἰδὲ τὰς ταχέτων ἐπιμητρυμένης τὰς προσέξεις. Non dicit Plutar-

chus, tunc primum quando Titus in Græciam cum exercitu trajecit; cepisse Græcorum negotia cum Romanorum misceri, sed τὸ περιῆγον τῶν περιέστων, hoc est, primum illud fuisse tempus, quo res unā Græci Romanique gesserunt. Polybius libro xvii. de eodem Tito, οὐδέποτε εἰς τὸν Ελλάδα οὐδὲν μᾶλλον ὅτι ὄντων. Hæc est igitur prima ἐπιπλοκὴ armorum sive περιέστων, ut appellat Plutarchus. Incidit Titi trajectio in annum tertium Olympiadis cxlv. à Palilibus Romæ dlvi. Pyrrhum & res cum Pyrro gestas prætermittimus, quia ille Rex Epirota fuit non Græcus.

4. II. ὃ παντὶ τῷ περιῆγοντον ἐθίζονται εἰπεῖ τὸ λοιπὸν τὸν χειρός οὐτείνειν.] tunc primum; nempe post bellum Punicum primum confeatum, & secundum inchoatum. Aliter Seneca apud Laetantium libro vii. cap. xv. Quum esset adolescentia populi Rom. fine Punici belli terminata, tunc denique confirmatis viribus cepisse juvencere. Sublata enim Carthagine, quæ tamdiu emula Romani Imperii fuit, manus suas in totum orbem terra marique porraxit. in eadem re idem loquendi genus Polybius & Seneca usurpant. sed χειρός οὐτείνειν apud nostrum variis modis accipitur.

V. Causæ & necessitas Preparationis Polybianæ.

4. 15. Εἰ μὴ δὲ οὐδὲν λόγον ἡ γνώση μακρὰ πολὺ δύναται.] Non solum in scientiis & philosophia locum habet quod docet Aristoteles omnem cognitionem in animis hominum nasci εἰς περιεπιχθόνια γνώσεως, ex antecedente cognitione: verum etiam in cuiuscunque rei perceptione, maximeque autem historiæ; ad cujus lectionem qui accesserit rudis, & ut cum Arcefila & Galeno dicam: πόνος ἀκραματιστός, nunquam multum proficiet. Sunt verò alia præsidia ad omnem historiam, alia ad hanc aut illam necessaria. De primi generis præsidii non loquitur hic Polybius, sed de iis quæ lectori suæ historiæ sint necessaria. Hæc igitur ne aliunde petere lectores cogerentur, initio operis sui exhibet noster præposito hoc Apparatu, quo lectorum animi præparantur & earum cognitione informantur; quibus ignoratis sequens historia recte percipi non queat. Sed de necessitate & modo hujus cognitionis sub finem præfationis hujus plura.

4. 39. λίαν δύλογοις ἀφορμαῖς χρησίμους.] ἀφορμαῖς sunt instrumenta rerum gerendarum, hoc est, opes quæ nervus belli audiunt. paullò antè pro eo dixit, πόλις διαμέσοις καὶ χρησίαις. Quid sit Græcis ἀφορμὴ quid cυθίκη, in privatorum facultatibus alibi exposuimus.

VI. Historiae Polybianae præstantia, quod sit καθολικη.

5. 2. τὸ γδὲ τὸ μείζονα προγνωστικὰς ἴδιον οὐ.] In hac sexta parte commemoratur alia præter ante expositas scriptionis hujuscē præstantia: quia non sit hæc historia τοπικη, & particularis, sed καθολικη & universalis: deinde historiæ eo modo scriptæ excellentia luculentè explicatur. Lege si lubet quæ τοῖς καθολικῆς ἴσχεις disservimus εἰς τοῖς απολεγόμένοις, pertinent enim ad hujus partis explicationem.

5. 5. η Τύχη χεῖται ἀπαντεῖ τὸ οἰκουμένης προφήματα ταῦτα ἐν ἔκλιψε μέρος.] Videtur sentire, Fortunam esse quæ orbem terrarum imperio Romanorum subjecit. Sed nos operis initio ostendimus, ea potissimum fine opus hoc à magno icriptore esse suscepimus, ut popularibus suis Græcis persuaderet Romanum imperium δέσμης esse κτῆμα non τύχης δῶρον, ut & Josephus fatetur: Τύχη ergo hic accipe τινα εἰς δεῖς τύχης, Divinum numen. Vide quæ de ea re inferius observamus.

5. 32. τὸ κάλλιστον ἕπει τοῖς ὡφελιμάταῖς ἐπιτίθεμε τὸ Τύχην.] Ita appellat imperii Rom. molem, & ejus constructionem. Simillime Plutarchus in libro De fortuna Romanorum: convenisse Virtutem & Fortunam, τοῖς συνελεύσοντος ἐπιτελεῖσσαι τοῖς συναπεργάσασθαι ἀνθρώπινων ἔργων τὸ κάλλιστον; communis opera perfectissime atque absolvissime opus omnium humanorum operum pulcherrimum. deinde rationes addit cur universo orbi terrarum salutaris extiterit tanti imperii constructio: quod ipse magnificis & proflus notatu dignis verbis appellat, πᾶσιν ἀνθρώποις ἵσια λεγόντοις αἱ ἀληθῆς καὶ ὄντων, τοῖς πᾶσιν μόνιμοι τοῖς συζεῖσιν αἴδοις, τοῖς φερεθέμένοις τοῖς προγνωστικῶν ἀγνοεῖσθοις σύλλογοι τοῖς τούτοις: omnibus mortalibus focum, vere sacrum atque alatum, retinaculum firmum, elementum aeternum, rebus mundi salvo atque errore fluctuantibus stationem ad jaciendum ancoram. ἀγνοεῖσθοις non est ancora sic ut eruditii homines verterunt, sed id quod expressissimus. optimè autem ἵσια & πεῖσμα conjunguntur. Orpheus hymno in Vestam: ἵκτε θεῶν μακρίς τοι τά τοιενα καζύγιον. M. Tullius aliis verbis idem dicit de veteri Romanorum imperio cui nihil fuit nihil erit unquam simile. Quandiu populi Rom. beneficiis tenebatur, Regum, populorum, nationum (hæc sunt quæ Plutarchus appellat προφετεῖα τοῦφερέμπρα) portus erat & refugium senatus. Nostri autem magistratus Imperatoresque ex una hac re maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios equitate defendissent. Itaque illud patrocinium orbis terra verius: quam imperium poterat nominari. Idem Senatum Roman. vocat ομοιομέτρον terrarum arcem.

arcem eleganter, in oratione post redditum in Senatu.

5. 34. πολλὰ γὰρ αὐτὴ κακοποιεῖσσαν.] κακοποιεῖν, κακοθεᾶν, & νεοχεῖν passim Fortunæ tribuuntur aut τοῖς κακοῖς, quod idem est. Arbitrarius Satirico,

Rerum humanarum divinarumque potestas
Fors, cui nulla placet nimium secura potestas,
Quæ nova semper amas, & mox possessa relinquis.

5. 37. ἐπεὶ οὐκέτι αὐτὸν ζητῶμεν.] Non dicit quibuscum hoc Fortuna certamen decertarit. potest intelligi de iis, qui Rom. imperium abnuebant. Apud Plutarchum Fortuna dicitur πολλὰς πολλάκις οὐκέτι αὐτὸν ζητῶμεν adversus virtutem ; & apud Ciceronem in primo aureoli opusculi, interdum pugnare cum natura: quæ huic loco nullo modo convenit. Nos simpliciter accipimus αὐτὸν ζητῶμεν pro magno studio & contentione aliquid facere. Leo Imperator Styliano: οὐχὶ τοι αὐτὸν ζητῶμεν πιθανού ἐμοιλεῖται συστάσιον, opto & totis ingenii viribus contendō. αὐτὸν ζητῶμεν, pro eo quod usitatus dicitur φιλοκατεῖν, studere vehementer alicui rei, more eorum qui de honoris præmio certant inter se. inde αὐτὸν ζητῶμεν pro laude. Thucydides in III. ὁ ἀπαγγειλεῖν οὐδὲν θέλει, ξενίσεως αὐτὸν ζητῶμεν συστάσιον. qui fraude superior extiterat. is laudem insuper prudentie apiscet batur. Josephus eleganter operis faciendi aut jam facti summam appellare solet αὐτὸν ζητῶμεν: ut Debello Judaico libro primo, οὐκέτι τὸ ἀναγκαῖον αὐτὸν ζητῶμεν Μασοῦν, oppidum Masada propositum his erat certamen omnium maximè necessarium. paullo aliter libro eodem: οὐδὲν αὐτὸν ζητῶμεν τὸ Μάλχας οὐδεροποιας θρόνῳ, Ιωνα. iterum ποστον μὴ εἰς τὸ Μαχαρεῖς αὐτὸν ζητῶμεν. Nicetas in Balduino Flandro: ταῦτα πόλιν αὐτὸν ζητῶμεν οὐδὲθλον οὐ συμπίεσαν τὸ πόνον οἱ Δατῖνοι φοιτοῦσι.

6. 9. Παραπολέσιον τὸ περιῆργον αἰς αὐτὸν προσέκυψε οὐκαλλῆ συμποτεῖον γεγενότοι, διερρέμενον τοι μέρη θεάμφοι] Polybium puto scripsisse μέλη membrorum, non μέρη partes: aliter tamen veteres membranæ. Imitatus est elegantiam hujus loci Diodorus Siculus libro xx. et si in sermone non plane eodein. Reprehendens enim eos historicos, qui concionibus insititiis ad ostentandam eloquentiam, qua plurimum valent, rerum gestarum seriem interruipunt: perperam faccre ipsos ait, quod historiam corpori animato similem, per frusta concidant: quæ à toto suo corpore divulsa, & separatim considerata, venustatem & gratiam amittant, quam solet anima corpori conciliare, τὸ δὲ ιστοῖς θέλοι, inquit, αὐτὸν εἰς οὐρανούς εἰσενεγκαίνει τὸ συνόλον ἐργάζεται σύγχρονον. τὸ μὴ εἰσενεγκαίνει τὸν εἰσέρηθρον τὸν ψυχήν, γάλακτον, τὸ δὲ οὐρανού τοι μέρη εἰσενεγκαίνει τὸν εἰσέρηθρον τὸν ψυχήν, γάλακτον, τὸ δὲ οὐρανού τοι μέρη εἰσενεγκαίνει τὸν εἰσέρηθρον τὸν ψυχήν, γάλακτον. Non dissimile est apud Cicero-

Ciceronem in Oratore, *Phidias clypeum dissoluere aut Scopas.* neque item illud quod Longinus disputat de iis ex quibus constat orationis sublimitas: quæ dissipata sublimitatem quoque dissipant, compacta in unum corpus, & vinculo concinnitatis numerosæ districta, sunt vocalia non secus ac si in animalium corporibus: quorum membra disiecta, nihil sunt; copulata, corpus unum perficiunt. Non pugabit tanti critici verba subjicere: *Ἐν τοῖς μέλισσαι μεροτοποιεῖ τὰ λεγύματα, καθίπερ τὰ σώματα, οὐ τὸ μελῶν ἐπιστρέφεται· ἀλλὰ ἐν μὴρ γάδεν τρυπήσει αὐτὸν ἔπειρα, παθεῖ ἐπιστρέφεται μετ' ἀκαίλων εἰσιστηγῆ τελέσον σύσημα. Σταύρος τὰ μεράλια συσσωσθεῖται μὴρ αὐτῷ αὐτάλιστον ἄλλων ἄλλων, ἀλλὰ εἰσιτοῦσι συναίσχυος οὐδὲ τὸ ψυχικόν. σωματοποιεῖ μέρα τῇ ηγεωνίᾳ, καὶ ἐπιστρέφεται ἀρρεγνίας σύνεκταις μέραις, αὐτῷ τῷ κύκλῳ φαντάζεται.* Vide & Senecæ disputationem adversus eos qui è magnis scriptoribus flosculos duntaxat legunt, totos ipsos non legunt: quod ille appellat, summatim degustare ingenia summorum virorum: epistola est xxxiii.

6. 18. *τῇ τὸ ψυχῆς σύνεσται.*] Diodorus modo vocabat, *ψυχικὸς χρήσις.* M. Tullius, dignitatem in Eruto: membra suo queque loco locata, suam & vim & dignitatem tenent. Afinis est vox in doctrina physiognomica, *ἐπιπρέπεια*, species exultens ex universarum hominis partium forma. Vide Aristoteli capite iv. & Adamantium initio libri II.

6. 24. *Ἐννοεῖσθαι μὴ γῆδον μέτερες τοῦ οἴλων δικαστὸν, ἐπιστήμην τὴν γνῶμην αἰτεῖσθαι ἐχεῖν αἰδομένατο.*] Philosophi *ἐννοεῖσθαι* definunt ≠ πρώτην τὸ ψυχῆς κίνησιν, primum animi motum, quo movetur ad cogitandum de realiis: *ἐπιστήμη* verò est certa & indubitate scientia ex cognitione causarum collecta. ad hanc prius quam perveniamus, multas ac varias operationes mentis præcedere est necesse. Ait ergo Polybius, posse quidem fieri, ut ejus animum, qui partem rei intuetur subeat cogitatio totius: sed ut ex inspectione partis perfectam totius notitiam aliquis consequatur, id vero fieri non posse. Nam qui verbi gratia, armos leporis aut lumbos spectavit, poterit cogitare, eas esse partes animalis quod leporem vocant: sed accuratam integri animalis cognitionem nequaquam inde nanciscetur. Enimvero philosophiæ notissimum axioma est; singularium non esse scientiam sic proprie dictam. Sed quum historia, ut & Politica universa sit τὰν προτελέα, non τὰν γενέαν, vox scientia alio sensu accipienda quam de historia dicitur; quam apud philosophum in sexto Nicomacheorum, & in primo Analyticorum posteriorum. Sed & apud Aristotalem locis sexcentis *ἐπιστήμην* pro ea scientia usurpatur, quæ non sit analytica demonstratione collecta. Observanda Polybii locutio, *ἐννοεῖσθαι λαβεῖν δοτὸν μέρες τοῦ οἴλων:* nam potius dicendum videbatur, δοτὸν τῶν μερῶν τοῦ οἴλων. quippe totum semper

semper est unum; partes multæ. sed meminisse oportet, totum illud de quo hic est sermo appellari *πόλεμον*. sic Græcis dicitur non solum orbis terræ, sed etiam imperium, aut Respublica. PARTEM autem dixit, non partes, quia notitia cunctarum aut pluriarum partium non levem animis nostris cognitionem totius ingenerat. heic verò disputat philosophus, adversus illos qui historiæ partes aut particulæ separatim erant executi. Græci *πολικας* vocant & *μερικας ιστοριας*. Lege principium libri octavi.

6. 31. *ἐν μῷ τοι γέ τι αἰτίαν τοῦς ἀληθεῖς συνεποκῆς καὶ προθέσεως.]* Confer cum simili loco libri tertii, pagina CCLVIII. *ἄντας προθέσεως συγχειρουμένης συγχειρουμένων αἰτίας τοῦ γεγονότος τούτης δοκιμασίας τὸ καὶ μήρος Διάλογος.*

VII. Apparatus Polybiani duūm librorum caput, & universæ historiæ æρχα.

6. 37. *Τηρούμενα ἢ ταῦτα δέχεται βίβλος.]* Dictum est antè de necessitate sequentis Præparationis, ad recte capiendam illam historiam quam primario & *αρχηγούμενως* scribendam Polybius suscepit. heic verò auctor ad ipsam *Περιτοποδοὺς* alia *αρχηγούμενη* iter munuit. plerique enim Græcorum illa ætate rerum Romanarum erant imperitissimi, ut propterea fuerit Polybio necesse longe adeo principia suæ historiæ repetere. Hæc autem est ipsius Apparatus pars prior.

7. 8. *ἴνα μή τοι αἴτιας αἴτιαν επιλύτων, αὐτοποσελγίη τὸ δέλτης προθέσεως δέχεται φύντες καὶ θεωρία.]* Ut intelligatur hic locus, discrimen triplex in tota Polybii scriptione est observandum: nam & partes illius quodammodo sunt tres. Prima & præcipua, quam ipse appellat suam historiam, ut primariò à se suscepit: altera est Præparatio ad justum opus, & illam quam diximus historiam. tertia præparatio præparationis ut sic dicam. Quemadmodum enim legitimæ historiæ gratiâ adhibetur præparatio, ut caput illius atque principium fiat notius: sic ut melius perciperetur caput ipsius Apparatus, pauca repetere altius est coactus. Harum igitur trium partium tractatio longe est diversissima. In principali historia non solum res gestæ explicantur, sed etiam causæ omnes quæ antecedentes, quæ connexæ, itemque rerum eventus & *τὰ επιχρήματα* ex amissim disputantur. In Præparatione levius causæ attinguntur quantum satis est ad fidem narrationi faciendam & lucem parti principali scenerandam. In tertia quam diximus parte, de fide narrationis non laboratur: sed tantum ad Præparationem lectori via sternitur. hoc est quod verbis antecedentibus dicebat Polybius, *πρέπειν αὐτῶν τὴν τοῦ Διάλογος αἴτιας φιλάως*. simplici inquit narratione eorum quæ transitum Romanorum in Siciliam præcesserat.

cesserunt, aperienda causa est ipsius transitus quod est caput Preparationis ad justum opus. at hujus causæ causam non quæremus. captae à Gallis Romæ causam non afferemus. nam si istius quoque causæ causam requiremus; fieret, ait Polybius, οὐδὲν ὅλης ταρθέος δῆμος αὐτόσατος. Græcis ταρθέοις est actus subsistendi, & firmiter manendi, aut fulciendi. interdum refertur ad vim resistendi adversario obnitenti. unde αὐτόσατοι dicuntur, quorum vis est intolerabilis & sustineri non potest, ut alicubi vertit Livius. alibi verbo *subsistere* utitur. ἀνάγκη αὐτόσατος Xenophonti, necessitas cui omnia cedunt. ideo σκληρὸς & σερπίτης poëtæ appellant. Interdum significat ταρθέος principium cui ceu bali universum opus innititur. Libro iv. de operis hujus principio loquens: κακίστου ταρθέοις ταρθαμούντες εἰναι ταύτως. Aliquando non male interpreteris subjectum tractationis quod philosopho dicitur ταρθεῖμπον γένεται. Diodorus Siculus libro primo: οἱ δὲ τοῦ ταρθέον τὸ ἐπιβολῆς & συντέλεον μεταλαβήσαντες τὸ βίον δοῦ τὸ πατρῷον. quidam argumentum ad quod se accinxerunt, fato vitam ipsis intercipiente non ab olverunt. clarius paullò post idem: ἐξέστη γῳ εἰ ταύτης ἔργον τοῖς τοῦ ιδίου ταρθέοις ἐτομεῖς λαμβάνει τὸ γένοιμον. licet unicus ad id subjectum quod sibi proposuerit, que ad rem facient ex hoc meo opere sumere. paullo aliter idem aliquanto post, de Pete, qui domo Aegyptius, Athenis & jus civitatis, & regnum est consecutus. φυγεῖς οἱ αὐτῆς γεγενέται, τὰς Αλιβαῖς μὴ διώασθε τοῦτο τὸ ιδίου ταρθέον διδοῦνται τοῖς φύσεως ταύτης τὰς αληθεῖς αἵρετας. heic τοῦ τοῦ ιδίου ταρθέον, est secundum principia ejus historiæ quam ipsis sequuntur, & pro vera habent. philosophus diceret τοῦ τοῦ ιδίου ταρθέος: nam hypothetibus congruant necesse est, que illis superstruuntur. Aliter accipit idem libro xv. quum ita scribit: Θηβαῖοι τοῦτο τὸ μίαν αἰγαλέοντας συντέλειαν, & αφορέτην. Thebani quum ex instituto suo totam Boeotiam in unum concilium contribuissent, ad foederis societatem non sunt admissi. ταρθέοις hoc loco est, suscepta semel ratio consilii, & propositum universum ad quod singulas actiones referimus. libro xvi. duo hæc pro eodem posuit Diodorus, τηρεῖν τοῦ ταρθέον, & τηρεῖν τοῦτο εἶναι δέχεσθαι τοῖς αἰγαλέοντας. Polybius libro iv. id dicit συντέλειν τοῦ ταρθέον τὸ εἶχε. Eruditissimum virum qui Diodorum Siculum Latine vertit, nusquam affecatum esse vim hujus vocis palam est. Sed redeamus ipsi quoque τοῦ τοῦ ιδίου ταρθέον. Polybius igitur negat causam eorum esse requiriendam, que in anteloquio Preparationis est dicturus: ne si causa causam requireret, fieret οὐταρθέος δῆμος αὐτόσατος. hoc est, ne argumentum nostrum certo principio & quasi fundamento careat cui innititur. Quemadmodum in artificio demonstrationis analyticæ hæc

hæc cum primis conditio desideratur, ut deducatur *en mētav dva nē-
dētav*, quorum fides & certitudo nullius probationis egeat; sic Polybius legitimè scriptæ historiæ poni vult principia certa, nota & in quibus lectoris animus acquiescat. *τιθασ* ergo analogia quodam idem est in historia, quod *δέξει* in demonstratione; quas, inquit Philosophus, *δεῖ λαμβάνειν*, sumere non probare. *αύτούς γό*, ait idem alibi: res abiret in infinitum: quo nihil magis contrarium rectæ rationi docendi, aut & narrandi. Ideo jure olim reprehensus est declinatus Albutius: qui ut ait Seneca pater, *argumenta argumentis colligebat: & quasi nihil esset satis firmum, omnes probationes probationibus aliis confirmabat.* Vides quam eruditè Polybius scriptiōnī historiæ accommodet quæ de arte demonstrandi docet Aristoteles. facit hoc etiam alibi ut initio libri 111. Quod autem Polybius tantum extuat in ponendis justi operis sui principiis, ratio hæc est; quia facilius demonstrationis principia inveniuntur, quam historiæ. nam illa *ἀποτελεῖται απόδειξη* axiomata quæ assumuntur ad demonstrandum, natura sua fere, aut sensus experientia nobis sunt nota in principiis historiæ aliter res habet: neque enim eadem à natura praesidia ad hanc rem comparata sufficiunt. Itaque cogimur necissario, aut *λιγότερον περίπλοκον* & *απλού*, & longe admodum petere principium, aut ea dicere, quæ parum clara lectoribus sint futura. Nam etiam in hac scriptiōne vel maxime locum habet, quod docet philosophus, omnem cognitionem *en mētav γνώσεως*, quam ob causam verissime & elegantissime Polybius libro tertio & libro quinto *αναπόταξην* & *κωφίαν* narrationem illam vocat, quæ non habet notitiam antecedentem in animo discentis, cui cœu fundamento & basi inuitatur, ut ubi expositi sumus. Quod autem diximus de difficultate & necessitate ponendi principia historicæ narrationi: id vero non semper habet locum: sed cum demum quando historiam aggredimur novam lectoribus futuram, & antea incomptam, ut quum Polybius Græcis suis res Romanas & Punicas narrare instituebat; nam, ut ante dictum est, & Carthaginensium & Latinorum res adhuc illa ætate parum exploratas habebant Græci. Sunt alia historiæ quarum principia ideo potiunt omitti, quia sunt omnibus competita, ut quum Xenophon & Theopompus Thucydidis historiam persequi instituerunt, aut quum idem Xenophon Cyri expeditionem adversus fratrem Artaxerxem describit, nam Cyrus inter Græcos diu versatus erat, neque ignorabat quisquam ejus belli causam. Idcirco Lucianus eruditissimo libro de conscribenda historiæ duo genera facit historiarum, unum eatum, quibus proœmium adeo necessarium, ut illud prætermisſe non aliud sit, quam corpus sine capite peperisse. alterum illarum, in quibus nullo extra materiam suscepit opus sit proœmio. Male igitur exemplo Xenophontea-

Ara^{τε}su^σsuam imperitiam excusare ineptos historicos, qui recens Romanorum belum adversus Parthos quum scriberent, necessario principio d^rstitutas narrationes ediderant. Locus est egregius & subjici dignus. Id est ἀλλας ουγκαρέας, αὐτέφατα τὰ οώμαλα εισίγενες, ἀπεγονιστα, καὶ δῆλος ἐπὶ τῷ περιγμάτω οἱ καὶ αφοταπειζοντες τὸ Σενοφῶντα, οἵτις δηξάμηνος. Διεσινη^{τη} Παρεστάθη πάθες γίγνονται δό, καὶ ἀλλας τὸ παλαιόν. οὖν εἰδότες, οἷς διωρίεις θνατούμενος ἐπὶ λελήφται τὸς ποντος, οἷς τὸν αὐτοὺς δεῖξομεν.

7. 15. καὶ δὴ τοῖς γέροντις βελτιῷ περιστραμένοις καθεφ.] Referenda hæc sunt ad Præparationis partem priorem, ut mox sumus ostensuri. Scripta lectio habet περιστραμένος, non περι. Libro v. διὸ καὶ οὐ βελτιῷ περιστραμένοις ἵστερ τὸ Αντίοχος βασιλεῖας. Ita melius: alibi pro eodem dixit περιστραμένοις τοῖς γέροντις, ut pag. xvi.

7. 19. τῷ δέκατῳ ἡγονοῦντις ή τῷ v.] Libro quinto: περιστρεψας λαμβάνειν δέκατοις ομολόγουσιντος ἐπὶ τῷ λέγοντος μεταλόντων. ὅπερ ἐσὶ πάντων ἀναγκαῖον. vide totum illum locum, pagina DXXVII. Hactenus proœmium, sequitur

APPARATUS PARS PRIOR S I V E

Προθεωρία τὸν Προαπαντάντος.

PRÆPARATIONIS Polybianæ caput est Romanorum transitus in Siciliam, belli gerendi causa. Ea epocha quum minus esset illustris & Græcis hominibus vulgo minus nota, rem altius auctor repetit, ab illo usque tempore quo Roma capta est à Gallis Senonibus. Non poterat Polybius magis insignem epocham in historia Romana adnotare. Nam captæ Romæ à Gallis fama etiam ad Græcos pervenit. Itaque Theopompos, Isocratis discipulus, ante quem nemo Græcorum Romæ mentionem habuit, hoc saltem memoriæ prodiderat teste Plinio, Urbem à Gallis captam. Aristoteles quoque, narrante Plutarcho in Camillo, fecerat ejus rei mentionem. Tempus igitur quod ante præparationem designatur, est intervallum à capta Roma ad primam populi Rom. extra Italiam expeditionem. Incipit ab anno primo Olympiadis xcvi. Romæ conditæ ccclx. definit in anno ultimo Olympiadis cxxviii. Romæ cdxxxix. medium spatiuni Olympiadis xxxi. anni cxxiv. necessitatem hujus partis pluribus auctor declarat in ejus epilogo pag. xvi.

I. *Annis captæ Romæ à Gallis Scenonibus.*

7. 27. Ετοῦ μὲν διαρκεῖται μῆνας τὼν ἐν Αἰγαῖς πολέμοις ναυπαραχίαν
εὑρεανταράττεται, τῷ δὲ τὸν Λασίνεοις μείζην εὑρεανταράττεται.] Vult insig-
nire annum captæ Romæ à Gallis, & tuis Græcis eum reddere quam
notissimum. Comparat igitur illum cum iis quæ apud Græcos partim
eodem anno, partim paullo antè, aut paullo post acciderant, ad me-
moriam posteritatis magis insignia. Nihil tota Græcia nobilius duabus
civitatibus, Athenis & Lacedæmoniæ: nihil item in historia Græciæ
illustrius duabus cladibus, quæ civitates illas sic attriverunt, ut
nunquam post illa detrimenta pristinum splendorem recuperarint.
Prior tempore fuit calamitas Atheniensium, quos Lysander ad Ægospo-
tamos (in Thracica Chersoneso urbs fuit eo nomine & fluvius)
navali prælio devicit; posterior Lacedæmoniorum, quorum ad Leu-
cetra Boeotiae oppidum, Thebani duce Epiminonda cædem ingentem
fecerunt. Inter has duas clades, media intervenit, memorabili συγκέν-
τειαι Allienis Romanorum, quam statim Romæ ἀλλως est secuta. Ad
Ægis flumen male pugnatum est ab Atheniensibus anno iv. Olympi-
adiis xciiii. quum esset Archon Athenis Alexias. Tempus captæ Ro-
mæ veteres fere omnes accuratiores temporum auctores conserunt in
annum primum Olympiadiis xcvi. & Pyrrionis sive Pyrgionis Præ-
turam apud Athenienses. Polybius qui annos undeviginti numerat in-
ter Atheniensium & Romanorum clades in proximè sequentein an-
num rejicit. alioquin numero annorum xix. unus defuerit. Strabo
libro vi. de Roma capta loquens: ἐπέστρεψε δέ τοι οὐδὲ φέρει Πολέμονα,
ἔτει διαρκεῖται μῆνας τὼν ἐν Αἰγαῖς πολέμοις ναυπαραχίαν. cum Polybius
& Strabone consentit etiam Diodorus Siculus, ut mox dice-
mus. Ad secundum Olympiadiis xcvi. additum xvi. quod noster ponit
inter casum Romæ, & Spartanorum ad Leuctra; emerget annus secun-
dus Olympiadiis cii. Pausanias in Arcadicis: τὸ πλάσμα εἴη τοῦ Λακε-
δαιμονίου τὸ τὸν Λασίνεοις Φραστραῖς Αἵγανον αὔχει θύματα
ἔτει διαρκεῖσθαι Ολυμπιάδος ηδούστερος. Hæc quam certissima sint, ne-
que ullam varietatem scripturæ præ se ferant hoc loco Polybii exem-
plaria; mirari subit, unde illa monstra promiserit Nicolaus Perottus,
quæ pro vera Polybii sententia miseric lectoribus suis hic objicit. Sic
ille verit; si tamen vertere est foedissimè omnia pervertere. *Annis*
erat post eam navalem pugnam, quæ Cimon Atheniensis Xerxem
superaverat, decimus nonus: ante bellum vero in Leuctris gestum,
quo Lacedæmonii pacem cum Rege Persarum inierant extusdecimus.
Omnia non solum falsa, sed etiam ex parte ridiculè & absurdissimè con-
sista, nam quis, malum, iste Cimon qui Xerxem vicit. mira prorsus

εριπογονία. sed vanillima commenta confutasse nullum fuerit operæ pretium. neque tantum abs re nostra nobis est otii, ut bonas horas tam male collocare velimus. Non nescimus fuisse olim, & nunc quoque esse, quibus Perotti versio, propter aliquam Latiniatis speciem, mutata arrideat. Sed quò ista Latinitas si deest fides, abest veritas? Nihil dicam de locis infinitis quos propterea aut transit, aut malè interpretatus est Perottus, quia vel codices erant corrupti, vel occurrebat dictio aut phrasis aliqua minus vulgaris: cuiusmodi multas sanè habet Polybius. Verum ubi nihil erat ejusmodi, quis ferat longè adeo ab auctoris sui verbis discedentem? aut quis neget fligitum esse insignem, tot locis verba, periodos, atque adeo pericopas integras è Livio defumissas, & lectoribus Græcae linguae imperitis obtrusisse pro Polybianis? ubi fides? ubi pudor? in tanta igitur errorum omnia generis copia, singula velle persequi, quod petiverunt à nobis nonnulli, ejus sit hominis, qui vetus dictum velit tollere in lente unguentum. Enimvero tam eruditio sæculo, hærere in nugis & minutis id genus, quid est aliud nisi lectoribus convitum facere?

7. 31. Εν ᾧ Λαχιδημονίοι τὸν ἐπὶ Αἰγαλείδες γρυοράπτων εἰρήνην παρέδιεν Παρθενούσιον.] Diodorus quoque Siculus, idoneus cum primis auctor, in eodem anno secundo Olympiadis xcviij. quo fuit Archon Athenis Theodotus, & invasionem Romæ commemorat & pacem legato Antalcidi factam. Justinus libro vi. *Hic annus non eo tantum insignis fuit: quod repente pax tota Gracia facta est: sed etiam eo quod eodem tempore urbs Romana à Gallis capta est.* Strabo verbis paullo antè illatis subjicit, καὶ τὸν ἐπ' Αἰγαλείδες γρυοράπτων εἰρήνην. ita enim scribendum esse jum olim monuimus. Eruditissimus vir Gulielmus Xylander, cui apud Strabonem fraudi fuit corrupta lectio: hec quoque in eundem errorem ex alia occasione incidit, cum Germanica veste ornatum scriptorem hunc nobilissimum edidit. malè enim accepit illa εὐ καὶ eoque sibi persuasit, Romæ ἄλωσιν & Κελτῶν ἐφόδεν in eundem annum incidere, cum pugna ad Ægos potamos pugnata: qui tanto viro indignus est error. nam Perotti portenta jamdum mirari desii. Hæc est illa pax infamis, quæ Lacedemonios perfidiæ in socios, Græcos omnes stultitiae palam damnavit. nam qui, dum erant concordes, nobilissimos de potentissimo omnium regum Persicorum triumphos retulerant; ii jam inter se discordes, & sibi invicem infesti Regi ignavo & inter pellices sedenti imperata faciunt. Formulam ab Artaxerxe præscriptam, habes apud Xenophontem, in quinta Hellenicorum. Scribit Justinus Regem Artaxeixem legatos in Græciam misisse, ad faciendam hanc pacem: sed Græci potius in Asiam, quod satis constat, legationes misere. quam ob causam pax hæc non aliter illis dicitur, quam in Αἰγαλείδες, hoc est, legato Antalcidâ facta.

nam ita ēπὶ hic accipiendum, quum tamen vulgo id genus dicendi de magistratibus ordinariis, non de legatis usurpetur. Ideo etiam Polybius εὐρωπῶν dixit: quia hoc fœdus in Asia per legatos factum, post Lacedæmone ratihabitione Senatus est confirmatum.

7. 34. καὶ ὁ περσῶντερος Διονύσος τῇ ἡδὶ τὸν Ελέποργυ πολεμὸν μάχην νενικηὼς τὸν καὶ τὸν Ιταλίαν Ελλίνας.] νενικηὼς, id est, quum biennio ante viciplet: qui fuit annus ultimus Olympiadis xcvi. Fusè Diodorus Siculus libro xiv. Bibliothecæ. Obiidebat tyrannus Cauloniam, non postremam inter Magnæ Græciæ urbes. Crotoniatæ solvendæ obsidionis cupidi, copiis omnium Græcorum Italicorum contractis ducem eis imponunt Elorim, exsulem Syracusanum. itur in hostem, parte maxima itineris confecta, Eloris imperator ad Elorim amnem non procul ab urbe Caulonia metitur castra. occurrit Dionylius, & imparatos concidit: αὐτὸς δὲ ἐλώριος τεθῆ κύνεστι. nam omne non caruit, quod & dux & fluvius ille ad quem pugnatum, eodem illo nomine dicebantur. In libris Diodori Ελώριος utrumque nomen scribitur. Apud Stephanum Siciliæ amnis unde iste sine dubio nomen invenit, est Ελώρος, & non procul à Pachyno labi dicitur, ac pisces mansuetos alere: quade re videndus Athenæus initio libri octavi, & scholia Pindari Nemeonicarum carmine ix. ubi de hoc amne multa. Plinius: *Flumen Elorum, Promontorium Pachynum*: in septima Thucydidis historia fit mentio Elorinæ viæ quam ingreditur Nicias, ab ora Syracusana petens mediterranea: Hesychius, Ελώρος ἀγῶν, πλεύματος ἐπὶ Ελέρης (Ελάρης) πολεμεῖ: & in Polymnia Herodoti fit mentio cladis à Syracusanis acceptæ ἐπὶ πλευμῷ Ελάρων: qui est fluvius Siciliæ, quem nos arbitramur Elori sive Eloro in trans mare Græcia nomen dedisse. Elori Siculi meminit etiam Lycophron pag. 142. Liquet ex his amnem quo de heic agitur cumpse esse qui Diodoro Eloris nominatur: licet omnia Polybii exemplaria aliter hoc nomen scribant. Regius habet Ελέποργυ. Bavanicus Ελέποργυ. meus accentu mutato, Ελέπορος. doctissimus Xylander in sua versione Germanica, Ellesporus: quasi esset Ελέης πόρος. quod jure defendat nemo.

7. 38. Γαλάται δὲ καὶ οἳ τοις εἰλόντες αὐτῶν τὸν Ράρην νοῦν.] Galli Senones duce Brenno priore: nam aliis est Brennus inter præcipuos duces expeditionis, centesimo & xi. post anno suscepta. Vide paullo post, & libro ii. De anno captæ Urbis ante diximus, historia vulgo notissima ex omnibus historicis & chronologis. meminit Eusebius, numero MDCXXV. ad quem locum lectu digna quædam notat Josephus Scaliger.

7. 40. τὰλας Καππαλία.] Græci hoc nomen bifariam scribunt: quidam per Καππαλίαν, ut semper in nostris libris, & apud Plu-

Plutarchum. plures per ε Καπητάλιον, ut apud Diodorum, Eusebium & multos. Deducebant isti haud dubie à voce Græca γάπτερο folia, tumulus. Hesychius in hac voce nescio quid de Jove Capitolino balbutit.

7. 41. Αγλύσδες δόδονεμένας Γαλάτας.] Alludit ad gladium auri ponderi à Gallis adjectum. Silius libro I.

*Hic Senonum galeæ, pensatique improbus auri
Arbiter ensis ineſt.*

Nota vox Brenni, Væ victis. Plutarchus pluribus verbis expressit: οὐδὲ αὔλοι ή τοῖς νενικημένοις; poterat brevius γάψ τοῖς νενικημένοις. ut in Euangelio γάψ τοῖς εὑρισπι ἔχοντος, & γάψ τῷ αὐθόνῳ σκείνω: & passim in utreque fecdere. Sed vetus ac γνήσιο Hellenisimus hanc vocem γάψ ignorat. ejus loco Plutarchus posuit τὸ ὁδωνῆ: quia γάψ est denunciatio ὁδωνῆ. Hujus si venisset in mentem summæ doctrinæ viro Erasmo, nunquam profecto Latinum proverbium ex interpretatione coacta Plutarchi concipere maluisset, quam ex auctoribus Latinis & ipso usu veterum.

II. Populi Romani auctus post receptam Urbem.

8. 2. Λαζόντες οἷον Δοχὺν τὸ σωματέσσεως.] Paullo post de eadem re, τὸ ἐπὶ τῷ βέλικον ἕρξιν ἀσευπῆς.

8. 8. Μετὰ τῶν ἐπολέμεν τυριών, ἐπὶ τῷ Κελτῶν, ἐξηῆς ἢ Σαυρίτων.] Eadem planè series bellorum in sūnili compendio apud Strabonem è Polybio: Διακοπούμενοι ἢ τετταγονοί Ρωμαῖοι, περῆπον μὲν Λατίνοις ἄποινται οὐκούτοις ἐποιοῦντο. εἰπον Τυριών καὶ Κελτῶν, τοὺς μὲν Παῖδεν ἐποιοῦν τὸ πολλῆς καὶ ἀδην ἐλεύθεροις. εἰπον Σαυρίτους μετὸν ἢ τετταγονοί οὐκούτοις Πύρρον κατεπολέμησαν. Adi ad Fastos Romanos.

8. 9. Σαυρίτους τοῖς μετὸν τε τὰς ἀναγλαῖς καὶ κατὰ τὰς ἀρκῆς οὐ περμενεῖσται τῇ Λατίνων χώρᾳ.] Ait Samnites ab ortu & ab Aquilone fines attingere Latinorum. De ortu res clara: nam latus orientale terræ illius quam Latini populi ætate Polybii obtinebant, prætexebatur partim à Campanis secundum mare habitantibus, partim à Samnitibus, qui supra Campanos erant, & Latinorum fines attingebant. Strabo libro V. Εξηῆς μὲν τῶν Λατίνων ἐστιν ἡ τε Καμπανία παρίκνηστη τῇ Ιαλατῇ, καὶ τὰς τούτων η Σαυρίτους παρίκνησσε εἰν μεσογαίᾳ μέρεσι Φρεγανῶν καὶ τῆ Δαυρίων. de latere Septentrionali nihil habeo dicere.

8. 12. Μετὰ δὲ πταχέρον Ταραχυτίων δ.] Post aliquod tempus, id est postquam cum Gallis sèpius victis, sed non devictis, res essent compositæ. Pax cum Gallis facta est Coss. C. Fabricio Luscinio, Q. Æmilio Pappo. quierat annus tertius Olympiadis cxxiv. Romæ

CDXII. Hanc pacem bellum Tarentinum exceptit.

8. 13. Διὰ τὸ εἰς τὸν περιστόλων τὸν Ρωμαϊκὸν αὐτέλγειν.] Κυζίως dixit αὐτέλγειν, non ὑπέλην. fuit enim contumelia cum obsecnitate conjuncta. Dionysius Halic. Τὸν δὲ λέγοντα περιστόλων ἀναθαρσίαν καὶ τὸν εἰδῶν θεόν περιστόλων κατεπένθασε. Florus: Aderat sine mora querelam ferens legatio: hanc quoque fœdus perob, cœnam turpem que dictu contumeliam violent.

8. 15. ἐπιστολήν την περιστόλων την περιστόλων την Γαλατῶν ἐφέδε.] Libro ii. pag. clxi. de pace facta cum Gallis loquens: ταῦτα σωέσαιε ρίπες τῷ τεῖχῳ περιστόλῳ τῷ Πύρρῳ Διογένεσιν εἰς τὴν Ιταλίαν. πιπτών δὲ τὴν Γαλατῶν φέτη Δελφὸς Διογένεσι. Dicebamus modò, pacificatum esse cum Gallis anno IIII. Olympiadis cxxiv. etiū autem Gallico Tarentinum bellum fuit continuum, Pyrrhum tamen non statim in Italiam transisse constat. Polybius eo quem modò attuli loco, in tertium annum à pace facta cum Gallis transitum Pyrrhi conjicit. is est annus primus Olympiadis cxxv. exente hoc anno Pyrrhus copias in Italiam trajecit alienissimo ad navigandum tempore: adeo ut tempestate pars magna classis perierit. quare Zonaras scribit ver à Pyrrho non esse exspectatum. Pausanias in Atticis: Πύρρος ἐστὶν ὁ περιστόλος τῆς Ελλάδος τῆς μεγάλης Ιονίας Διογένεσι περιστόλος. διεῖν δὲ τὸν περιστόλων Ταρρακονίου. τέτοιος δὲ περιστόλος Ρωμαῖος οὐκείσκει πόλεμον. in postremis Pausaniae verbis propter scribendum ἔστι. sed ita oratio satis Græca non fuerit, nisi fulciantur ratione aliqua. Anasaurus interpres vertit: *ii enim quum bellum diutinum cum Romanis gestissent. hoc verò Pausanias, omnino haud dixit: apud quem scribendum, vel τέτοιος δὲ τὸ περιστόλον. his bellum priore anno cum Romanis erat conflatum. ita belli Tarentini principium fuerit secundum Pausaniam in anno quarto Olympiadis cxxxiv. vel τέτοιο περιστόλῳ: ut sit idem annus primus belli Tarentini, qui fuit ultimus belli Gallici. Porro annus quo Pyrrhus in Italiam copias trajecit præcedere dicitur heic à Polyb.o annum quo Græciām Galli invaserunt: recte; nam Galli duce Brenno juniorē impressionem in Græciā & Macedoniā fecerunt. anno altero Olympiadis cxxv. quum erat Archon Athenis Anaxicrates. Pausanias Phocicis: ἐγένετο τὸν Κελτῶν σεγίλεια ἐπὶ τὸν Ελλάδα, καὶ ἡ απόλαυσις Αραξίης Αχίνησσον ἀπόροις, δεστέων δὲ τὸν μεγάλην Ολυμπιαδὸν ἐπὶ εἴκοσι εγγὺ εἰσεστο. eo in libro Pausanias historiam fusè persequitur: de qua etiam in Atticis egerat. Adi & Justinum libro xxiv.*

8. 17. οὐδὲ δελφὸς φιλαγίλων, οὐ περιστόλων εἰς τὴν Ασίαν.] Sic loquitur quasi in eundem annum conjecteret Gallorum in Græciām irruptionem, calamitatem ad Delphos acceptam, & transitum eundem

rundem in Attiam , aliter libro II. ubi calamitas Delphica dicitur illis accidisse anno quinto , postquam Romani cum Gallis in Italia compo- fuerant . is est annus tertius Olympiadis cxxv. cui anno Pausanias transi- tionem eorum in Attiam assignat , Archonte Athenis Democle . τῷ ἐτῷ τοῦ οὐρανοῦ , Δημοκλεὺς Ἀθηναῖς ἀρρενίθω , οἱ δὲ αὐτὸι εἰς τὸν Ασιαν Δῆμοντας οἱ Κελτοί .

8. 23. τότε περὶ τοῦ λοιποῦ τῆς Ἰταλίας μέρην ὥρισον .] Tunc nempe quando bellum Tarentinum suscepserunt : Tarentum enim illa tempestate Calabriæ & Apuliæ totiusque Lucaniæ caput erat .

8. 27. ἀδληταὶ γεγενότες τῷ καὶ πόλεμῳ ἔργων .] lib. II. pag. CLII. οὗτοι (bella intelligit cum Gallis gesta) αὐτοὶ τε Πύρρον ἀθληταὶ τέλεοι γεγενότες τῷ καὶ πόλεμῳ ἔργων συγκατέστησαν . libro xv. pag. CMLXXI. de Scipione & Hannibale : ὅτε γὰρ δυνάμεις πολεμικῶν , καὶ οὐρανος ἐπιλυχεστέρες τάταν οὐ μάλιστας αθληταὶ γεγενότες τῷ καὶ πόλεμῳ ἔργων δύο εἴησαν . Graci αθληταὶ ἔργων aut πολέμων appellant summos bel- latores longo usu confirmatos . nam ἔργον est bellum , aut potius pu- gna . vetus scriptor apud Suidam , ipse opinor Polybius : οἱ δὲ Ρωμαῖοι αὐτοὶ πολέμων αθληταὶ οἱ τὸν Αριβανον εἰπεῖσθαι . Aristoteles Po- liticorum libro vi. cap. VII. δέ τις ἐπὶ μὴ ὄντας νέας τὰς γεις εἰδά- σκει τοῖς καὶ φασι κοινή τὰς ψιλὰς ἔργασις , εἰκενειμένοις ἢ εἰς πολέμου αθληταῖς εἴναι αὐτὰς τῷ ἔργῳ . Nicomacheorum libro III. cap. VIII. ὁ ποτερὸς αὐτὸις αθληταῖς μάχονται , κοινή αθληταὶ ιδιώταις . heic αθληταὶ sunt veterani , qui magnum bellicæ rei usum habent : ιδιώ- ται , tirones . Plutarchus in Eumene veteranum militem ita descri- bit : οἵσσιν οἱ περισσόντες τῷ οὐεὶ Φίλισπον κοινή Αλεξανδρού , ὁ ποτερὸς αθληταὶ πολέμων κοινή αὐτῶν εἰς εἰκενό Θρησκευτα . in Demetrio qui juvenis vixit est à Ptolemaeo vetere Alexandri duce : αὐτοὶ οὐρανε- στοὺς εἰς τῆς Αλεξανδρείας πολεμίσας οὐθληκόπι πολεμός οὐ μεγάλος κοινή αὐτῶν αὐτῶν εἰσφάλη . in decima Dionylii Halicarnassi . αθληταὶ πολέ- μων & σκληροφύλακες opponuntur .

III. Rhegium & Messana simili scelere occupantur.

8. 41. Ιδοιον γάρ πι σωτέριον καὶ οὐδικατελέστον .] Nudam narrationem rei ornata obseruatione . duabus urbibus pariter ad fretum sitie , par & similis fortuna evenit . adde , quod pratermittit Polybius , ab eodem genere hominum ortam injuriam , Campanis nempe . nam & qui Rhe- gium ceperunt , Campana legio appellatur in Epitoma xv. Livii . Unum hoc genus est historicarum ἐπιγρισεων , de quibus abunde disserimus in Prolegomenis .

9. I. εἰσειτε οὖτε Μεσίνη κοινή Ρήγων .] Fretu Siculo appositæ , me- dii

dio spatio stadiorum ix. vel ut alii lxx. separantur, hodieque notæ urbes iisdem nominibus; Messana vero etiam archiepiscopatu insignis, cuius suffraganei sunt episcopi Syracusanus & Cataniensis. Messana hæc in Græcorum libris modo cum duplice & scribitur, modo cum simplici, cuius scripturæ Asinius Quadratus hanc olim rationem attulit, quia media est inter duos fluvios. sic in Oriente Μεσσαλία appellata Græcis regio insularis, quam Tigris efficit in duos alveos divisus. Sed de Messana refellit historia: nam è Thucydide, Diodoro & Strabone constat, eam urbem à Messeniis è Peloponneso profugis de prioris patriæ nomine esse ita appellatam, quum Zancle prius diceatur. Juvat quod M. Valerius Corvinus, cui hæc urbs cognomen dedit non **M E S A L L A** sed **M E S S A L L A** est dictus. **magni Messalla lippa propago**. Romani scriptores Peloponnesiacam illam Messenæ; hanc Siculam Messanam vocant: quam distinctionem qui negligunt interpres Græcorum auctorum, peccant.

9. 2. Μεσσαλία μὴ γέ τον πολλοῖς ἀριστερή γένοντος τοῦ νεῶ λεγεμένων.] Tempus quo de loquitur, est tempus Rhagii obsecrati a Romanis post bellum Tarentinum confectum. Messanæ Siculæ non multo clementius fatum quam Messenæ Peloponnesiacæ: quæ urbs ut historia testatur & eversa fuit sepius & denuo instaurata Olympiade xxx. ne vetustiora repetam, quum essent Messenii Poloponneso ejecti à Lacedæmoniis, delati in Siciliam, oppidum in ea occuparunt cum nomine Zancle, idque Messanam dixerunt. Ea urbs anno primo Olympiadis xcvi. à Carthaginensibus capta est, & solo æquata sic, ut nullum planè urbis vestigium relinqueretur, narrante Diodoro libro xiv. sed eodem illo anno Dionysius tyrannus eam à fundamentis excitavit, & colonis frequentavit. Quadragesimo post anno, initio Olympiadis cvi. Agathocles tyrannus alter, dolo ejus urbis potitus, cædibus & exiliis crudeliter in cives est grassatus. sed non potuit Agathocles impedire quin proximo anno Messanii Amilcaris Pœno sese applicarent. Proxima calamitas fuit, quum à Campanis, qui Agathocli meruerant, iteruni fraude occupata est, & miseri incolæ per omnia humanæ patientiæ exempla vexati. E Diodori Eclogis factum hoc intelligitur, neque statim post tyranni interitum, neque ita multo post.

9. 3. Καμπανοὶ τῷδε Αγαθοκλῆι μετοφορεῖται. Imo vero μετοφορεῖται qui meruerant, non merentes, quasi superstite Agathocle hoc accidisset, quod falsum esse ex iis quæ modo dicebamus appetet. Campani priscis temporibus militaris spiritus viri ex Italia in Siciliam transgressi, modò Pœnis, modò Pœnorum hostibus operam locabant; quin aliquot urbes in Sicilia in sua potestate ipsos habuisse testis Diodorus; ut Cataram & Entellam jam inde à Dionysii senioris tempore

temporibus. In ejus Eclogis è libro xxii. occupatae a Campanis Messanæ historia sic refertur. Extincto Agathocle Syracusarum tyranno supererant tyrannidis instrumenta, mercenariorum præsidium; adeo validum, ut jus creandi magistratus sibi vendicaret. Quum ea occasione seditio inter cives & mercenarios esset coorta, convenit tandem inter partes, ut peregrinus miles divenditis bonis ac possessionibus suis, Siciliæ finibus excederet, hac simulatione Campani iter ad freatum instituunt: ibi à Messaniis intra urbem admissi, urbem mox occupant, & noctu hospites, qui parum caverant, occidunt hæc Diadórus: sed longe aliter Alphius: non enim Syracusis esse prefectos qui Messanam occuparunt, verum è patria recens illam manum fuisse tum pulsam. historiam ita narrat Festus ex Alphii libro primo belli Carthaginienis: *Quum toto Samnio gravior incidisset pestilentia, Sthenius Mettius ejus gentis princeps, convocata civium suorum concione, exposuit se vidisse in quiete præcipientem Apollinem, ut si vellet eo malo liberari, ver sacrum voverent, id est, quæcumque vere proximo nata essent immolatuos sibi. Quo factò levatis post annum vicensimum deinde, ejusdem generis pestilentia incessit. Rursum itaque consultus Apollo, respondit non esse persolutum ab iis votum, quod homines immolati non essent: quos si expulissent, certe fore, ut ea clade liberarentur.* Itaque iis jussis patria decedere, quum in parte ea Siciliæ confessissent, quæ Tauricana dicitur, forte parantibus bello cernere Messaniensibus auxilio venerunt ultro eosque ab hoste liberarunt. Itaque provinciales ob meritum eorum, ut gratiam referrent, & in suum corpus communionemque agrorum invitarunt eos, & nomen acceperunt unum ut dicerentur Mamertini.

9. 5. οὐδὲ πόλει τὸ νέον ζῷα σὺν τῷ λοιπῷ διάφυγιαν τῆς γένεσις ὀφθαλμίων.] Reète observat Suidas, verbum ὀφθαλμίων quod proprio significat oculis dolere, sive ophthalmia laborare, cum alio transfertur, vel invidiam denotare, ut in Euangelio oculus malus pro inido, vel cupiditate re aliena fruendi, ut hoc loco. Josephus Antiquitatum libro i. Άλλα τὸ εἰποφθαλμίων τῷ τῶν θεῶν τὸ κλίστες.

9. 18. παχὺ ἢ νέον πόλεις νελῶν γένεσις νέον πόλεων εἰγνοστεῖς γένοδοι, τῷδε πόλεις δέργη μεμνήσας τὸ περίεργον.] Qui scelus aliquod admittunt, ii exemplo persæpe amplius quam facto nocent, nam in vita mortalium certa ratione pauci, plures exemplis reguntur: & iis quidem, ut plurimum deterioribus. Campanos igitur qui occupata Messana in Sicilia repente divites evaserant, imitati sunt, qui Rhegium occuparunt. hi quoque Campani sicut jam diximus. Mirum vero non venisse istis in mentem Romanum populum omnino perfidiam fore ulturum: quum tamen ejus rei domesticum exemplum haberent. Quod enim isti Campani Romanis militantes Regini patrabant;

runt; id ipsum ante annos circiter ix. in Campaniae metropoli Capua Romana legio in praetidio ibi relicta tentaverat. haec quoque exemplum sceleri prætexebat, & quidem cum aliqua justitiae ipecie ex lege talionis. Livius libro vii. Inribantur consilia in hiberis eodem scelere adimenda Campanis Capue, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent: neque immerito suum ipsorum exemplum in eos versurum. acciderat enim ante annos octoginta, ut eam urbem Etruscis immanitate pari adimerent. Livius libro iv. in consulatu Sempronii Atratini & Fabii Vibulani: Peregrina res, sed memoria digna, traditur eorum anno facta: Vulturum Etruscorum urbem, quae nunc Capua est, ab Samnitibus captam; Capuamque ab duce eorum Capye, vel quod propius videtur est, à campestri agro appellatam. Ceperat autem prius bellis fatigatis Etruscis, in societatem urbis agrorumque accepti: deinde festo die gravatos somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna cede adorti. ubi observabis eodem plane modo Capuam olim & multo post Messianam periisse. At legionis Romanæ conspiratio ad occupandam Capuam inita ne exitum haberet, prudentia singulari Martii Rutilii Cos. & auctoritate Valerii Corvini est effectum.

9. 21. Πυρροὶ γένθη ὁντογεγόν Πύρρος τοις Ιταλίων ἐπεμψεντο.] Epitome Livii libro xii. Pyrrhus Epirotarum Rex ut auxilium ferret Tarentinis in Italiam venit. Quum in praesidium Rheginorum legio Campana cum prefecto Decio Jubello missa esset, occisis Rheginis Regium occupavit. Lege excerpta Diodori Siculi è libro xxii. & Orosium libro iv. cap. iii. ubi octava legio dicitur, quæ in Epitoma est Campana legio.

9. 31. ἀντεῖτο Δέκιος Καμπανώς.] Initio quum occupatum est Regium, hic fuit Tribunus militum, & legionis illius dux. sed mox eo sublato, milites M. Cæsium sua sponte imperatorem delegerunt. quod fuit alterum illorum ingens placulum, contra disciplinam militarem. Mortuum esse in praesidio Decium videtur Valerius Maximus significare: Diodorus Siculus ob prædam injustè inter suos divisam per seditionem expulsum, & imperio nudatum. Ita Messianam perfugisse ad Mamertinos, qui propter ingentem pecuniae vim, quam fecum Decius attulerat, in ducem suum illum eligunt, & ad recipientum prius imperium, quas possunt vires conferunt. frustra. nam interim oculorum morbo Decius corripitur: & à medico Rhegino, quem opis ferendæ causa acciverat, studio ulciscendæ patriæ cantharidum veneno oculi ei illiduntur. hoc pacto infelix, lumine privatur, & Messana expellitur. Verba Diodori Siculi, quibus singularis haec historia narratur, ita scribi debent. Καμπανοὶ ἡσαν δοῦλοι· καὶ ἐποιοῦσαν τὸν θεογονοῦ πότνιον Μαυρεπτίνοις. τοὺς Πριγίνες, μάτερ οὐεῖνοι τοὺς Μεστίνες εργάζεται.

σφαζάντες. εἰπε τὸ διάρεον τῆς πόλεως τὰν ἡπυχηγτὰν ἀδίην
ποιούμενον ἐξέπετεν εἰς τὴν Φράγμα φυγαδῶθεις τὸν τὸν ιδίων Καρ-
πανῶν σωτήριον ἢ οἱ Μακερπῖνοι. οἱ μὲν τὸ ληφθέντων χειροπάτων
τεθῆντες ἐποίησαν. καὶ δὴ διφεύλων τόσα αὐτὸν αἰτεχθόντος, καὶ τοῦτον
τὸν δικιάσταντον μετατιλαμβάνει. γέτο τὸν ὑδρεύ τὸν πατρίδον εὑδίκων,
καὶ φερεῖσαν τὸν λαόν τὸ Δέκιον. καὶ τὸ οργίσεως αὐτὸν ἀπεσέρηπε, καὶ φύγει
εἰς Μεσσηνίαν.

9. 36. ἐπὶ τῷ πόλεως δύναμισα.] Diodorus libro xiv. pronun-
tiat Messanam esse πόλιν δύναμεν τοῦτον τοῦ Σικελίαν, locum totius
Siciliae ad res gerendas opportunissimum. & mox dicit Polybius Car-
thaginenses, si semel Messanam cepissent, Syracusas facile fore
capturos.

IV. Romanorum animadversio in auctores sceleris Rhegiensis.

10. 2. ἐπεὶ δέ τὸ τέταυν ἐγένετο συγκλείσαντες αὐτὸς ἐπο-
λιοργεύει τὸν Πύγον] Proximo anno post confectum bellum Tarentinum,
qui erat secundus Olympiadis cxxvii. Genutio Cos. ea provincia
est demandata. Zonaras expeditionis adversus Rheginos suscepit falsam
causam affit, quod Crotonem urbem proditione captam solo
aquaſſent, & Romanos in ea deprehensos trucidassent. Florus ē li-
bro xv. Livii. Victis Tarentinis pax & libertas data est. Legio
Campana que Rhegium occupaverat, obſeffa, deditione facta, se-
curi percuſſa est.

10. 11. οἱ σερπιτοὶ περαγαγόντες εἰς τὸν αὐτοὺν κατιρώσαντες;
ἀπαντεῖται τὸ πόρινον τοῦτο εἰπεῖν.] Notissimus populi Romani
mos, capitis damnatos securi percutere virgis prius cæſos. hoc sup-
plicium prisca Romanorum severitas non solum de singulis aut paucis
exigere solita, verum etiam de numero aliquando ingenti. Diodorus
libro xix. est auctor, Q. Fabium bello Samnitico Ferentanorum urbem
cepiſſe & adversarios populi Rom. civiles ducentis plures Romam ab-
duxisse ac supplicium hoc ab omnibus exegiſſe. Τέττας τὸν αἰετὸν,
ὄντας τοῖς τοῦ Διγυροῖς απίγαγχον εἰς Ράμιον, καὶ περαγαγόντες τοῖς τοῦ
φύσιον επικέντροις, τοῦ πεντετοντα εἴδους. in ea historia paullo autem
ſcribendum est apud Diodorum, τῶν τε Θερετρῶν πόλιν εἶλε. Fret-
mani quos vulgata lectio & interpres exhibent, nulli fuerunt in Ita-
lia. Frentani ex historia & geographis notissimi. In sexta historia
Dionys. Halicarnass. obſides Volscorum ccc. à Cos. Appio Claudio pro-
ducti eas peccatas expetunt. Apud Livium libro xxiv. verberantur ac
securi percutiuntur trans fugæ ad duo millia hominum. Libro tamen
eodem, recepti perfugæ ccclx. Romani à Cos. Fabio missi, virgis
omnes

omnes cæsi, non πελεκίζονται, sed de saxo dejiciuntur. Apud Josephum milites bis mille simul cruci affiguntur. In historia Caroli Magni 1500. Saxones semel securi percutiuntur, apud Paul. Æmilium. Ut ad Reginense præsidium revertamur, obseruentur in hac hitoria Polybii fides & judicium. Constat legionem Reginum inductam, quæ postea fidem mutavit, fuisse hominum **cic cic cic cic cic**. mansit præsidium in urbe occupata, octo minimum annos; hoc est, tempus totum belli Tarentini. Eo temporis spatio, vehementer illum numerum fuisse imminutum, veii est quam simillimum. Secuta est ob-sidio diurna satis, & ob-sidentibus operosa, quod pluribus ostendit Zonaras, nam Campani isti moris Romanorum gnari, quem certo scirent, luendas sibi omnino pœnas si caperentur, neque exorabilem sibi fore Senatum: tanta pertinacia dimicarunt, ut priusquam in potestatem Romanorum urbs veniret, omnes propemodum occumberent. Hoc pacto est effectum, ut soli ccc. caperentur vivi & Roman ad supplicium mitterentur. Hæc est Polybii narratio; veritati & fidei historicæ tam congrua, quam tragicis ampullis aliena. At cæteri historici quum legionem unam Regini præsidio locatam accepissent, legionem integrum, quæ temporibus illis quatuor erat millium, securi percussim scripserunt. Julius Frontinus libro iv capite primo: *In legionemque Reginum oppidum injussu ducis diruerat: (melius diripuerat) animadversum est: ita ut quatuor millia tradita custodia necarentur. Præterea senatus consilio cautum est, ne quem ex iis sepelire vel lugere fas esset.* Auget tragœdiam Orosius libro iv. cap. III. Sequenti anno magnam viscera suorum partem severitas Romana concidit. mox: *Hoc facinus in tam sceleratos defectores puniendum Genucio consuli visum est: qui obseffa Reginorum urbe, captisque omnibus, ipse quidem in reliquo perfugas, & latrones exercevit digna supplicia, Romanos vero milites integre legonis Romanæ misit: qui populi jussu medio in foro virgis cæsi securique percussi sunt.* *Visa ibi est tunc Roma vincere, quum legionem suam integrum occidit: que sine dubio viæta fuisset, si eam hostili prælio perdidisset.* Ne Livius quidem à tragica exaggeratione abstinuit; apud quem Scipionis Africani verba sunt ad seditiones milites præsidii Sucronensis, libro xxviii. *Reginum quondam in præsidium missa legio, interfecit per scelus principibus civitatis per decem annos tenuit.* propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romæ securi percussi sunt. melius & verius Valerius Maximus libro ii. capite vii. *Milites qui Reginum injusto bello occupaverant, mortuoque duce Jubellio, M. Casium scribam ejus sua sponte imperatorens delegerant, carcere inclusit, ac M. Fulvio Flacco Trib. pl. denunciante, ne in cives Romanos adversus morem majorum animad-*

animadverteret, nihilominus propositum exsecutus est. Ceterum quò minore cum invidia id perageretur, quinquagenos persingulos dies virgis casos, securi percuti jussit, corumque corpora sepultura mandari, mortemque lugeri vetuit.

10. 14. βελούροις Δῆλοῖς εἰς ἐκείνους πρωξίας καθ' οὐσαν οἴδε τε ἡ στρατόπεδος τὸ Δῆλον π. τοιμάζοντας αὐτῶν πίστιν.] Romanus legatus apud Livium libro xxxi. criminibus Ætolorum respondens. Rhegium & Capuam & Syracusas nobis objecit. Rhegium Pyrrhi bello legio d nobis, Reginis ipsis ut mitteremus orantibus, in praesidium missa, urbem ad quam defendendam missa erat, per scelus possedit. comprobavimus ergo id facinus? an bello persecuti sceleratam legionem in potestatem nostram redactam, tergo & cervicibus poenas sociis pendere cum coegeremus. urbem, agros, suaque omnia cum libertate legibusque Reginis reddidimus?

V. Hiero & Syracusani Campanos ultum eunt.

10. 19. οἱ δὲ Μαμέρτιοι. τότε γὰρ τένομοι καὶ εἰδότες οἱ Καμπανοὶ τὸ Μεστίνης αεγοπέρσον σφᾶς αὐτές.] Jam ostendimus manum Campanorum in Sicilia fuisse, qui mercede operas modò his modò illis locabant. Diodorus lib. xiii. in anno 111. Olympiadis xcii. narrat Campanos octingentos Atheniensibus Syracusas oppugnabitibus meruisse: qui postea vagi diu quæsiverunt τὸ μετόδον τοῦ, cuius stipendiis alerentur: donec Poeni eorum operam locarent: istos ipsos Polybius ait μετόδον τοῦ Agathocli. Martem olim quidam populi vel Italiae vel Siciliae Mamertum vocabant. Lycophron: Κανδήγονος Μαμέρτιος. ή πάχει καὶ λέπιν τὸν αγνόπελον ἐπωρύπον μάχαις. Tzetzes ibi notat vocem esse Romanam. Eterat sanè Mamertus, sive Mamer-
cus inter cognomina gentium Romanorum Æmilia & Cornelia: fuit etiam in Sicilia proprium virti nomen, ut Mamerti Catanaeorum tyranni, qui in xvi. Diodori historia Marcus dicitur minus recte. eo loco Tzetzes affert Diodorum Siculum, sive ut ait Dionem. intelligebat autem is grammaticus locum Diodori nuper publicatum in Excerptis è lib. xxi. sed Campanorum id verbum esse dicit Diodorus non Romanorum: Festus, Oscorum, Plutarchus in Pyrro Latinorum: διὸ οὐδεὶς, ait, αεγοπέρσοντος δόνιος γλώσσῃ τῇ Αστίνῳ. Ceterum causam, cur Campani qui Messanam occuparunt, Mamertini sunt appellati, longe aliter explicat Alfius libro primo belli Carthaginensis: Messenii, ait, & Campani nomen acceperunt unum ut dicerentur Mamertini, quod conjectis in sortem duodecim deorum nominibus Mamers forte exierat, qui lingua Oscorum Mars significatur. Apud Eusebium in Chronicis numero cccli. legitur Messanam hanc etiam Mamert-

Mamertiam esse dictam. quod & B. Hieronymus confirmat libro priore in Jovinianum. Ego scio incolas Messanæ dictos fuisse Mamertinos : idque nomen hæc etiam civibus Romanis postquam eo colonia esset deducta , sicut observat Plinius. ipsam vero urbem Mamertiam fuisse dictam ; alibi , quod meminerim nusquam legi apud ullum e veteribus scriptoribus.

10. 37. Χεόνοις & πολλοῖς αρχέτερον αὐτῶν ἀνάμεις τῷ Συρακουσίων διενεγκεῖσθαι τοὺς τοὺς εὐ τῷ πόλει.] Fatum fait hoc ubi potentissimæ olim Syracusarum , ut vel tyrannis , iisque crudelissimis pareret , vel intestinis seditionibus laboraret. Seditio.num harum causæ pro temporibus variæ fuerant : Sed illa frequentissimæ quam hic Polybius attingit , quam milites à cæteris civibus dissidebant. Observat Philosophus in v. Politicorum multo jam ante hæc tempora accidisse in ea nibe , ut pulsis tyrannis , & mercenariis militibus civitate donatis , discordiæ ex ea re Syracusis orientur , & inde civile bellum. Συρακουσίοις , inquit , μὴ τὸ τυραννικὸν τοὺς ἔπειρας καὶ τὸν μετοφόρον πολιτείας ποιοῦσι , ἐσεστοντες , καὶ εἰς μοιχεύλην. Hujus quoque discordie de qua noster loquitur , statim post tyrannum scelestissimum Agathoclem exstinctum principium exstitit. Syracusani enim bello quod adversus Menoneum & Carthaginenses gerabant rebus male cedentibus , coacti inquis conditionibus pacem facere , non effugerunt , quin ea mox mala experirentur , quæ solent illi qui militem otiosum alunt , & quidem mercenarium : qua de re sub libri hujus finem plura erunt dicenda. Tum ausus miles cum cæteris civibus injuriam expostulare , quod in magistratum creandorum comitiis sui ratio non haberetur. Diodorus libro xxii. Τῶν μετοφόρων ἀπογένοιται εὖ τοὺς δέκαυροτεῖς οὐνέον στοῖσθαι τὸν πόλιν . Δικαιάντων δὲ τοὺς οὐνοῖς τῶν τε Συρακουσίων καὶ τῶν μετοφόρων , οἱ πρεσβύτεροι Αγαπετούσαντες καὶ πολλὰ δεήσατες αὐτοφόρων μόνοις κατέπανεσσαν τὸ παραχώμα. Habes hic seditionis initium & causam : dicuntur enim hæc de Campanis , qui mox Syracusis egressi Messanam occuparunt. causam prætexunt isti quam diximus. nam ἀπογένοις εὖ τοὺς δέκαυροτεῖς de iis dicitur quorum deferendis magistratibus populus in comitiis rationem non habuit. προπτεῖ enim sive honores sunt δέκαται , magistratus , ut etiam Aristoteles admonet in Politicis. Hic vero obseruetur sive jus sive postulatum rarum militum , & quidem merceniorum , qui jus creandi magistratus ubi vindicarunt. quid hoc iniquius ? aut quæ unquam res publica ejus rei dedit exemplum ? nam ut è militaribus viis crea-rentur magistratus , non est inauditum. fueruntque in Gracia civitates ; quæ eo jure uterentur , ut Malenses : de quibus Aristoteles v. Politicorum : εὖ Μαλιεῦσ τὸ πολιτεία λιγὸν εὖ τῶν αὐτοτελούσων τὸ δέ δέκατον πρότοις εὖ τῶν σερτονοφόρων. Adeo nullum jus est , quod non

non illi sibi tribuant, penes quos sunt arma, quæ olim res imperium Romanum pessundedit. Primi ex omnibus mercenariis, post obitum Agathoclis, videntur excitasse eo nomine tumultus Campani. Etiæ autem composita aliquo modo res fuit cum Campanis, sicut antea dicebamus; apparet tamen ex hac narratione mansisse controveriam, quæ deinceps recanduit, ut eo tempore de quo hic est ferino. Tunc igitur milites qui in propinquis ubi oppidis castra habebant, novo exemplo magistratus *τέλοντας*, id est, è corpore suo creant Artemidorum, & Hieronem: magna, sicut ostendit auctor, cum indignatione urbanæ multitudinis, quæ suffragiis militum imponi civitati magistratus iniquissimo ferebat animo. Tempus horum comitiorum militarium obscurè declarat Polybius, quem accidisse hæc ait *χρόνοις δὲ περὶ τοῦ ολυμπίου οὐδὲ τελεσθεῖσιν*, id est non magno prius tempore quam Ruegium obsideatur a Romanis. Nos putamus illum intelligi annum qui primus Hieroni aditum ad Remp. patefecit. Is autem erat annus alter Olympiadis cxxvi. Pausanias Eliacorum libro 11. *τῶν ἀρχέων εἰχεν ὡς Ιέρων οὐτός, ἐπειδὴ τὸ Ολυμπιακὸν ἐπὶ ταῖς ἔτης καὶ ἔτοντος, τῷ Κυπλωγῷ σάδοντος οὐρανοῖς Ιέρων.* quam diximus fuisse Olympiadem cxxvi. hæc lectio ficit cxx. sed character quem addit de Olympionica Idæo Cyrenensi vulgatam lectionem fallit arguit manifestissime. Scribe *ἐπειδὴ τὸ Εύηλην Ολυμπιακόν*. Vide Eusebiana Josephi Scaligeri, ubi omnia habes de Olympiadibus. Celebrata igitur hæc comitia annis iplis quatuor ante captum Rhegium, & Reginorum redditum.

10. 40. *Μεργάνην τοῦ Μεργάνου.]* Merganam in eo tractu nondum inveni, sed Murgantiam, locum ad mare titum non procul Syracusis. Livius libro xxiv. *αἱ Μυργαντιαὶ τοῦ κλασσοῦ ναυών* centum Romanus habebat; quod evaderent m̄tus ex cedibus tyrannorum orti Syracusis, quov̄ eos ageret nova atque insolita libertas operiens. in xxvi. narratur Murgentinarum terrarum ad Poenos defetio, post Marcelli profectionem è Sicilia. meminit & M. Tullius in Verrinis, & Plinius. In iv. Thucydidis Morgantinam à Syracusanis sibi vindicant Camarinæ: quum tam in undecima historia Diodori & Olympiade lxxx. dicatur iam tum fuisse Morgantina *πόλις αἰγιόλης*. In Stephanī *εθνογένεσις* nominatur Morgyna Siciliæ & Mergentium Italix. Videntur autem omnia hæc loca appellations suas accepisse à Morgetibus, populo vetustissimo Italix; de quo Dionyſius Halicarn. plura libro primo.

10. 42 *καὶ τὸ μῆτρα βασιλέων τῆς Συρακουσίων Ιέρων]* Hic est i lieo alter ejusdem nominis Syracusiorum rex, qui virtute & prudentia meruit, ut inter rarissima humanæ felicitatis exempla cum primis numeretur. Amplissimum enim Syracusarum imperium non

non jure successionis, et si à majoribus quondam obtentum, neque violentia & cædibus, sed admiratione virtutis est consecutus. semel autem partum regnum singulari semper clementia, dexteritate & fide administravit. accessit fortunæ indulgentia insignis: nam & vitam integris omnibus sensibus ultra nonagesimum annum produxit, & tantis opibus, tanta gloria floruit, ut æqualium regum vix ulli concederet. De hoc viro scribit Zonaras tomo 11. neque paternum genus ullum ei splendorem conciliaffe; maternum vero etiam ignominia servitutis fuisse maculosum. ὁ Ιέρων ἐπειδὴν εἰπάνεται ἔχων πίνα,
μητρὶς γένος δε λεῖα αργοῖς, Σικελίας αἵματος ἡδὲ μηκρές. Sane de materno Justinus quoque haut multo aliter libro xxiiii. *maternum illi genus sordidum atque adeo pudibundum fuit.* de paterno falsum est quod ait Zonaras. nam Hierocles Hieronis pater, nobilis vir fuit, sicut scribit Justinus ibidem, *cujus origo à G. lone antiquo Sicilie tyrauno manabat.* Pausanias tamen posteriorum Hieronem prioris cognominem solum appellat nulla cognationis mentione facta. Agebatur annus centesimus nonagesimus, quando Hieroni huic magistratus primo est delatus, ex quo vetus regnum prioris Hieronis Syracusis fuerat extinctum. nam Thrasybuli, qui fratri Hieroni successerat clades ultima accidit anno 111. Olympiad. lxxviiii. Olim quum notas edicimus in Dionysium Halicarnassum, totum stemma hujus regiae domus recensuimus atque illustravimus: quæ si lubet inde petant studiosi. Plautus Menachmis:

Non ego te novi Menachmum, Moscho prognatum patre?

Qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia.

Ubi rex Agathocles regnator fuit, & iterum Panthia,

Terium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit.

Nunc Hiero est.

Licentia comica usus hoc loco poëta falsa veris miscuit. verum est Hieronem in imperio Syracusarum Agathocli successisse, & quidem non continuo, sed quibusdam interjectis, sicut recte Plautus significat. pro *Panthia* scribendum reor *Phintia*. sic enim appellatus est tyrannus quidam Siculus, qui post mortem Agathoclis magnam in ea insula potentiam sibi comparavit. sed errat Erotium, quando Phintiam Syracusarum tyrannum vocat, qui Agrigenti rerum potiebatur non Syracusis: ubi qui eo tempore dominabatur Icetas dicebatur non Phintias. Diodorus libro xxii. καὶ Σικελίας ἡσαν τύραννοι Ικέτες εἰς Συρακούσῃ, Φιντίας εἰς Ακράγαντα. & mox Φιντίας ἢ καὶ Ικέτες αὗταις πόλεμον ἀνέστησαν. Corruptum videtur esse apud Plautum nomen *Liparo*. nullus enim fuit eo nomine tyrannus in Sicilia. quid scriperit jocosus poëta nescio. fides historica scribi postularet *Thunio*: nam in Syracusarum tyrannide Icetæ successerunt Thunio

sive Thænio , qui ipsum Icetam expulit , & Sostratus simul. Diodorus auctor in Excerptis ejusdem libri. in Plutarchi Pyrrho Θεοντωρ scribitur , non Θεοντωρ . neque tyranni Syracusarum appellantur Thænio & Sostratus , sed ἄρδες ἵνεμοντις τὸν Συρακούσιον viri principes civitatis Syracusanæ. In antiquis scholiis Theocriti ad Idyllium xvi. legimus, Hieronem hunc ἔγαλην τυραννόν τε Σικελίας ; ultimum fuisse eorum qui Siciliam tyrannide obtinuerunt. sed neque tyranni nomen Hieronis mores merentur : nec tam ampla fuit ejus dominatio , ut τυραννόν τε Σικελίας dici queat. quare melius sciipis sit hic scholia est τὸν Σικελία. Simili errore & Latinorum nonnulli , ut Eutropius Hieronem Siciliæ regem vocant ; & qui in Fastis viros triumphales adnotarunt in Valerio. neque verò Syracusarum ultimus dici potest tyrannus Hiero , qui moriens imperium nepoti Hieronymo , juveni perditissimo , reliquit. de hoc Polybius legationum initio , & Livius libro xxiv.

II. 1. Λέγεται τίον μὴ ὄντες κραιπάδη.] Hieronam appellat admodum juvenem , qui annum xxx. tantum quod excellerat : plane ut Romani , qui juventutem definiebant ab anno tricesimo ad quadragesimum. libro xvii. de Flaminino : ναὶ τοῦ τέταρτου λοιποῦ δὲ τοῦ τριάκοντα εἰτῶν τὸν εἶχε. Id autem tunc fuisse Hieronem , quando magistratus primus est ei delatus , ita probamus. Constat ex Livii testimonio nonaginta minimum annorum illum fuisse , quando ultimum vitæ diem clausit. Mortuus autem est Hiero Coss. Q. Fabio Maximo Cunctatore 111. Sempronio Graccho , Olympiadis cxli. anno altero. Incidat igitur natalis illius necesse est in tertium quartumve annum Olympiadis cxviii. inde ad secundum Olympiadis cxxvi. i. quo anno dignitatem suam auspicatum esse Hieronem ex Pausania docuimus , xxx. vel unus & triginta anni reperientur. Sed Lucianus Hieronem scribit vixisse duos & nonaginta annos. hac ratione natum oportuerit anno ii. Olympiadis cxviii. & Præturam naustum annum agentem xxxiiii. Apud Livium libro xxi. dicit Hiero senex , scilicet olim juvenem Romanos primo bello Punico adjuvisse , qui tamen priusquam id bellum finiretur , sexagenario major erat.

II. 2. ἀρετὴ πανθρώπῳ φυῖ βασιλεῦς τῇ περιγραφῇ οὐνοματία.] Id ipsum significat , quod pluribus à Justino explicatur : Pulchritudo et corporis insignis , vires quoque in homine admirabiles fuere: in allocuio blandus , in negotio justus , in imperio moderatus : prorsus ut nihil ei regium deesse prater regnum videretur.

II. 7. ἐπειδὴ πειρῶντος τοῖς μεγαλοθύχως τοῖς πειράμασι.] Justinus : Post profecionem à Sicilia Pyrrhi , magistratus Hiero creatur : cuius tanta moderatio fuit : ut consentiente omnium civitatum favore , dux adversus Carthaginenses primo , mons Rex crearetur.

confit-

confirmant eadem & Diodori laceræ narrationes è libro xxii. Falso igitur scribit auctor scholiorum in Theocritum , Hieronem quum esset à civibus Prætor creatus , corruptis exercitibus in tyranni nomen evalisse. οὐτέχε τὸν δόχιν σπατηγές ἵστο τὸ πόλιτῶν , οὐ φθείρες τὸν διωάμεις , ὡσε τούτουν αὐτὸν αὔγερούθεναι. nam è contrario, quem honorem primo nactus erat Hiero, deferente milite , eum postea cives illi affirmarunt: regium vero nomen , non solum civium Syracusanorum consensu est ei delatum , sed etiam communis voluntate omnium sociorum civitatum, ut mox dicturus est noster.

II. 14. ὁς εἰς τὴν περιοχήτων δι' Ἰεροῦ λόγου τοῖς ὄρθως οκοπεύμενοις , μετὰ τοὺς ὀρεγάνθηρούς εἰλπίδων , οὐτὶ τὸν σπατηγέα .] Hoc vult Polybius ; Hieronem quum primum ad gubernacula Reipubl. accessit , dedisse indicia animi sui ad civitatis imperium occupandum viam affectantis : quæ signa quum non observarint principes Reipub. Syracusanæ , negat Polybius ὄρθως οκοπίσας , hoc est, peritorum Politicorum officio functos , in providendo quod futurum erat , & cavendo ne fieret. Hæ namque sunt partes viri politici in regenda civitate , providere & cavere dum adhuc licet. admodum enim præceps in talibus est occasio. Simillimus fuit ille Marci Tullii viri alioquin prudentissimi , fatalis Reip. Rom. error, quando in Octavium juvenem extraordinarios honores congerebat. de quo tot lectoru dignissimis epistolis cum ipso M. Brutus expostulat. qui etiam epistola quadam omniam malorum quæ esset facturus Octavius reum Ciceronem pronuntiat. Ipsa Bruti verba civilis prudentiæ plenissima juvat adscribere: Ego , inquit , tum & facilitatem & providentiam laudabo tuam , cum exploratum habere cœpero , Cæsarem honoribus quos acceperit extraordinariis fore contentum. Alienæ igitur , inquires , culpe mea reum facies. Prorsus alienæ , si provideri potuit ne exsisteret. Iterum noster ita loquitur de Hannibale juvete , libro ii. pag. clxxii. ὁς τῷ θυλακῶν τὸν δόχιν δι' Ἰεροῦ λόγου εἰς τὴν περιοχήτων πόλεμον ἔχοντας Ρωμαῖοις.

II. 21. οὐ καρνιζεῦμεντας αἱ ταῖς .] Statuit causam præcipuam cur de occupando imperio civitatis cogitarit Hiero , metum à levitate ci- vium. qui impulsu concionantium in theatris , more Græco orato- rum (demagogos ipsi dicunt) magistratibus suis , sive dignis sive in- dignis , negotium faciliere & periculum creare soliti. Hæc olim con- fuetudo obtinuit plerisque civitatibus Græciae , ut saepe in Politicis ostendit philosophus. Quare etiam libro v. idem sapiens inter causas seditionum & rerum novandarum non pratermittit calumnias hunc metum ; & affert exemplum Reipub. Rhodiorum , quæ propter hanc causam fuerit immutata. Άλλα φόβον , inquit , σαζίαζον , οἱ τε ἴδι- χηκότες οὐδέποτε μὴ δύος δικίων. οὐδὲ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι βελόνης φέλοντι

φθίσου ποτίν αδικηθεῖσα. ὥστερ τὸν Ρέδων σωμάτους οἱ γράμματα ἐπὶ τῷ δῆμον Δῆλον ταῖς ἑπερφερεῖσι δίδοσι.

II. 22. Τὸν Δεπτίνην εἰδὼς καὶ τὴν αὐτοτισίαν καὶ τὴν πιστήν πολὺν Δηγοφερεῖσα τὸν ἄλλων πολιτῶν.] Leptinem hunc in illorum temporum historia non invenio: nisi ille est, cuius in rebus Agathoclis meminit Diodorus lib. xxi. nam qui ab eodem alibi nominantur, & ab aliis, ut Polyxeno & Frontino, Syracusani Leptines ab hoc sunt diversi. αὐτοσιών & πλατάνων sunt relata, ut patronus & cliens: αὐτοσιά, patronatus, sed heic propotentia sumitur, quod lis est eorum qui multis clientelis nituntur. alibi jungitur cum διώκεισι, ut legationum timemate xxxvii. τὸ διώκειν καὶ τὴν αὐτοσιάν κατέλειψε τὸ Ρωμαῖον. Significat & quam vocamus majestatem. In xvii. historia Diodori Darius qui in summo suo periculo & equorum jugalium consternatione, manu habendas prehenderat, dicitur λύσαι τὸ σεμνότητα τὴν αὐτοσιάν: id est, fecisse contra tanti Regis majestatem. Polybius solet usurpare de specie dignitatis & pompa quam ipse alibi nominat φαντασίαν & ἐπιφάνειαν. Libr. x. pag. 825. de uxore Mandonii captiva: καὶ γὰρ τοῦ γυναικεῖον τέλους, οὐδὲ πισταὶ αὐτοσιάν αἴξιαν αἰτήσαντες ἐπιφάνειαν. & lib. xi. pag. 907. αὐτοφεγγαλέτοντες τὸν Αρτιόχον μὲν Φθονοῦσαν τὸ ἐνοχασίαν αὐτῷ τὸ Φθαρτίεις καὶ αὐτοσιάς. & sacerdos alibi Polybius. Livius alicubi expressit voce comitatus. nam quod dixerat noster legationum timemate xxx. κατὰ τὸ τὸν ἐθνὸν τὸν ἄλλον αὐτοσιάν λιτός καὶ ταπείνος, ipse vertit. vestitus comitatusque vix ad privati hominis modum. timemate LXXII. dicitur Romani moris esse de rebus gravibus quae ad imperium pertinent, καὶ λίαν Δῆλον πολὺν αὐτοσιάς καὶ αὐτοσιάς Δημόπειρας, id est, νυνιός siue legatos mittere magno studio magnoque comitatu. Aliquando sumitur pro quavis turba personarum etiam in honestarum: ut pag. 997. τὸν αὐτοσιάς τὸν αὐτοσιάς τὸν αὐτοσιάς τὸν αὐτοσιάς, καὶ τὸν αὐτοσιάς τὸν αὐτοσιάς τὸν αὐτοσιάς. intelligit enim scenicam turbam & histrionicam, atque theatrales operas.

II. 28. βελόνης οἰον ἐφεδρέιαν δύσσολιταν τὸν τῷ πόλει τεττον.] Quis sit conjugiorum finis nemo nescit: verum homines potentiae cupidi, ad alium fere finem referunt; eoque utuntur tanquam instrumento firmandæ suæ potentiae, sicut hoc loco de Hierone observat Polybius. ἐφεδρέια vox à militia eleganter translata de qua inferiorius erit dicendum.

II. 33. σωτειρῶν τὸν δέρχειται μισθοφόρες κακέντες ὄντες καὶ κινητούς.] Non solum ad medicorum artem pertinent voces κακέντες & κακέντια; sed etiam in Politica doctrina usum habent. Nam Politicus (qui quidem honore ejus nominis sit verè dignus) Rempublicam ceu corpus unius hominis considerat; & quæ sapiens Natura facit ad conservan-

servandam hominis valetudinem bonam, ea ipse imitatur in conservando suæ Reip. fano statu. Iccirco philosophi qui de civili doctrina scripterunt suas observationes ad prototypi (ut sic dicam) exemplum subinde revocant, & inde argumenta petunt: ut Plato sàpe, & Aristoteles Politicorum libro primo, capite III. & cap. vii. & libri IV. cap. xv. libri v. cap. III. & libri vi. cap. vi. loco elegantissimo: & non raro alibi, qui etiam vice versa, libros De motu, capite nono, animal secundum naturam bene h. bens comparat πόλις σύνομος μηδέν, eamque analogiam sive similitudinem aureis verbis explicat. Politici καρχεῖαν appellant in corpore Reip. alienationem animorum à præsenti statu. apud Strabonem libro XIV. Athenodorus philosophus seditiosos homines qui Tarsum in factiones dividebant, vocat νόσου τὸ πόλεως καρχεῖαν. Polybius libro II. Αγροφόροι & καρχεῖαν conjungit, quia hunc animorum habitum sequi solent discordiæ, & rerum novarum cupiditas, unde mutatio formæ Reip. Locus est pagina 179. εἰς τοσάντην Αγροφόροι καὶ καρχεῖαν εὑπεσσον, τὸν ἡ οὐρίση πίσσας τὰς πόλεις καρχεῖας αὐτοῦ αὐτῶν εὐαντίας τὸ ουρίσην αὐτοῖς απέργει. eadem quoque ob causam καρχεῖας heic appellat, homines καρχέντες; ceu paratos ad seditionem movendam, & præsentem statum follicitandum. sic Legationum tñmestate LXXX. οἱ καρχίται καὶ καρχεῖας οὐκελογίζονται παρ' αὐτοῖς. alibi σαρκίδες vocat, ut infra libro eodem, Αγροφόροι πολέμοις σαρκίδες καὶ καρχεῖας εἰς αὐτοῖς τετάρχει. Interdum τοῖς καρχεῖας opponuntur à Polybio οἱ διπέροι, divites, ut in tñmestate Legationum XXXVIII. quia miserorum & obætiatorum est proprium, non acquiescere præsentibus cupiditate tabularum novarum, & αὐταρδαῖς, ac novæ divisionis agrorum, qua de re multa ad librum IV. sumus dicturi. Oritur vero & ex aliis causis animi talis affectio. nulla enim est civitas tam beatæ in cuius forma omnes partes ex aequo acquiescant. In primo Regum cap. 22. legimus, cum ex aula impii Saülis pius David exsularet, statim sese illi adjunxit duo genera hominum, obæteros nempe & quibus erat aliqua contra præsentem statum rerum concepta indignatio, hoc est οἱ καρχεῖας, qui similiter ibi, sed eleganssime dicuntur כָּל־אִשְׁכָרֶנְפֵשׁ. Vertere LXX. πᾶς καταδὺς Θεοῦ ψυχή; aptius & significantius dixissent, πάντες οἱ καρχεῖαντες: sunt quos, in idiotismo nostro vocamus, *les malcontents*, quod sàpe factioñis nomen existit. Quoniam igitur, ut dicebamus, nulla cum civitate agitur tam bene, in qua non sint multi καρχεῖας, & cupidi mutationis, propterea philosophus ad conservandam Reipub. hoc dat præceptum omnium maxime necessarium: ut illius partis quæ bene est animata erga statum præsentem, potior in omnibus habeatur ratio quam aliter affectorum. Libro IV. Politicorum, cap. 12. δεῖ χρεῖτον εἶναι τὸ βελόθρημον μέρος τὸ πόλεως Θεοῦ βελοθρήματος μένειν τὸ πόλει-

πολιτείαν. heic τὸ μὴ βελόμενον μέρη sunt quos à Polybio diximus appellari κακές. Aeneas in elegantissimo & prudentiae pleno libro, cuius antē meminimus vocat τὰς τὰς κακάς φρουράς τοῖς παρθένοις οὐδείς, & τὰς αὐλαρχήματάς. quibus opponit τὰς δικαίας. Alibi Aristoteles præceptum idem repetens, id esse dicit μέγιστον ταυτόν δόγμα, maximum omnium elementum principatus, sive ut cum Tacito dicam, arcanum imperii. locus est libri v. capite nono, & libri ejusdem cap. 3. inter causas quæ mutationem Rebus pub. afferunt, hujus rei incuriam recenset; quum neglecto hoc civium discrimine, hominibus male de Reip. statu præsenti sentientibus, honores præcipui fuerint demandati: quo genere peccati Oritarum civitatem mutationem esse parlata scribens eo loci Aristoteles, κακές istos vocat τὰς μὲν τὰς πολιτείας φίλας. Aeneas contra Dionyui prudenter iudicat, qui animadverso fratrem Leptineum, qui dominacionem illius non probabat, gratia plurimi non pollere apud Syracusanos, per honoris speciem urbe eum extrubuit, & dissimulanter ab eo libi cavit: quod in multis Romani Imperatores saepius fecerunt. Interdum κακές pro mollitie & ignavia accipitur: ut cum libro v. dicit Polybius, Regem Ptolomæum, quominus victoria uteretur, impeditum esse ὅποι τῆς σωτηρίας εὐ τῷ βίῳ ραδυρίας κακές. idem alibi de Perseo ἐξελύεται τῇ ψυχῇ καθάπερ οἱ κακούλεται τῶν πολιτῶν. & initio tertii opponuntur οἱ εὐ τοῖς πολεμικοῖς ραδυρίαις & οἱ δεξιαί. in xiii. Diodori αὐτὸν ἡγεμόνας κακέσια, paullo aliter: de ducibus enim loquitur, qui non ignaviā male rem gerebant; (erant enim viri fortissimi) sed discordiā. voluntate namque κακέται fuerunt, ut loquitur M. Tullius scribens ad Atticum: quod vitii genus proprio vocabulo Græcis dicitur ἀγιλοργίης, quasi dicas spontancam ignaviam, & vitium remissionem.

II. 34. ἔτες διατήσει τὰς Βαρβαράς τὰς τὰς Μεσσηνιας κακογόνας.] Tempus hujus expeditionis referimus ad quartum quintumve annum, postquam Hieron Prætorian Syracusarum gerecere ceperat. quod non obscurè sequentia arguunt. Res ea expeditione gestas Diodorus Siculus libro xxii. descripsérat: sed totum narrationis illius principium desideratur. Nam quod in Ecloga ejus libri xv. scriptum est, οἱ Ιέρων οἱ πατλαχεῖς εἰν τῷ πολεμίοις, quum ad hanc historiam pertineat, manifesto deesse multa ostendit, quibus initium illius explicatur. Apparet autem ex verbis Diodori, Hieroneum ad faciendam impressionem in fines Mamertinorum temporis occasionem captuisse, quando illi expeditione suscepta domo aberant. Jam multas arcas & castella ceperant Mamertini, cum trepido nuntio de adventu Hieronis ad defensionem agri sui Messeniam revocantur. Statim igitur omissa præda, qua erat gravis eorum exercitus, domum redeunt.

Hoc significant istæ Diodori laceræ reliquiae, *Tāv ἡ τὰ Μεσολίκου οἰκήτων Μαμερτίων ἡνέημέν πολλὰ μὲν φυγεῖσαι αὐτοὶ δὲ ζῶντος ποιήσαντες τὰ διώματα ἦκαν σὺ τάχι βοηθούσαντες τῇ Μεσολίκῃ πολεμεῖσθαι.*

II. 37. ἀντιτραπόδοσις ἡ ἀντιτραπόδοσις ἡ Κειλίσπια, ἡ Αρδαραξαρδούσει Κυαμοσορρην πολεμόν.] Adventantibus Maimertinis ad tuitionem agri Messanensis Hiero movet inde castra, & in mediterranea profectus loca, munita non pauca occupat: ac tandem inter Centuripa & Agyaum consedit, ad Cyamorium amnem, ait Polybius. Diodorus castellum munitissimum ibi fuisse ab eo expugnatum scribit, & funditus deletum, quod Αμέσελος Ameselum ipse indigitat. Et annis hujus & munitionis obscurata sunt nomina, & quæ legere alibi non comminemini. ac fortasse Diodori lectio in illis depravatissimis fragmentis, è Polybio fuerit emendanda, cujus hac in parte omnes codices consentiunt.

12. 1. τάξις ἡ ξέργεις αρχεστάροις ἡ εἰστε πάντας τὸν τοῦ Βαρβάρων ἀλφαργίαν.] Vetustissimum hoc est Principum stratagema, ut si quos vellent perditos, eos de industria hostium telis objicerent. Jam inde à Saülis temporibus notæ erant hæ artes. nam libro primo Regum, cap. 17. exponitur consilium ejus Regis, ad perdendum hac ratione Davidem initum. ipse David postea Rex ita Uriam sustulit ut narratur ejusdem historiæ libro 2. cap. 11. De Julio Cæsare memoriaræ proditum à Dione, libro 43. isto pacto multos eum extirxisse, qui sua consilia non probarent. Auctor est Zonaras in narratione Punici primi Amilcarem Hannibalism patrem, quem in Sicilia fidem suspectam mercenariorum Gallorum haberet, non dissimili commento eorum pernitiem procurasse. jussit enim ad occupandam urbem noctu proficisci, cuius præfectum Romanum curaverat monendum ut caveret; simul ratione indicata, per quam deleri omnes Galli (eorum fuerunt quatuor millia) possent. neque aliter accidit. Refert historiam & Frontinus libro 3. cap. 16. sed Hannoni non Amilcari strategema hoc tribuit, ac paullo aliter res narratur. In septima Dionysii historia habes simile stratagema Cumaniorum, ad perdendum Aristodemum, & cæteros cives rerum novarum cupiditatis suspectos: mittuntur enim, specie quidem, ad ferendam Aricinis opem; re ipsa ad pernitiem manifestam & πεσπίτον ὄλεθρον. Alii duces mitiora consilia fecuti, si quam militum manum haberent suspectam, variis artibus dissiparunt. Quo in genere, singulari olim prudentia usus C. Martius Rutilus consul; quem legionem Capuae ad prædictum collocatam, subtilibus vaframentis per partes exauctoravit, quia totam simul sine ingenti periculo non poterat. Historiam cognitione & imitatione dignissimam, narrat Livius libro y. Adde multa exempla

ad Marcellinum pag. 4. in Notis Lindenbrogii. Adde Taciti locum de Germanico objecto periculis & dolo. & Sueton. libro 36. de Judæis in Sardiniam missis, ut ibi perirent. Porro Hieroni abruptum hoc consilium exequi, eo fuit facilius, quia mercenarii erant, quos voluit ire perditum. ratio enim militiæ est, ut maxima quæque pericula isti potius adeant, quam civiles & urbanæ copiæ. sic pag. 26. in acie Carthaginensium *αερινδωσίστης οἱ μιθοφόροι.* & passim.

12. II. *ἔπειλογήσας διὰ τὴν πλῆθον ἵγειρὸν μιθοφόροις.*] Explandum è Diodoro: qui auctor est, Hieronem expugnata munitione, de qua diximus, captis ibi militibus delictorum gratiam fecisse, eosque suis numeris adscriptissime. Sic ille: *ἔπειλογήσας τὸ χωρίον, τῷ τοῦ μέρου κατέσκαψε. ταῦτα ἐφρεγγύεις διπλόντας τὰν ἐγκλημάτων, ἔπειξεν εἰς τὸν ιδίαν τάξιν.*

12. 13. *Θεωρῶν δὲ τὰς βαρβάρας ἐν τῷ αερεργάσιῳ θρασέως καὶ αερπτῶν ἀναστρεφομέρες.*] Ex victoria nascitur audacia, cuius comes temeritas: ex his securitas in hominum animis ingeneratur, calamitatis frequentissimum initium, ut hoc loco Mamertinis. Habet hanc vices conditio mortalium, quod Plinius junior ait, ut adversa ex secundis, secunda ex advertiis nascantur. & poëta vetus verissime: *Ἄρχοντες τῶν τοῦ ἀνθρώπων νομῶν Τὰ λίαν αἰσθάνεται. Nimis secunda plurimum mortalibus Adversa gignunt.* Hæ sunt quas Græci Theologî bonorum & malorum *μετεπωλοντες* scitissimo vocabulo dicunt. Notissimum hoc, inquiet aliquis: sane notissimum: sed vel eo ipso impensis notandum, quia quum sit notissimum, fit tamen nihilo fecius quotidie. Adeo imprudentes plerique mortalium sumus.

12. 16. *καθοδίσας δὲ γυνάτας τούτων τὰς πολιτείας διαδίκεις ἔξηγε.*] Quod cives armat Hieron, & domestico milite in hoc bello uititur non mercenario, multæ afferri possunt causæ ex utriusque militiæ natura; quæ de re alio loco. Illud vero hic observandum, Hieronem, qui ad tyrannidem Syracusarum viam affectabat, opportunè suis inceptis consilio civitatem hoc bello implicuisse: ea namque ad tyrannidem occupandam munitissima est via. Iccirco scribit philosophus in v. Politicorum cap. 11. *Ἐπειδὴ πολεμῶσις ἐπέγειρε, ὅπως ἄνθροι τε ὁσιοὶ καὶ ἡγεμόνες τοις γενεῖσιν Διατελάσσοντες.* Rursus quum Hiero tanto studio cives suos in rebus bellicis exercet, eos armat & militiæ assuefacit, grande in eo specimen potest videri dedisse ingenii sui, non plane tyrannici. causam discere est è Platonis libro 8. De legibus: sed expressius Aristoteles Politicorum libro v. cap. 11. ubi docet philosophus, tyrannici ingenii principes, quæ securitati suæ consulant, ab omnibus illis cives arcere, quæ subditis solent ingenerare spiritus generositatem & mutuam fidem. *πάντα, inquit, φυλάττεται*

ὅτε εἴωθε γίγνεσθαι δόο, φρεγήματά τε καὶ μίσις: quantum ad horum utrumque valeat militia, & mediocriter rerum peiti sciunt. Scr. bit Diodorus habuisse Hieronem in exercitu, peditum decem millia, equites mille quingentos: quum haberent Mamertini p.d.tum octo millia, equites μ. xl. inquit ille: est verò palam corrupta lectio, pro α ut reor siue quod idem est χ' cīo. similis error apud eundem paullo post in his verbis: οὐ πεποιησάμενος βούλευτος οὐ περιτρέψας εἰς τὸ πέλιον στρατόν μ. ait Mamertinos eo fuisse redactos ab Hierone, ut deditioinem facere cogerentur: sed intervenisse Hannibalem, qui specie ferendæ opis præsidium immiserit hominum xl. & consilium hoc illeum fregerit. Lege verò etiam heic α cīo. Similem errorem notamus paullo post in anno tertio belli Punici.

12. 18. η συμβάσις τοῖς πολεμίοις εἰς τῷ Μυλαίῳ πεδίῳ τοῖς Δογανίον καλεσθέντοις πολεμόν.] Diodorus ἐμβαλὼν ἢ εἰς Μελιτὴν κατεργάζεται τὸ Δογανόν. ubi irupit in agrum Messeniorum ad Lætanum flumen castra est metatus. Melita, hoc loco non est urbs, sed regio, χώρα, non πόλις: de quo jam olim monuit auctor Εθνικῶν, nam alioquin Hieronem ἐμβαλεῖν εἰς Μελιτὴν non minus falso dicaretur, quam Hannibalem ἐμβαλεῖν εἰς Ράφειον, quum ad tertium ab urbe lapidem confedit. Lætanum à Diodoro nominari qui Polybius est Longanus, non potest dubitari. Ego puto scripturam librorum nostrorum, præsertim consentientium, meliorem esse: nam illæ Diodori Eclogæ depravatissimæ sunt, & scimus fuisse in Sicilia oppidum aut castellum Longoneni, quod fortasse ab hoc fluvio nomen inventum. Diodorus in xxiv. nominat Δογανα Κατανος φρέσιον καλεσθέντον Italiōν. Longonem Catana castellum, cognomento Italium. in Stephano Λογανήν scribitur & Λογανά. Apud Ptolemaeum fluvius qui prope Mylas in mare influit, Helicon appellatur, si nullus est error.

12. 22. καὶ τὸ ιχεμόνων ἐγκρατῆς γλυπόδην ξωρεῖα.] Cion Mamertinorum imperatorem intelligit; de quo facetissimam historiam narrat Diodorus.

12. 25. αὐτὸς ἢ αὐτοχθόνερθι εἰς τὸ Συρακούσιον βασιλεῖον πάντας αεροπερύτην τὸ συμπλέγμαν.] Annū hujus ἀναρρήσεως, quando Hiero REX Syracusarum & sociarum civitatum est declaratus, statuimus fuisse quartum Olympiadis centesimæ vigesimaliæ septimæ, affirmat enim vetus scriptor apud Suidam annos LIV. ipsum βασιλεύον, regem fuisse. Quum igitur docuerimus excessiōne è vivis Hieronem anno altero aut tertio Olympiadis CXLI. nonagenarium aut eo etiam majorem: si ex ea summa deducantur anni LIV. exhibet ille annus quem diximus. erat is annus septimus ex quo priimum Hiero magistratum Syracusis inierat: secundus postquam Romani Rhegium Rheginis

Rheginis restituerant. Sunt auctores qui de tempore regni Hieronis longe diversa videntur prodidisse memoriae. Lucianus enim scribit regnasse illum annos LXX. locus est in Longævis. Ιέρων ἐν Συρακούσιων τύχαιντος, δύο καὶ εὐεργέτειον γένομεν. Θετελόντες νοσήγη, βασιλέων διάδοχον γένεται, ὡς τε Δημήτριος τε ὁ Καλλικλεῖος καὶ ἄλλοι λέγουσι. Ego vero duplex mendum in istis verbis inesse existimo: alterum librarii, qui scriperit εἰδέμενον πρόξενον LXX. quum debuisset LX. alterum auctoris ipsius, qui inter magistratum Hieronis & regnum discrimen non posuit. Verum autem est à primo ejus aditu ad Præturam Syracusiarum ad ejus obitum annos medios interesse LX. Obiter observent lectores in superioribus Luciani verbis Hieronem morbo vitam finivisse, quod non obscure Livius confirmat. Parum igitur vere Pausanias, qui scriptum reliquit, à Dinomene Syracusano tyrannidis hoste infensissimo, vim illi fuisse illatam. De reditu Hieronis Syracusas bello hoc confecto ita scribit Diodorus: ὁ Ιέρων ἐπανήλθεν εἰς Συρακούσας οἰνονθράποντας πεποιηθέντος. de nomine regio ei tum delato, quod ait noster nihil: quin è contrario in belli jam expositi narratione, Regem eum Diodorus appellat.

V I. Origo & cause belli Punici primi.

12. 23. Οἱ δὲ Μαμερτῖνοι απέτεον μὴ ἐσεγκλήσας τῆς ἐπικί.] Diodori narratio paullo aliter habet. Mamertinos quum inibi essent, ut urbem Hieroni traderent, ab ultima illa necessitate inopinato Hannibalis adventu fuisse liberatos. Pœnum, primò hoc eorum consilium fregisse: deinde idoneam vim militum præsidii nomine in oppidum induxisse, re vera non βούλεισσον sed φρεσγένιον immisisse. Addit deinde & Carthaginenses & Hieronem, quum pariter Messenæ inhiarent, pariter irritos fuisse propositi: propterea societatem inter se junxiisse, & copulatis viribus Mamertinos obidere instituisse. Atque hæc fuit occasio expetendæ Romanæ societatis à Mamertinis.

12. 32. Αἴτιος γάρ τις γάρ της προθέτους αἵτιος.] In nostra interpretatione post vocem casu, inferendum est, ob causas modo m̄ moratas. Petimus vero ab æquis lectoribus, ut hujusmodi omisiunculas, & quicquid aliud erit in quo parum videbiimur cavisse, id omne occupationibus, curis & molestiis nostris condonent, & nostra à nobis posse peccata corrigi, ne desperent: si modo ad concinnandam editionem alteram Deus OPT. MAX. vitam & otium suppeditaverit.

12. 36. οἱ δὲ Ρωμαῖοι ἐπείσθεντο, οἱ δὲ θραύστες τὸ πόλιν.] Non satis explicatur quo animo Mamertini urbem suam Romanis per legatos offerrent, nam verbum θραύστες potest accipi

de traditione ad conservandum ; quando præsidium ea conditione admittitur , ut evitato periculo sit illi exeundum , jure civitatis nihil immutato : quo animo se auxiliatum venisse Messanensibus Mamertinis Appius Claudius apud Zonaram ipsis confirmat . potest etiam de ditione intelligi , per quam urbs fieret Romanorum : quod ut facerent isti Campani , recordatione veteris exempli in sua gente editi à Romanis poterant moveri . Nam quum bello Samnitico premerentur Campani & Romanos opeim popolicissent , nihil ab eis potuit impertrari priusquam se & omnia sua populo Rom. dedissent . Causam de negati tunc auxili prodit Livius , quia Romanis fœdus erat antiquius cum Samnitibus : quæ ratio hic quoque locum habuit . nam Carthaginenses adversus quos auxilium advocant Mamertini ab aliquot jam seculis fœdere juncti cum Romanis erant : quod si Zonaræ credimus , etiam Hieroni , qui erat alter Mamertinorum hostis , fœdus cum Romanis intercedebat . Obstat huic interpretationi quod passim dicuntur Romani Messanam defendisse , ut fœderatam civitatem , non ut suam ; & Mamertinos ut socios , non ut subditos . Florus libro II. de belli primi Punici causis loquens ; Sed ecce ultro viam pudentibus fatis , nec occasio defuit : cum de Pœnorum impotentia fœderata Sicilie civitas quereretur . Apud Livium libro XXX . Scipio ad Hannibalem ita loquitur : Neque Patres nostri priores de Sicilia , neque nos de Hispania fecimus bellum : & tunc Mamertinorum sociorum periculum , & nunc Sagunti excidium nobis pia ac justa induerunt arma .

12. 38. οὐ δέορδοις βοηθόντων σφίσιν αὐτοῖς ὄμοφύλοις ταῦτα χρήστοι .] Zonaræ verba sunt in histoiia obfessi à Romanis Rhegii : ταῦτα Μαμερπῖνες ταῦτα Μεσσηνοὶ ἔχοντες & συμμάχοις οἱ τοῦ Ρηγίου ταφεστέχοντες ὄμοφοις περιπλαναντες : hæc si verè scribuntur , Romani capto Regio copias Mamertinorum auxiliares à Reginis accitas , ita dimiserunt , ut pactione aliqua per eam occasionem Mamertinos sibi obstringerent . Non consentit istis Polybii narratio : hoc enim loco Mamertini opeim Romanorum implorantes , nullam aliam petitionis suæ rationem allegant , nisi τὸ ὄμοφυλον , quod essent ex eadem terra orti sive oriundi : nempe Italia : nam qui in Sicilia erant Campani , ex Italia illuc trajecterant , vel ipsi vel eorum parentes , ut antea diximus . In Polybio & aliis historicis τὸ ὄμοφυλον & τὸ ἀλλόφυλον sæpe opponuntur , ut apud Latinos alienigena & in eadem terra genius ; vel ejusdem linguae homines , & Barbari . Livium alterutro semper modo vocem ὄμοφυλον , vertere observavimus . quod autem gentis communio non significetur appellatione ὄμοφύλος , ostendit locus Polybii è libro XI . ubi ὄμοφυλος & ὄμοεθνος tanquam res diversissimæ separantur : καὶ περ ἐχοῖσιν ὄμοεθνέσι , αλλὰ καὶ ὄμοφύλοις ἔργοναι μηδεπαθεῖσι . qui tamen impe-

imperaret exercitibus non unius gentis, ut ne lingue quidem ejusd.m essent neque in eadem terra geniti. Βοηθός quod ubique invenimus, fine dubio è diversa scriptura ortum Βοηθός & Βοηθός: uti umvis feras: illud non potest.

12. 39. *Ρωμαῖοι ἐπολιτῶν μὲν χρέοντος ἡπόρευσαν, Δῆλος τὸ δοκεῖν εἰδόθαλψιν τὸν αὐλοῖς τὸν βοηθόν.]* Dubitatum esse in senatu super Mamertinorum petitione. ostendit & Epitome Liviana libro xvi. *Contra Carthaginenses & Hieronem Regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum censuit Senatus: quum de ea re inter suadentes ut id fieret, dissuadent sive contentio fuerit.* Non dubitamus nos Livium sententias utriusque partis lactea illa sua libertate esse persecutum: quæ pars si hodie exstaret, cum fructu à Politicis legeretur. Gravissima enim illa quæstio fuit quam ait noster perdiu agitatam esse à Patribus ita variè, ut non explicarent, quid esset optimum factu; id enim est πολιτῶν χρέοντος διπρῆσμα. postea addit Polybius, quia persuaderi ad extremum Senatui res non poterat, non exspectata Patrum auctoritate populum petitioni Mamertinorum annuisse. Porro dubitandi ratio & causa διπρῆσμα fuit, quia in illa re qua de agebatur honestas atque utilitas pugnare inter se videbantur: quo genere quæstionum in tota materia politica nihil est, quod aut consultantibus senatoribus ad agendum, aut verum inquirentibus philosophis ad docendum, magis negotium facessat. Quid & quantum utilitatis populo Rom. Mamertinorum societas esset allatura, non est obscurum. nam quum illa tempestate Romani & Pœni sibi invicem imminerent: Mamertinorum Messanam obtinentium societate illud consequbatur populus Roman. ut ex Italia bellum averteret in Siciliam. quare eo nomine laudatum postea est consilium, quod sive à populo, sive à Patribus tandem placuit. Sulpitii Cos. apud concionem verba fuerunt, referente Livio libro 31. *Quis dubitat, quin si Saguntinus obfessis fidemque nostram implorantibus, impigre tulissimus opem, sicut patres nostri Mamertinis tulerant, totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in Italiam accepimus?* Accedebat eo quod imperii amplificari cupidis nihil opportunius hac nova societe potuit contingere. nam, ut Cicero quoque scribit, Romanus populus sociis defendendis terrarum omnium potitus est. Huic utilitati pars sanior Patrum honestatem opponebat. Turpe enim futurum cum Mamertinis perfidissimis & sceléstissimis hominibus amicitiam junxisse: atque adeo defensionem eorum suscepisse, qui immani perfidia hospites suos obtruncassent: Romano autem populo futurum hoc etiam turpius quam aliis; quia cæteris eorum fatigis & fidei publicæ, cuius severi observatores haberí vellent, hæc societas repugnaret: levitatis & inconstantiae grande specimen daturi Patres,

Patres, si post extas pœnas gravissimas à legione Romana perfidie
 in Reginos admissæ: Mamertinos ejusdem sceleris reos suis viri-
 bus susciperent protegendos. Hæc est illa factorum inæqualitas &
 inconstantia, quam Polybius hic appellat elegantissime, ἡξέφθαλμοι
 ἀλογίαι. In Galba notat inconstantiam Sueton. cap. 9. ubi est vox
 scelerata, qua se tuebatur Galba: *neminem otii sui rationem redde-
 re cogit.* Atqui vera causa erat vel metus à principe, ut ostendit Suet.
 vel propria ignavia, & est res notanda. Dio illo loco quasi ex professo
 vocem Galbae confutat, ὅπι, ubi per occasionem discessimus à ratione
 vitæ consueta, paulatim affuerimus ignaviæ, deinde illam amamus.
 Neta Taciti pag. 335. de Galba: *neque enim ad hanc formam cetera
 erant.* In ferenda sententia de rebus politicis duo temper spectari de-
 bent: utrum ea ree quæ in deliberationem venit optimè institutæ Reip.
 conveniat: deinde, utrum ejus civitatis institutis congruat, de qua agi-
 tur, multa enim per se mereantur improbari, quæ hujus aut illius civi-
 tatis institutis optime quadrent, vel contra. Philosophus hoc docuit
 libro xi. Politicorum, cap. vii. οὐδὲ τὸ πόλιτεῖαν, inquit, δύο εἰσὶν αἱ
 στρατεῖαι. μία ψυχὴ τὸν πολιτεῖαν αἴσις τὸν τοῖς λαοῖς νεορεγέντην τάξιν. ἔτερη
 δὲ τὸν πολιτεῖαν τὸν τοῖς λαοῖς τὸν τοῖς λαοῖς τὸν τοῖς λαοῖς. & heic & saepe philosophus appellat τοῖς λαοῖς, sectam &
 rationem consiliorum, quam aliqua civitas aut princeps sibi proposuit
 sequendam, ex qua, si constare tibi voluerit, manare omnia illius &
 instituta & actiones debent. alibi vocat ὄψεις. & οὐκοπές & τρόπον: ut li-
 bro v. cap xi. & libr. vi. cap. ii. qui i semel constituta τοῖς λαοῖς, &
 certa consiliorum ratio, ὄψεις & norma est omnium singularum actio-
 num, & velut scopus quò illæ referri debent. Sic olim dicebat Theophrastus,
 Aristidem, cui mores sui & vita privata justi cognomen pe-
 pererunt, in administratione publicæ rei Atheniensium, injusta multa
 scivisse, αἴσις τὸν τοῖς λαοῖς: quum diceret ex instituto illius Reip. sic
 esse necessario faciendum. Καρχίδης, inquit Plutarchus, οὐ Θεόψεις οὐ φυ-
 σι Τὰ ἀνδρα τοῖς λαοῖς τὰ οἰνεῖα η τὰς πολιτεῖας ἀκρωτὸν ὄντα δημογονού, οὐ
 τοῖς λαοῖς πολλὰ περιέχει αἴσις τὸν τοῖς λαοῖς τὸν τοῖς λαοῖς οὐχινὸν αδι-
 xιας δεομένης. Scopus enim auctoris toto illo commentario non aliud
 est quam ut doceat Athenienses, quum malam Reip. formam delegis-
 sent, institutis αἴσις τὸν τοῖς λαοῖς bonis uti ac convenientibus. Et ita
 politicum omnia debere αἴσις τὸν τοῖς λαοῖς, καί τε saepe repetit Aristoteles,
 maxime lib. iv. cap. xi. Quum igitur populi Rom. ea secta fuerit,
 ea consiliorum ratio, ut honestati in omnibus studere videri vellet,
 parum omnino sibi constitut, quum petitioni Mamertinorum dans lo-
 lum, tot sceleribus impiatos, ad societatem suam admisit. Iccirco apud
 Diodorum Hiero Rex legatis Romanorum in gratiam Mamertinorum
 missis respondet hoc paeto. Mamertini, ait, qui Cameriam & Gelam
 delever-

deleverunt, Messanam vero per summam impietatem occuparunt, jure oppugnantur. Romani vero, qui fidei non in ore perpetuo habent, non debent istos crudeles homicidas, & fidei ultra omnia exempla contemptores protegere. Qui si pro contaminatis omnibus in ieiunia tantum suos ceperint, facile omnes intelligent, ipsos misericordiam erga afflictos avaritiae suae obtendere: quum revera Siciliam concupiscant. Præclara ista Hieronis Polybii mentem explicant. Etsi autem recte gravissimi Patres Senatus Rom. in hac deliberatione *ad locum* daminarunt, & consilium respuerunt, quod prioribus non consentiret; sciendum tamen est, rerum politicarum & omnium humanarum eam esse naturam, ut saepe huic rigidæ observationi locus esse omnino per prudentiam *ad locum* non queat. Prudentiam philosophi politici duplē faciunt: eam quæ simplicitet prudentia vocatur, & quam ipsi dicunt *ad locum*, velut temporum necessitate expressam. Simili ratione dicuntur Senecæ epistola LXVI. *Quædam prima bona; tanquam gaudium, pax, salus patriæ: quædam secunda in materia infelici expressa; tanquam tormentorum patientia, & in morbo gravi temperantia.* Ex hac diversitate, genus duplex officiorum viri prudentis nascitur: officia prima, sive primario iuscepta, in quibus emicat ipsa honestas, nulla dishonesti suspicione aut mixtione obscurata: ut quum dives aliquis pattiæ aut egenis opes suas, impendit: quum vir fortis contra patriæ perduelles stat fortiter in acie: item officia *ad locum*, quæ M. Tullius OFFICIA EX TEMPORE vertendo nominat, & SECUNDA HONESTA; quum honestati quam sequeris ineſt aliquid quod plerunque turpe videatur. Sæpe enim tempore fit, ut quod plerunque turpe haberri soleat, inventiatur non esse turpe. Hujus autem generis officiorum ex tempore, cum in privata vita interdum est usus, ut disputant iidem philosophi: tum multo magis in publicæ rei administratione, tanti enim est publica salus, ut sapientissimi olim viri dicere ac docere veriti non sint; non esse quidem honesto unquam utile anteponendum: sed statui ita debere; quicquid valde necessarium sit Rœp. id fieri honestum, etiam si antè non videretur. Verum heic cautione & attentione magna Politicis est opus: ne prudentiam *ad locum*, cui humanum genus sua miseria & vanitas fecit obnoxium, ut recte sentit B. Augustinus, in dolum malum convertant, & illam veterotoriam malitiam, quam vir optimus Polybius *negligenter, paucoribus* vocat, & tantopere abominatur. Hodierni politici secunda officia quæ *ad locum* vocari diximus à Græcis, nominant RATIONEM STATUS. qui autem dolos & fraudes nefarias hoc specie mantelio hodie obnubunt, ii non pro viris prudentibus, sed pro malitiosis veterotoribus sunt habendi. Sed huic gravissimæ questioni accuratius tractandæ volente D. E. O., locus erit libro XIII.

12. 41. ἵξοφταλμον εἰς τὸν ἀλογίαν τ.] Ita scribendum, non ἀναλογίαν, qui error & heic & sēpe alibi in hoc auctore fuerat commissus: ut in legationum Ecloga XL. semel atque iterum. ἀλογία est factum aut dictum ratione carens: heic opponitur ei æquabilitati tum universæ vitæ, tum singularum actionum, de qua M. Tullius in primo pulcherrimi operis. Exemplum similis ἀλογίας in factis est illud quod in Atheniensibus observat Polybius legationum timenatae XVIII. Paullo post de Philino: τῶν τε οὐδὲ τοιούτων εἰς ἀλογίας πλήρη. hæc est ἀλογία in dictis, quum prioribus non respondent posteriora. ἵξοφταλμον venuste posuit pro evidente & manifesto: sic δέ φθαλμον Atticis quicquid non solum visu pulchrum est, sed etiam dictu vel auditu speciosum: ut in II. Politicorum: σὺν εἰς ασφαλὲς τὸ νομοθετεῖν. ἀλλ' οὐδέ φθαλμον ἀπόστολον μένον.

13. 6. ὁ μόνον εἰς τὸν Μεσσηνιῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν Ρηγίων πόλιν δυσ-
απολόγητο εἶχε τὸν αἰμαράντα.] Ita vertimus quasi præpositio εἰς jungi deberet cum voce δυσαπολ. Messanios intellige cives exsules Mellana; quibus dabant Romani justam conquerendi occasionem, quum invasores iniquos patriæ suæ adjuvabant. neque enim omnes cæde illa nocturna sunt perempti ab hostibus Mamertinis, sed erant superstites multi, qui patria extorres Syracusis & in aliis Siciliæ urbis æru. nnabilem vitam trahabant. Auctor est Diodorus Hieronem, quando fines Messanæ invalit, ducentos Messanios exsules in exercitu suo habuisse. Alia ratio fuit Reginorum: qui licet paullo ante beneficio Romanorum patriam receperant; jure tamen de iis queri poterant, si amicitiam cum Mamertinis jungerent: quorum exemplo stimulata, & ope adjuvata Romanorum legio fuerat in scelere concipiendo patrandoque. Poterant etiam Regini dicere beneficium redditæ patriæ, eosdem qui dederant corrumpere, si perfidos latrones, adeo præsertim sibi vicinos Romani foverent. Si quis malit ad verbum πειστηκόσ referre, ita erit vertendum: Repente Mamertinis qui similia patrassent non solum erga Messaniorum urbem, sed etiam Reginorum, ire auxiliatum: id vero cum eo delicto conjunctum erat, quod excusari difficulter possit. Hanc interpretationem confirmant ista è libro tertio verba de Mamertinis: οἱ πνευματικοὶ μόνον τὸν Μεσ-
σηνιῶν πόλιν, ἀλλὰ καὶ τὸν Ρηγίων παρεστῶσιν.

13. 11. ὁ μόνον καὶ τὸν Λιβύην.] Expunge voculam καὶ quæ & Hellenismum & rei veritatem corruptit.

13. 32. Καρχηδονίς οἰονεὶ γε φυῶσι τὸν εἰς Ιταλίαν αὐτῆς Δέλ-
εα[.] Messanam appellat quasi pontem ad trajiciendum è Sicilia in Italianam, quia est ad fretum sita: alibi solet ejusmodi loca ἐπιβαθμα
nuncupare, quod idem est. ut de Abydo: ἦν εἰς τὸν περιθετικὸν Δέλεαντον
αὐτὸς εἰς τὸν Ασίαν ἐπιβαθμα ἔχοι τὸν Αεύδον. vide fragmenta è Suida.

Sic

Sic Diodorus ait Lilybæum Siciliæ esse Carthaginensibus ἐπιβαθμων
in eam insulam. In Plutarchi Demetrio Athenæ dicuntur ἐπιβαθμων
τὸς Ελλαδος.

13. 34. τῷ μὲν συνέδριον εἰς τὸν τάχος ἀκύρωτον τὸν γνώμην.] Raram & observandam rem narrat Polybius; populum sine Patrum auctoritate, contra quam è Livio ante diximus, societatem Mamer- tinorum probasse, ac ferendam illis opem scivisse. Erant sane populi partes de pace, bello & societate statuere, ut libro sexto docemur: sed hoc non aliter, quam ubi Patrum factum esset decretum, quod propriè auctoritas dicebatur. Verum ex hac de similibus historiis intelligimus, magistratus illos quibus agendi cum populo jus fuit, ut legem aliquam rogarent, non semper consensum senatus exspectasse. Quum autem ferendæ ad populum promulgationis jus haberent Consul, Praetor, Dictator, Magister equitum & Interrex, legem istam videtur scivisse populus interrogatus à Prætore: nam subjicit statim Polybius αὐτοτείας προσδίλας καὶ μεράλας ἵστορειν ωταν τὴν σπαλγῶν: quæ verba de eo magistratu accipienda, qui legem rogavit: sed appellationes σπαλγῶν auctor modo Prætores designat, modo Consules: quos aliquando σπαλγῶνς ιωτας nominat. etiam Romani suos con- sules olim Prætores vocabant.

13. 42. τοιούτοις παντοδαποῖς εἰπανορθώσεως.] Multa qui- dem in singulis fere periodis Perottus perperam interpretatur: sed nihil potius, aut ineptius, aut è mente Polybii alienius quam quum παντοδαποῖς εἰπανορθώσει hoc loco vertit: quiete aliqua egere. Græci εἰπανορθώσει vel διορθώσει de procuratione commodorum rei familia- ris, aut commeatuum, vel etiam solutione stipendorum solent usurpare. libro xi. τὰ πάλαι ὁ φειλόμερα των διορθώσεων. debita olim stipendia non solvuntur. sic libro v. εἴποτε τοῦ ὀφειλαντος διορθώσεως. ibidem εἴποτε βλάβης & διορθώσεως opponuntur; id est, damnis & emolumenti. Legationum tmemate xcv. ἀνεργῶν κεχειρόμητος τοῖς τοῦ βασιλείας κομεγῖς τοῖς τὸν εἰδιαν εἰπανορθώσειν, ad rem faciendam & opes congerendas, planè ut hoc loco. Sic in xiii. Diodori τὸν εἰπανορθώσεων περίαν. Libanius declamatione xii. εὐδεμία περισσεῖα τὸν εὐλὺν εἰπανορθωτεον περίαν. Josephus eleganter in ii. οὐαντίστητος αὐτογκαίων σφόδρα δυσκαρεστωτος. B. Chrysostomus homilia in Ioannem lvii. de largitione erga pauperes loquens, αὐτοῖς τὰ παντά παραγγεῖται εἰπανορθώσεις. presentem vitæ statum mutabis in melius. Porrò e causis belli hujus, & omnium Punicorum differimus accuratius ad libri iii. principium. Sequitur nunc

VII. Trajectio prima Romanorum in Siciliam cum exercitu.

14. 6. Κυρωθέντος δὲ δογματικοῦ τοῦ δημοσίου, προχειροποίησθαι τὸ στρατόν τοις ταῖς τάξεσιν στρατηγοῖς Αὐτοῖς Κλαύδιον ἐξαπέσθλων.] Hic est annus in quo definit Præparationis Polybianæ pars prior, & posterior incipit. perducta enim narratio est ad trajunctionem primam Romanorum extra Italiam & belli Punici primi annum primum; quo creati sunt Consules Ap. Claudio, C. F. Ap. N. Caudex, M. Fulvius Q. F. M. N. Flaccus. Quod autem ait Polybius, confessim post receptos in societatem Mamertinos, missum esse Appium Cos. Zonaras diserte negat, & moram satis magnam intercessisse affirmat: qui etiam in aliis partibus historiæ hujus abit à Polybio.

14. 17. Καρχηδόνιος δὲ τῷ μὴ συγκριθεῖν αὐτῶν ἀνεστώσασεν.] Hannibal fuit Hannibalis filius, ut scribit Diodorus. De hujus supplicio Zonaras, οἱ Καρχηδόνιοι εἰδότεσσιν μὴ τὸ Αννονα, κήρυκα δὲ τοῖς Παρεργοῖς ἐπεριψαν, τὸν τε Μεσσηνὸν εὐλιπτεῖν καλόν τοντος, ηγέτην πάντων Σικελίας τὸν ἡμέρας ἦταν· ηγέτην δηλούσας. ut hic narrat; videtur Hannibale revocatus Carthaginem supplicium ibi luisse: aut missos Carthaginæ, qui pœnas ab eo exigerent: nam copiæ quarum meminit, Carthagine ad supplementum exercitus submittebantur. ex Polybii verbis potius dicas, inibi in Sicilia à militibus in crucem astum. Utrumque per sepe olim ducibus Poenis legimus evenisse. Nam & publici damnati cruci affigebantur, si aut victi essent, aut etiam si præto ro consilio licet eventu prospero rem gessissent, testibus Livo, libro xxxviii. & Valerio Maximo, libro ii. cap. vii. Et sepe milites Punicorum exercituum postquam male pugnassent, indignationem suam ducum supplicio leverunt: ut iterum hoc ipso bello factum, in Hannibale, de quo noster pag. xxxiv. & Florus è Livi lib. xvii.

14. 21. Αὐτοὶ δὲ τῇ μὴ ναυτικῆ δυνάμει τοῖς Πελαγεῖδα τραχεῖσι ποταμοῖς.] Diodorus: Poeni, inquit, τῇ ναυτικῇ κατέχον τὸν ὄχηρο τὸν ργλαγμόν Πελαγεῖδα. est ad septentrionem Messanæ ad ipsum fretum.

14. 23. τῷ δὲ πεζῷ σφραγίσματι τοῖς Σικελίοις παλαιόντας.] Nomen loci Messanæ vicini & ut videtur à Peloro non multum distantis. Sed Diodorus Eunes appellat non Senes. οἱ Καρχηδόνιοι τῇ πεζῇ σφραγίσματος εἰς τοὺς παλαιότερας Εὔνεις. aliter Polybius omnes codices. neutrum nomen alibi legere memini. nam Eunides sive Eunœda quo titulo fabulam docuit olim Cratinus, sacrorum citharœdorum genus apud Athenienses non sunt ab hoc loco dicti. verum ab Euneo, de quo Eustathius. Perottus ne querendum haberet, ubi locorum haec Senes essent, Messanam substituit: audacia prorsus ridicula.

14. 25. οὐδὲ τὸν τετράτον λέπαν ν.] Inhiabant Messanæ pariter Hiero & Carthaginenses: quum neque hi neque ille capere uibem potuissent, fœdus ineunt ad obsidendum oppidum communibus viribus, hoc primum fœdus intercessit inter Regem & Pœnos: quod Diodorus significat fuisse istum cum Hannibale duce Pœno. Huic succedit Hanno, qui cum Hierone fœdus alterum icit adversum Romanos, postquam Mamertini legatos Romam miserant. Lege Diodorum, Zonaram, & Pausaniam in II. Eliacorum.

14. 34. πολευριζόπεδον ἢ εἰς ταύτης μέρες τοῦ Χαλκιδίου ὁρθὸν πολευρόν.] Diodorus: λέπαν μὴ ἐπὶ Σάλαστρον πολευρόν τοῦ Χαλκιδίου ποτε πράξαντες. Quem Polybius montem vocat, Diodorus homo Siculus, collem. Polybii locum describit Stephanus De urbibus, neque aliud nos docet nisi montem Siciliæ fuisse hoc nomine: verum qui legerit attente verba Polybii, sciet eum sive montem sive collen. Messanæ oppido à parte meridionali imminere. non enim otiosa sunt illa, εἰς ταύτης μέρες. intelligit autem latus oppositum septentrionali, ubi est Pelorias.

14. 38. ὁ ἢ φραγῆς οὐ πωμάνως Αππιόν, γυνής κομήτης οὐδεῖδες περιουσίες τὸν πορθμὸν ἔχει εἰς τὸν Μεστίλιον.] Appius Claudius quin Rhenum classera appulisset, nec posset copias in Siciliam transmittere, ipse consensi navicula fretum adhuc illa ætate moestris infame, & pericolosissimum noctu admirabili prorsus audacia ingressus, Messanam trajecit. Aurelius Victor de viris illustribus. Appius Claudius vicit Volscensibus, cognomento Caudex dictus frater Ceci fuit. Consul ad Mamertinos liberandos missus est, quorum arcem Carthaginenses & Hiero Rex Syracusanus obsidebant. Primo ad explorandos hostes fretum piscatoria navi trajecit, & cum duce Carthaginensium egit, ut praesidium arce duceret. Zonaras non ipsum Consalem Claudium trajecisse scribit, sed ejus legatum tribunum militum C. Claudium, qui ἀνατίθετος οὐ ποτέ Μεστίλιον. Sed ipsum fuisse Consalem, qui tantum periculi adivit, quid melius probaverit quam partum eo facinore cognomen Caudicis? Romani naviculas quæ per Tiberim commeatus subvehabant caudicarias sive codicarias vocabant, & caudicem vel codicem plurium tabularum contextum. Suetonius libro III. cap. II. *Claudius Caudex primus freto classe transjecto Pœnos Sicilia expulit.* Causam nominis paullo aliter explicat Seneca; De brevitate vitæ, capite XIII. Portò in Claudii audacia licet agnoscere Romani hominis ingenium, prorsus quale paullo post describitur à Polybio. nam quin Imperatori sua salus vilis esse non debeat, consilium istud consulis nemo laudaverit nisi ex eventu: quod non est viri prudentis. Non tamen desunt similia exempla summorum etiam ducum & Imperatorum,

qui ut res hostium exploratius cognoscerent; ipsi speculatori egerunt, & præsentissimo periculo se exposerunt. vide quæ notamus libro x. ad paginam DCCCXL.

14. 41. ὁρῶντες πανταχότεν εὐθυγάτος περιπέμπτας τὰς πολεμίας.] Meus codex, & is quo olim usus Guilielmus Xylander περιπέμπτας. rectum est quod edidimus: paullo post, περὶ τὸν Ακράγαντα περιπέμπτας. & saepe alibi. περιπέμπται & σωματίδαι voces rei bellicæ inter illas referenda, quas habet hic nobilissimus scriptor sibi proprias aut certè plus quam aliis familiares. Suidas diligentissimus vocum Polybianarum observator explicat περιπέμπτας τὰς τείχους καὶ φόρους μεγάλας. non addit Suidas nomen auctoris unde hæc verba descripti sunt. sed Polybii illa esse liquido constat nobis: id enim duæ voces arguunt περιπέμπται & σωματίδαι: de qua dicturi sumus hoc libro, ad pag. LXIX.

15. 1. ἄμα μὴ αὐχένα, ἄμα δὲ ἐπισφαλῆ γίνεσθαι πολιορκίαν αὐτῷ.] Ex his apparet Appium Claudium, postquam semel urbem Messinam fuerat ingressus, ibi remansisse, & oblationem una cum Marmatinis aliquandiu tolerasse. aliter historici alii.

15. 5. τὸ μὴ περὶ τὸν διεπεσσόσθε περὶ αὐτούς βέβαιον.] Legationes simul misit ad Carthaginenses & Regem Hieronem, de solvenda oblatione. Legatis vero mandavit ut Hieronem privatim convenienter, ei-que confirmarent, nihil hostilis Appium contra ipsum cogitare: quin potius amicitiam illius expetere. hoc voluit Diodorus, cujus verba edita sunt admodum depravatae. Plenum prudentiae fuit hoc Appii consilium: qui eo pacto efficere voluit, ne cum duobus simul hostibus res esset. Consulis legationem aspernatum esse Hieronem scribit Diodorus: quod & Polybii narrationi congruit. Apud Zonaram ex auctori- bus nescio quibus omnia aliter narrantur.

15. 12. ἐπίμως εἰς τὸν αἴγαυα συγκατέβαντο αὐτῷ οἱ Φίλιπποι Συρακούσιοι βασιλέως.] Historiam primi hujus adventus Romanorum in Siciliam diversè admodum narratam invenio. Nam ut alia taceam, de Hierone triplex est fama. Quidam pugnasse illum cum Appio, & superiorem è prælio discessisse: ut Philinus, quem paullo post eo nomine reprehendit Polybius. Quidam pugnasse quidem sed infeliciter, & magna clade esse affectum: quæ est Polybii sententia. Alii simulac Cos. in Siciliam copia trajecisset Syracusas aufugisse: quod proditione Carthaginensium patuisse Romanis transitum suspicaretur: hujus sententia est Diodorus. Διαπεργόσθαντο, inquit, Φίλιπποι εἰς Μεσολύκας οἱ Ερωνταῖοι περιπέμπται τὸν Διόγεναν τὸν Καρχηδονίων, ἐφυγόντες Συρακούσας. Romani scriptores Polybio assentiuntur. Florus libro II. cap. II. Appius Claudius fretum ingressus adeo non est exterritus, quin ipsam illam ruentis eis usus violentiam pro munere amplectetur: statim.

statim ac sine mora Hieronem Syracusanum Regem tanta celeritate vicit ut ipse ille se prius vicit, quam hostem videret, fateretur. Postrema verba perperam accepta sunt ab Orolio quum verba Flori describeret libro iv. cap. vii. Appius Claudius tam celerit. r Syracusanos Pœnosque superavit, ut ipse quoque Rex rerum magnitudine perterritus ante se vicit, quam concessum fuerit, praiderit. Putes quum ista legas Hieronem de rebus suis aliquos edidisse Commentarios; in quos incidet Orolius: sed non ita est: quin vir doctissimus male cepit verba Flori quem描绘ebat. Enimvero fateri se vicit, quod ait Florus, est fugere, & alia usurpare quæ propriaviatis.

15. 20. οὐδεσίμρος πατέτι τὸν πειρυμότων.] Erunt qui postremam vocem è glossa additam putent. Nam Græci, maxime noster, aliter loqui solent. unde illa σφάλσας τοῖς ὄλοις· καθαπλήξας τοῖς ὄλοις· εὐτέπειας τοῖς ὄλοις· καταρέπειαν εὺ τοῖς ὄλοις· & similia multa passim in his libris. sic apud Diodorum, τοῖς ὄλοις αφεπειν, in xvi. & paullo post, τοῖς ὄλοις ἐλατθάσ. ubi perperam scribitur τοῖς ὄλοις. sed & vox πειρυμότης interdum adjicitur, ut libro iv. τοῖς ὄλοις πειρυμότης δυτερεύεται. & τερτινας τὸν πειρυμότων sacerdos. τοῖς ὄλοις πειρυμάσιν αγοστον, legationum numero vi. Est autem οὐδεμέδια πατέτι τὸν πειρυμότων quod Latini dicunt dissidere summae rei: cui contrarium est libro iii. δύτερος ἦν τοῖς ὄλοις.

15. 31. συμβαλὼν ἢ τοῖς ὑπενεκποιοις πόλι.] De viciis Pœnisi à Claudio Diodorus consentit cum Polybio. nam hoc referenda illius verba, quæ post expolitam Hieronis fugam continenter subjicit: Καρχηδόνιων πολεμούσι τους, καὶ ἡττήσαντας: Pœni quoque pugna cum Romanis inita, vici sunt. πολεμεῖν hoc loco non est bellum gerere, sed pugnare. nam & πόλεμον sacer Diodoro pugnam significat, & cædem non bellum. libro iii. in descriptione navalis prælia: πόλις ἐγένετο πόλεμον απόπλων αριθμὸς τὰ σύναψει τοῖς κινδύνοις ἐπιβριπλεῖτων. acriter pugnatum est, vel, multa cedes facta est. libro xxiv. παρ' αὐτοφοίρων πόλεμον ἐγένετο μέγας. καὶ ἐτετον τὸν πόλεμον απέβαλον Καρχηδόνιοι ναῦς εἰς. In Ecloga viii. lib. xx. Αγγων πολεμίσας, male interpres vertit bellum persecutus. imò vero pugna inita, ut postea demonstrabimus. Maccabæorum libro primo, capite ix. τοῦτο ἐγένετο ὁ πόλεμος οὐακηρῷ θεότητι τὸν ἔως ἐπέρεσσον. & cap. x. ουακηρος αἱ παρεκβολαὶ ἐσ πόλεμον. Differentiam πόλεμον & μάχην sic explicant eruditissimi Critici. ἀλλο πόλεμος καὶ ἀλλο μάχη. πόλεμος μὴ ἡ πᾶσα διέξοδος τοῦ ἀγώνων εἰς ἐν τελευτῶν τέλος. μάχη δὲ εἰς τὸν πόλεμον καὶ οὐακηροῦ οὐακηρον τοῦ οὐακηρίτων. hanc observationem veteres ut ostendimus aliquando non servarunt; posteriores Græci scriptores ferè nunquam. In Leonis Imp. constitutionibus πόλεμος καμψός vel οὐακηρος & μάχης καμψός pro eodem ponuntur. ita apud alios.

Sic bellum pro pugna sèpius usurpasse Hieronymum in vertendo Chronico Eusebiano observat Josephus Scaliger. Sed & vetustiores Romanæ linguae auctores ita locuti. Livius libroxxi. acris deinde obortum est bellum. Libro xli. cetera deformis turba, velut lizarum calorumque, preda vere futura, si belli hostes meminissent. sic apud poëtam μνήσεις οὐκέτι ὄντος, aut δεσμός αλλος. ita dicitur locus belli, hoc est pugnae. Latinus Pacatus in Panegyrico Theodosii: locum bello ante capere, speculatum egredi. postea, Vix fluvium manus in victa transierat, jam locum belli tenebat. etiam apud Cæfarem bellum gerere pro pugnare. ut in primo De bello Gallico: summa a'acritas & cupiditas belli gerendi innata est. mox, sequere esse ad bellum gerendum paratissimum confirmavit. cæterum rei gestæ cum Pœnis post Hiero iis fugam, pete è Zonara.

15. 37. λοιπὸν ἐπιπολόδημα τίθεται τὸ τῆς Συγκρ.] Diodorus aliquanto aliter: Romanos cum Pœnis quidem bene pugnasse: verum tentata mox Ægestæ obſidione, irrito conatu mox Messanam sese recipere fuisse coactos. Philonus Agiagentinus eadem cum Polybio.

15. 40. εἰδὴς ἀντιπολιτεύεται στρατιῶν.] Nulla fere vox Græca est, cuius in re militari frequentior usus sit, præsentim apud Polybiū, quam ὑπερβα, cui Latina lingua quum nullam parem habeat, coacti sumus aliter a' que aliter, pro loco vertere. Proprium est Polybio, vocabula rei militaris & locutiones castrenses retinere; quas ut diligentius explicarem, impulit me cupiditas tironum studia adjuvandi. Propriè τὰ ὑπερβα oppontuntur τοῖς σερνοῖς sive σερνοῖς, ut sunt σερνοὶ πλεον: in tertia Thucydidis. sic scribit Xenophon in Oeconomico, ἡ διάτη τοῖς ἀνθρώποις, εἰχετε τοῖς κλίνεσσι εἰς τὸν τοπόν, αἷμα σερνὼν δεῖτε. M. Tullius eleganter etsi aliquanto liberius verit, cultus humanus, non uti feris in propatulo ac silvestribus locis, sed domi sub techo accurandus erat. ibidem, εἰ τὸν τοπόντον εἰπεσθαι, que sunt foris & sub dio, eodem interprete. Interdum ὑπερβον de vita civili dicitur, cum opponitur umbraticæ philosophorum. sic dixit Plutarchus in Præceptis politicis: γόν ἔχεις αὐτὸς φιλοσόφος βίον ὑπερβον εἰς τράπεζας πολιτεύεσθαι νομίζοντας. hoc loco βιον ὑπερβον & vita politica, idem sunt: contra aliquando ὑπερβον & πολιτεύεσθαι opposuntur. & ut politici muneris due sunt partes pax & bellum, ita in Plutarchi Catone dicuntur παῦσις, aliæ πολιτεύεσθαι, urbanæ: aliæ ὑπερβον, externe sive bellicæ. In sexta Dionysii, πολιτεύεσθαι opposuntur πολεμον, ὑπερβον, bellum quod cum externo hoste geritur. ubi τὸν τοπόν melius scribas: ut bis tèrve apud eundem alibi. nam eti utrumque est in usu, interest tamen Atticilimi, cuius est diligens obſervator Dionysius, ita potius scribi. Phrynicus: ὑπερ-

πολέμου μὴ λέγε, τὸν αὐτὸν δέ. Apud Diōdorū & Dionysium sāpe Consul dicitur περὶ εἰς τὸν ὑπαρχόν, quando ad bellum proficisciatur, & it in expeditionem. Polybius pag. DCCCI. de Scipione prima stipendia merente, τὸν περὶ εἰς ὑπαρχόν οὐκελλυθώς. alibi noster εὸν τὸν αὐτὸν Διορέσει, quando aliter Graci θεραπεῖν & ἀγωλαῖν. Horatius: *vitamque sub dio, & trepidis agit in rebus:* & sāpe historici, *castra habere sub divo.* Marcellinus more suo ξελυζὼν dixit libro xix. subdivales moras tolerare, quod melior Latinitas, *sub pellebus agere*, vel militiæ. Chrysologus sermonexIII. Ecce tempus quo miles procedit ad campus. hic campus est τὸν ὑπαρχόν, vel ἡνὶ παρθένος & procedere ad campus est περὶ εἰς τὸν ὑπαρχόν. intellegit auctor illud tempus, quo solitæ suscipi expeditiones: de quo tempore alibi multa observamus. Interdum τὸν αὐτὸν appellatione bellum ipsum intelligitur, & quæcunque ad bellum pertinent. Ita accipiendum quod ait noster libro sexto, ad consulis curam pertinere περὶ τὸν αὐλαῖς τὸν τὸν αὐθεντικὸν οἰκονομίαν, id est rem omnem bellicam, & quæcunque militiæ sunt: habuit enim absolutissimum foris imperium consul: cui ibidem dicuntur omnes sine distinctione τὸν αὐλαῖς τὸν τὸν αὐθεντικὸν. administratio vero singularum rerum bellicarum ad Tribunos militum pertinuit, quos ideo noster ait eodem libro, πάντες τὸν τὸν αὐθεντικὸν χρέιαν περισσαῖς. Sub finem secundæ historiæ dicitur Antigonus Gonatas præstítisse τῷ τὸν τὸν αὐθεντικὸν χρέιαν, hoc est, usu & scientia rei militaris, sive rei castrensis: nam ut apud Græcos τὸν αὐτὸν, tīc apud Latinos *castrorum* appellatione res tota bellica intelligitur. Tibullus: *Nam quis te majora gerit castri ve foriue?* & apud Marcellinum *castrensis rei peritus*, &, *usu castrensis rei firmatus*, non solum ejus partis quæ circa metationes castorum versatur, sed in genere τὸν πολεμικῶν ἐντειρόν. Seneca: *castris laborum tarda manupretia.* Iccirco Latinus Pacatus inter munera castrensis hæc quoque recenset: locum bello antecapere, speculatum egredi; in prælio primus ire, prælio postremus excedere. Alibi Polybio εἰς τὸν αὐθεντικὸν χρέιαν, sunt quæ in xxviii. Marcellini dicuntur *necessaria ad expeditionales usus.* Græcus Cæsaris interpres quem nuper ab amplissimo Senatore Parisienti Paulo Petavio amico nostro acceptum, optimus & doctissimus juvenis Gotofredus Jungermannus vulgavit quod usum hunc vocis C A S T R A parum observasset, non leviter peccavit, quum ista è libro primo ficeret Græca: *timore paulatim etiam ii qui magnum in castris usum habebant milites, centuriōneisque quique equitatui præerant perturbabantur.* ita enim interpretatur: Φόβοις νοῇ αὐτοὶ οἱ τῷ σφετερῷ τὸν τὸν σεργιζούσαί τοις αἰγάλεοις σεργιζούσαι τε νοῇ κατιαρχοὶ νοῇ τοποχοὶ ἐπεργάσθοντε. putavit vocem *castris* in propria significacione accipiendam, quod est ineptum.

melius ita vertisset: καὶ ὀλίγον ἢ οἱ μερικοὶ εὐτῶις τοῖς ἵσταθεισι γέγενται
ἔχον δεκτές σπάντες τε καὶ ταξιαρχοὶ (non autem χειλιαρχοὶ) καὶ ἴω-
παρχοὶ ἐπαρχῖοι. Interdum appellatio ἵσταθεων aliter necessario ca-
pienda, & angustiore notione, idque multifariam & v. rie. Igitur ἀν-
τιποτεῖς τοῦ ἵσταθεων hoc loco aliisque multis apud Polybium, non est
rei bellicæ se applicare, aut expeditionem suscipere, priore illa vocis
hujus notione: sed de iis dicitur, qui hoste intra munitiones com-
pulso regionem obtinent & libere vagantur. paullo post: τὰς Καρχη-
δονίες μὲν τούτης εἰδιτόντες τὸν πόλεμον, διελεῖσθαι εἰς τὰς
πόλεις, τοῦ οὐταρχων τοῦδε αὐτωνομῶν τολμῆντες. Pœnos statim à
pugna castris relictis per oppida sese divisisse, ad obtinendam vero re-
gionem, ne prodire quidem esse ausos. Sic qui exercitum validiorem
habent, ac præsertim qui equitatu sunt meliores, ii passim Polybio di-
cuntur κατεῖν τοῦ ἵσταθεων. apud nostrum sèpissime; & in nova hi-
storia Dionysii ὁρθοχροῖς τοῦ ἵσταθεων. Livius, exceedere agro. aut,
munitione se defendere. Dionythus in VII. καταπεφύγεται εἰς τὰ
τείχη ἐπειπεριθεῖν εἰς ὑποθερην. apud eundem historiam Romanæ pa-
trem, occurrere campo. lib. xxv. & libro xl. passim campestres agros
populari. item, quatere campos apud poëtam, ad αὐτωνομῶν τοῦ ἵστα-
θεων pertinent. Tacitus historiarum lib. v. Vespasianus intra duas
estates cuncta camporum, omnesque præter Hierosolyma urbes vi-
ctore exercitu tenebat. εἰσερχεται τοῦ ἵσταθεων καὶ πασῶν τοῦ πόλεων τοῦ
Ιερουσαλήμ. idem Annalium libro primo: Germanicus c. dentem
in avia Arminium secutus, ubi primum copia fuit, inueni equites
campumque quem hostis infederat, eripi jubet. εἰσερχονται αὐτωνομῶν τοῦ ἵσταθεων, ἦν πεντε οἱ πολέμους εἰσερχεται. In antiquis Franco-
rum historiis καρτεῖν τῶν ἵσταθεων, est tenir les champs. Cæsar li-
bro III. Gallici belli; Crassus ubi animadvertis suas copias propter
exiguitatem non facile diduci, hostemque vagari & vias obsidere, &
castris satis presidii relinquere. libro VII. equitibus imperat, ut quam
latissime possent vagentur. iterum; equitum turmis imperat, paullo
tumultuosius omnibus locis vagentur. in his locis apud Cæsarem
vagari est αὐτωνομῶν τῶν ἵσταθεων, aut αὐτορυσσεῖν, quod illi est
affine, licet non idem. Aliquando μέρη εἰς τοῦ ἵσταθεων opponitur ur-
bium expugnationibus, & populationibus v. stationibusque agrorum.
libro X. μερικαὶ μὴ δὲ αἴσιας αὐλίτες συνεχῶν εὐτῶις τοῖς ἵσταθεισι. τοῖς
ἡ πόλεις παντιναὶ αὐτορυσσεῖν καταφεύγειν. loquitur Polybius de an-
tiquis Macedoniae regibus: quos ait acie quidem & patentibus cam-
pis dimicare sâpe solitos: urbes vero exscindere nequaquam. Etiam
apud Latinos expeditio, interdum vitæ urbanæ opponitur, interdum
augustius sonat. Vegetius libro III. Milites pœna & timor in sedi-
bus corrigant: in expeditionibus spes & præmia faciunt meliores.

heic

heic in sedibus est τοῖς χαρχηώμεσιν, in castris vel præsidiis: in expeditionibus, τοῖς ἵπατθεσι καὶ μέτων in dimicationibus præliorum.

15. 40. τὸ δὲ τελευτῶν αεφουαδίσσας αὐτὸς ἐπειδὴ πολιορκεῖ τὰς Συρακούσας.] Auctor de viris illustribus. Appius Claudius Hieronem prælio victum apud Syracusas in deditio[n]em accepit: qui eo periculo territus Romanorum amicitiam petiit: isque postea fidelissimus fuit. quām falso haec scribantur intelligat qui Polybium, Diodorum, & Zonaram consuluerit.

15. 42. Η μὲν δὴ αφεῖται Ρωμαῖοις ἐν τῇ Ιταλίᾳ Διάβασις.] Epilogus partis prioris Præparationis. Docet quantæ sit utilitatis hæc esse præfatum ad res Romanas probe intelligendas. simul parem diligentiam in cæteris partibus suæ universalis historiæ pollicetur.

16. 5. Διπλῶν ποιογμένα τὰ ἐπίστασιν.] Aggressionem ad opus & inceptionem vocat ἐπίστασιν. sic pag. CLXXXVIII. ὑπελαμβάνειν πάσιν ἔμεινε τὸν γένεας τῶν σινηγονίν, καὶ τοῖς εὐτυχάντοιν διαδραγόλγητο τὰ μετ' ἡμῖν εἰ ποιογμένα τὰ ἐπίστασιν διπλῶν τῶν καυρῶν. & pag. DXXVI. αἰρεμένοις τὰ τοιωτὰ ἐπίστασιν καὶ Διαιρέσιν διηγήσεως.

16. 17. πᾶς μετάλλεος καὶ τὸ κεφαλαῖον ἢ τοῦ αὐτῶν ὑπεροχῆς διόρτως σωμάτιον.] Explica ex istis ē libro v. pag. DXXVII. πᾶς οἶον τε συγκεφαλαῖον μετάλλεον τοῖς αὐτοῖς, μὴ σωματιφέροντα τὸ δρόχιον πότεν ἢ πᾶς καὶ Διός τὸν τὰς ἀνταντὰς αὐτοῖς μετάλλεος. vide & libri tertii initium, & quæ de Polybiana ratione historiæ scribendæ alibi disserimus.

16. 19. Διόπερ δὲ τὸν ταυτογένην δότον τοῖς ἑξῆς ἐάν πει αεφανατεῖχαρι τοῖς χρόνοις.] Jam monuimus scribendum esse αεφουατεῖχαρι. Quod autem hoc loco pollicetur, uti modo dicebamus, infra præstat quoties est opportunum. Vide exempli gratia libro II. pag. CLXXVI. in Sermone de Achæis & initio quarti de iisdem. confer etiam cum iis quæ dicuntur infra lib. V. pag. DXXVI. illo loco, ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ κατὰ τὰ τὰ τὸν τὸν χρόνον διαφέρειν.

APPARATUS PARS ALTERA.

16. 29. **A**ΦΕΜΕΝΟΥΣ ἃ τέταν λέγειν αἴρει τὰς πρεξίας.
 [καινόθεν.] Haec tenus ad Præparationem suam lectori viam munivit Polybius: nunc ipsa restat, quam hinc aggreditur. Sollet autem accuratissimus hic scriptor initio tractationis summam & præcipua omnia capita sigillatim recensere: cujus methodi utilitatem explicat ipse libri III. principio. Hoc igitur loco declarat Polybius totius sui Apparatus capita sex ista futura, de quibus sit deinceps dicturus. De bello Punico primo: De bello Sociali Carthaginensium: De iis que propagandi imperii Punici causa egerunt in Hispania Amilcar pater Hannibal, & post eum Asdrubal ejus gener. De primo Romanorum transitu in Illyricum, & illas Europæ oras. De bello Romanorum cum Gallis, qui Cisalpinam Galliam in Italia tenebant. De rebus Græcorum & bello Cleomenico. Istorum sex capitum duo prima, hoc libro continentur, reliqua secundo. Incipit Præparatio in anno primo Olympiadis CXXIX. Urbis conditæ CDXC. perducitur ad annum ultimum Olympiadis CXXXIX. Romæ DXXXIII. Medium tempus Olympiades XI. anni XLIV.

I. Bellum Punicum primum.

Quod quidem bellum Polybius & nulli alii Græci non aliter nisi bellum Siculum nominant, quia causa & materia illius fuit Sicilia. Infra hoc libro: ὡς μὲν ἐν Ρωμαϊοῖς καὶ Καρχηδονίοις οὐσεῖς αἵτινελιας πόλεμοι ἐπὶ τοιέτοις καὶ τοιέτοις ἔχει τὸ τέλος. libro VIII. παραδίδοται ἃ τέταν καὶ Γνῶμοι ὡς Ρωμαϊων σφαῖτης ἐπαγεῖται τὸ Σταθμεύον πόλεμον.

17. 29. Βεγκήν εἰ ἐπιστελέσσεγεν πόλεσσιν διελθεῖν τοπερ Φίππος.
 [Duas causas affert, cur de bello Punico primo paullo sit aetius accuratius. prior, ipsis belli magnitudo: posterior, studium veritatis, quam priores ejus belli scriptores non servarunt. Tertiam paullo post adjicit, ut doceat, quando & quomodo Romani rei maritimæ studium suum applicuerint.

17. 32. Ἀπειρον πολυχρονίατερογενεῖς πόλεμοι διόπειν βάθειον.
 [Intellige de bello continuo, quod sine interventu ullarum induciarum sit gestum. cum hac exceptione verissimum erit quod Polybius assertat, non esse facile invenire bellum aliquod diuturnius primo Punico,

nico, quod per annos ipsos quatuor & viginti sine ulla remissione, nedum intermissione gestum. Nam bellum Peloponnesiacum, fuit illud quidem ut scribit Xenophon lib. II. Græcæ historiæ mensium lex, supra annos octo & viginti: sed quod decennio exacto omisum est factis induciis in annos quinquaginta. Messeniacum bellum secundum annorum fuit non amplius viginti. de Punico primo iterum Polybius in clausula narrationis, qua illud exposuit, πόλεμοι ἀν ήμεται τομέτης ἀναγή μαχήσατε, πολυχερνάται, καὶ σωματίσατε, καὶ μέγιστοι.

17. 34. ὅτε προσθέσθετες, καὶ τε σωματίσατες πείζετε.] Nihil fere eorum prætermittit, accuratissimus scriptor, quæ ad belli alicujus magnitudinem declarandam possunt afferri. πείζεται appellatione intelliguntur omnes molitiones bellicæ certa animi destinatione susceptæ, ut urbium oppugnations, defensiones, aut alia id genus, quid differant πείζεται & πεπίται discant tyrones è libro nono, pag. DCLXVII.

17. 38. αὐτοὶ τε τὰ πολιτισμένα καὶ σκεῖται τὰς καύριες, ἀκούοντες μὲν τοῖς ἐπιστροφῖς, μέτειπαν δὲ τοῖς τύχαις.] Imo verò diversa erant conditione duæ illæ Republicæ. nam Romanæ quidem flos & ἀκούοντες tunc temporis incipiebat. Carthaginensibus verò imminebat ἡ πολιτεία & paullatim gliscebat morum mutatio & ingeniorum, atque omnium rerum. Vide Polybium libro VI. pag. DCLXXXVII.

18. 7. τὰς εἰσποργάτας διενέτεις γενέφεντες αὐτῷ Φιλίνον καὶ Φάδιον.] Philinus historicus, à quo bellum Punicum primum fuerat conscriptum, Siculus fuit, domo Agrigentinus, temporum illorum æqualis. Auctor Diodorus libro XXIII. meminit & libro XXIV. Erat eo tempore Agrigentum provinciæ Pœnorum in Sicilia caput. quum igitur Romani eam ubi longa obsidione vix tandem expugnaverint, & cives Agrigentinos durissime traetaverint, ut postea dictui sumus, nemo mirari debet Philinum cause Pop. Rom. in suis Commentariis minus æquum fuisse. Naturæ lex est, cui dolet meminit. De Q. Fabio Pictore antiquissimo Romanorum historicorum, vide libro III. Fabii hujus noster sepius meminit: Philini bis: hoc loco & iterum libro III. pag. CCLI.

18. 10. ἔγνωτες μὴ διὰ ἐψεύσας τὰς ἀνδρεῖς 8% τοπολαμβάνετε.] Libro XII. docet Polybius in ferenda de historiæ scriptoribus sententia meminisse nos debere, mendaciorum duo esse genera: nam alios καὶ προσώπους, & certa animi destinatione falsa scribere ac mentiri: alios καὶ ἀγνοεῖν, quia veritatem ignorent, magis falsa dicere quam mentiri: his non esse denegandam veniam: illos odio sempiterno esse prosequendos. Hic igitur Philinum & Fabium cui multa falsa scripserant in suis historiis, ea ratione excusat Polybius, quod

non ἐνόπτες, sed inviti falsa pro veris essent amplexi, amore enī patriæ aciem oculorum illis præstrinxisse, & effecisse, ut de rebus gestis non ex vero judicarent. cæterum hæc excusatio parum idonea est. nam species quidem est ἀγνοία & involuntarii ποδὸς ἀγνοίας, peccare per ignorantiam. sed neque omnis ignorantia excusat: neque idem est peccare propter ignorantiam & ignorantem: quod Philino & Fabio accedit, qui non sine gravi culpa parum sibi à falso converunt. Vide quæ disputatione philosophus Nicomach. lib. II. cap. I. & lib. V. cap. VIII.

18. 12. σοραζόμενοι τοις βίσης τούς αἰρέσθαις αὐτῷ.] Omne studium quod semel amplexi firmiter deinceps tenemus, Græci εὔρεται, Latini Sectam vocant. heic Polybius εὔρεται appellat, ut ex sequentibus verbis apparet amorem erga patriam, & inclinationem ad omnia illius facta approbanda. De Philino nihil habemus dicere. Fabium Senatorem gravem accepimus, & cum laude sua in publicis negotiis semper esse veratum.

18. 13. δοκεῖ μη πεπονθέντι προστάλιξιν τοῖς ἐρῶσι.] Hoc est, corruptum amore patriæ judicium adhibuisse ad res utrinque gestas estimandas. Plato libro V. legum: προλεῖται τοῖς φιλοτάλιον οἱ φιλῶν. ὡς τὰ διηγήσαντι τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ καλὰ γράψακειν.

18. 15. οὐδὲ γά τινα εὔρεσιν καὶ τὰ ὄλυν δύνοντα.] Libro IV. de Philippo qui ad quotidiana Apellis delicta sponte connivebat, quia summam consiliorum ejus prebabat. pag. CDLXXXIV. τῇ γε μὲν ὁλοχερεῖς αφανιστερόμενοι διποδεχῆ; πολλὰ παρεργάντων καὶ αὐτῶν μνομένων.

18. 20. εἰ μὴ διὰ τὸ λοιπὸν βίσης τοιαύτων ἐπιέκειαν τοὺς ἄλλους εἰκασίας.] A proposito aliquantulum digreditur hic Polybius: ut doceat veritatem in historia rebus omnibus esse anteponendam. Non repetemus quæ hac de re luculente alibi notamus. Conferendum autem est hic locus cum iis quæ super eadem re libro XI. differuntur. Cæterum voces ἐπιέκεια & ἐπιέκης multifariam apud Græcos accipiuntur. Critici veteres observant non alia notione vocabulum ἐπιέκης poëtæ fuisse notum, quam pro decente & conveniente. tum deducitur ab εἴκω, similis sum, quare αἰς ἐπιέκεις, Homero est quod aliis Græcis αἰς εἴκης. Apud recentiores Homero scriptores ἐπιέκεια est animi affectio contraria τῇ αὐταδείᾳ τῇ τῇ ἀνεπιστοληγοστῇ. per has sunt homines pertinaces, duri & cedere nescii. quum δὲ ἐπιέκης rigide tendere contra nesciat, & suo jure facilis sit cedere. ideo dicit philosophus τὸ ἐπιέκην esse ἐλαττωνή, & συναμφοτινή. ita comparatum, ut de suo sibi deesse aliquid non ægre patiatur; & offendere veniam facile tribuat. nimirum ab εἴκω, quod est cedo, dicitur hæc ἐπιέκεια. Galenus tertio Commentario in Περὶ Ἀγαθῶν Coi senis, scribit illum dici sibi ἐπιέκη,

ἴπεικῆ, qui in omnibus vitæ partibus observat verbum vetus, Ne quid nimis. ἀγρωπόν, inquit, ἐπεικῆ καλῶμεν τὸν μέτειον, οὐ μηδὲν αἰσχρόν περίτελλεν τὸν βίον. hoc sensu ἐπεικῆ appellamus omnia mediocria, & neque parva neque magna nimis. quomodo potest accipi apud poëtam contraveterum Criticorum observationem hoc loco ex Iliade. Τύμπανον δέ & μάλα πολλὰ ἐξώ πονέας ἀναγα, Αλλ' ἐπεικέν τοιον. Eustrathius Aristotelis interpres ad primum Nicomacheorum observat ἐπεικεῖαν dici quandam virtutem vitiosæ φιλανθρίᾳ eorum oppositam qui de se & sua præstantia nemini credunt nisi tibi: quum contra ἐπεικῆς, ea sit in moderatione, ut tum demum sua illi placere incipient quando bonis viris illa scit probari. ζητεῖσθν, inquit, οἱ χαρεῖστες τὸ πίστιν τὸ αὐτῶν αἰσχύλοντες αἴλοθεν. διόπ το γε τέτο εἰδὼν δέετης εστί, καὶ προλεῖται ἐπεικεία. λέγω δὲ τὸ μὲν τῇ ἐμπεικῇ δόκειον κείονται ἐπεικῆς, οὐαὶ μὲν οὐαὶ φιλανθρίου τοιούτου τὸ ὄφελον. Interdum ἐπεικεία idem est atque benignitas & clementia: ut quum Diodorus appellat ἐπεικολὺς ἐπεικείας illam humanitatem qua usus Alexander erga matrem Darii & uxorem captivas. Aliter paullo heic sumit Polybius; pro bonitate quadam naturæ, quæ nos ita amicis nostris adjungit, ut omnia illorum facta & dicta in meliorem partem accipiamus; probemus quæ illis placent, improbemus quæ displicant: contra quam αἰσχεῖσθαι homines faciant. Hanc igitur animi affectionem in cætera vita non alpernandam, ait Polybius: in scribenda vero historia, vel maximè. Est enim historia testis incorruptus virtutis aut vitii uniuscujusque: & historicus quasi index meritorum. ponit autem personam amici, quisquis induit judicis. Dionylius Halicarnasicus qui in scriptore historiarum desiderat Διογέτον ἐπεικῆ, non repugnat Polybio si rectè interpreteris. Vult enim Dionytius boni viri in scribenda historia officium esse, præclara facta viorum ita narrare, ut favere ipsum virtutibus appareat, & libenter talia commemorare. hæc est ἐπεικεία. quain ille in historia requirit, cui opponit πνεοῖς, & asperitatem, sive animadvententiam, quando delicta insignium viorum lubentes memoriae prodimus, rectè facta aut dissimulamus, aut si narramus quasi inviti. Locus est in epistola ad Pompeium, ubi de Herodoto & Thucydide sic scribit. Η Ηγεδότες Διογέτος σὺ αὖτιν ἐπεικῆς εἰσὶ τοῖς μὴ αἰσχοῖς συνηδομένην, τοῖς δὲ κανγισ συναλγεῖσσα. ιδε Θεοφίδης Διογέτος αἰσχεῖσθαι τὸ καὶ πικρόν, καὶ τῇ πατεῖσθαι τὸ φυγῆς μηνγιαπάκησσα. τὰ μὲν γὰρ αἰματήματα ἐπεξέρχεται καὶ μάλα ἀπειλῶν: τὰ δὲ καὶ νῦν κεχωρηγηταν καθάπερ καὶ μέμνηται, η ὥστετελλαγκασμένως. Hoc illud est vitium quod noster libro xii. in Timæo reprehendit, quem ait ἐπονέατο τὸν τὸν οἶδας πνεοῖς. Adeo res maximè contrariae amor & odium; eosdem tamen effectus edunt.

18. 22. φιλόφιλον δέ εἶναι τὸ αἰσχόν αἰδρα.] Aristoteles Nicomacheo-

macheorum lib. viii. capite primo, probat amicitiam esse non solum rem necessariam sed etiam honestam, quoniam inquit τας φιλοφίλες ἐπηγνώμην, οὐ τε φιλοφίλια δοκεῖ την πειθαράν εν πειθαρᾷ. Auctor libelli De virtutibus & vitiis, libertatis comites & quasi affectus virtutes esse ait istas: sequax ingenium & quod facile se duci finat, humanitatem, misericordiam, studium amicitiae, & elegantiam. Ait enim: ανδρασθετη τῇ ἐλευθερότηκι, Εἴδες υπέρτης καὶ δύσκολης, καὶ φιλαθρωπια καὶ της εἰναι ἐλεπίκον, καὶ φιλόφιλον, καὶ φιλόξενον, καὶ φιλόνεον.

18. 26. ὅτιν ἡ τοῦ ιστορίας ἥθελον αναλαμβάνη της ἐπιλαζήσεως γένη πάντων της ποιήσαν.] Aurea sunt Luciani verba in libello De officio historici. Εἰσ μοι ὁ συγχρεφός ἀφεντός, αδέκασθο, ἐλεύθερός, παρροσίας καὶ αληθείας φίλος. & statim, Εἴδεντος τοῖς βιβλίοις, απόλιτος, αὐτόνομος, αἴσιος λόγος.

18. 28. καὶ πολλάκις μὴ δύλογον καὶ κρυφοῖς τοῖς μερίσοις ἐπάρνοις τας ἐχθρὰς, ὅταν αἱ πράξεις απαγόντων ταῦτα.] Libro xvi. pag. mxxi. postquam Philippum Macedonem egregia laude affecisset, quem saepe dixit in præcedentibus principem fuisse omni impietate & scelere contaminatissimum, addit τούτῳ γάλεῳ εἰς δέκατης τῆς πραγματείας δισειλάριον, φίσαις ἀναγνῶν εἰναι, ποτὲ μὴ δύλογον, ποτὲ ἡ φένα τας αἵτες. & ejus necessitatis causam ibi affert gravissimam & verissimam. locum vide. Libro autem xii. exemplo Agathoclis crudelissimi Tyrannorum docet Polybius, nullum esse tantæ immanitatis tyrannum, qui non aliqua interdum facinora edat laude digna vel maxima.

18. 30. ὅταν αἱ πράξεις απεγνώστησαν ταῦτα.] Hoc est, si ita fides ducat, ut jure non dissimili, loquitur Plinius initio libri quinti Epistolarum.

18. 31. πολλάκις ἡ ἐλέγχου καὶ φένας ἐπονειδίσας τας ἀναγνῶντας.] Exemplum habemus hujus præcepti insigne, legationum timentate xl. ubi Polybius errorem pene ridiculum Philopæmenis & Lycortæ parentis sui in gravissimo negotio admissum, non secus narrat, ac si de personis loqueretur penitus tibi incognitis. Jam de Arato cuius erat apud omnes Achæos sancta memoria, quam gravem & liberam sententiam proferat, licet videre initio libri quarti.

18. 34. ὥσπερ γνῶσσον της ὑψηλας αφερεθεσσον ἀχρειεται τὸ ὄλον.] Laudatur infra hic locus libro xii. pagina c. mxvi.

18. 36. εἴτε τῆς ιστορίας ἀναρρέεις τῆς αληθείας.] Sic omnino est; tolle ex historia veritatem, sustuleris omnem illius usum & utilitatem. Verissime Lucianus, in tradendis legitimæ historiæ legibus: Εἰν ἔργον ιστορίας καὶ τάλος τὸ γενίσμον, ὥπερ εἰς τὴν αληθεῖαν μόνον συνάγει.

19. 2. εἰτ' δύσκολον αἱρεῖ διωκτὸν γένος αμαρτάνειν συνεχῶς εἰργός.] Rati-

Rationem pere ex epistola Isidori Pelusiotæ cxxvi. libri iv.

19. 6. οὐδὲν τοιούτους.] Solet Polybius ἀργότερον appellare quam vulgo alii auctores τάσσονται, certam opinionem de aliquo conceperant. Justinianus Novella cxxxiii. ὅτι πάντες οἱ μοναχοί, οἱ οἱ κακοίοις ταπεινώθεντες ἐπλέξωνται, quem omnes monachi, vel, qui melius inter illos audient, constituerint. Galli dicent, ceux de meilleure réputation. & Novella xc. testes οὐπολήσιτες idem appellat integræ famæ. Vocem ἀργότερον ut Polybianam annotat & explicat pluribus Suidas.

19. 17. λαζόντες δὲ πολλὰς ταλαιπωρίας ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Μεσολίῳ.] Vera sunt quæ hactenus dixit Philinus: istud quam falsum, ut superior narratio Polybii ostendit. confirmat Diodorus, qui Hieroneum statim ut cognovit Romanos Messanam copias trajecisse, Syracusas aufugisse scribit. neque aliter Zonaras. vide supra.

19. 19. αὐτὸς δὲ ἐπὶ ταῖς Κυρηναϊκαῖς ἐπιπορθήσεις & μόνον ταλαιπωρίας λαζεῖν αὐτὰς οὐτούς.] Istud quoque Philinus falso: nam victoriae ejus conflictus penes Romanos stetisse & Polybius antea docuit & nos aliorum auctorum testimoniis comprobavimus.

20. 1. τῆς πάτης ἀλογίας εἰσὶ ταῦτα.] ἀλογία in eo est, quod vicitoribus Hieroni & Pœnis, ut quidem iste narrabat, ea tribuit, quæ usurpari soleant a victis. Nam intra munimenta se recipere, & locis apertis aut parum firmis excedere, non eorum est qui vicerunt, sed eorum qui gravi clade accepta ad ejusmodi consilia necessario confundunt. denique συγχωνεῖν τὴν ταύτην nemo rei bellicæ peritus negaverit esse οὐτις, & traditæ vicitoriarum signum.

20. 2. οὐδὲν ἀργότερον & προσδεῖται τὸ ταρθάμενον.] Hoc loco ἀργότερον est examinatio diligens ad fallitatem arguendam. alibi in bonam partem accipitur a nostro, ut de Scipione Africano: & οὐδὲν θεωρεῖται, εἰ φιλοκράτεο. οὐδὲν γέμει τὰ καὶ τὰ Σκυπιῶνα, οὐ πᾶν τὸ μῆτρα τὸν αὐτὸς μὲν ἀργότερον εξαγένεδον. mirari nemo debet, si res Scipionis diligentiore studio narramus, & singula ejus dicta cum observatione proferimus. Heic ἀργότερον est observatio sive disputatio Polybii circa Scipionis dicta, causam & rationes, cur hoc aut illud vir tantus dixerit, explicans. Suidas exponit ἀρχήρωτος & ἐξοντος, parum ex mente Polybii, qui omnem diligentem tractationem & veritatis inquisitionem, vocat ἀργότερον, ut libro iii. ἐπὶ ταῦτα ἀργότερον ἀργότερον πεποίησαι ταῦτα ταῦτα. & ita sæpe. Libro v. ἀργότερον appellat idem disceptationem ad pacis conditiones statuendas pag. DXXXIII. ἐσάκεν αὐτὸν ὁ Νικαγόρος εἰς τὸν ἀργότερον, οὐ τὰς ταῦτα πίστεων συνδηνας.

20. 24. οὐδὲν οὐδὲν φοιτεῖσθαι Εχέτλα.] Echetla oppidum fuit Siciliæ munitissimum: quod quum Agathoclis milites occuparent, Xeno-

Xenodorus copiarius populi Agrigentini dux anno quarto Olympiadis cxvii. vi expugnavit, & expulso prædio Agathoclis, suas leges & libertatem Echetiacis restituit. auctor Diodorus lib. xx. In cuius potestate urbs ei et quum Romani Echetiam ceperunt, neque ex Polybio discas neque è Zonara.

Ibid. *cū μέτη κειμένων τῇ τοῦ Συρακουσίων καὶ Καρχηδόνιων ἐπιρ-*
χίᾳ.] Mirum exstare hanc lectionem in omnibus membranis regiis,
 Bavariis, meis. Scribendum est *cū μέτων* (vel *μέτων*) *κειμένων τοῦ Συρακουσίων καὶ Καρχηδόνιων.* Erat autem illa tempestate Pœnorum dominatio in Sicilia amplissima. dimidiam enim totius insulae partem & eo amplius obtinebant. Pausanias Eliacorum lib. ii. de Hierone & hujus belli initiosis loquens: *Ρωμαῖον τῷ Σικελίᾳ εἰς τὸν Καρχηδόνιον πόλεμον κατέχεινται, εἶχον Καρχηδόνιος τὸν πόλεων ἡγέμονος.* Caput provinciae Pœnorum fuit Agrigentum, ut mox dicet Polybius. Ab hoc autem anno primo belli Punici cepit Sicilia trifariam dividi, in regnum Hieronis: Imperium Punicum: Imperium Romanum. Livius libro xxvii. & alibi.

III. Annus alter belli Punici primi. Fœdus cum Hierone Rege.

20. ult. *Προστασίαν γὰρ εἰς τὸν Πάριν.*] Heic demum incipit narratio τοῦ Πολυβιανοῦ. Est autem annus iste belli Punici primi secundus: nam primus antea expolitus. *προστασίαν* pronunciari vel afferri vox seculi Polybiani. extat saepe in libris Maccabaicis. vide fragmenta ex Suida. Livius alibi vertit *προστασίαν*, quum fama accidisset. at Polybius interdum vocem *προστασίαν* adjicit. libro ii. *προστασίαν* τοῦτο τοῦτο *προστασίαν*. & libro v. pag. DLXIV. *προστασίαν* τοῦτο *προστασίαν* τοῦτο *προστασίαν*.

21. 3. *καζεῖτες τούτους Μάνιον Οκλαγίλιον καὶ Μάνιον Ουαλέριον.*] Utrique anni hujus consuli prænomen fuisse M? sive Manio cum vulgatis Polybii codicibus, regius & Bavarius consentiunt. in aliis invenimus *Μάρκον* utroque loco: perperam. Fasti Verrii Flacci sic: M? Valerius M. F. M. N. Maximus M? Octacilius C. F. M? N. Crassus. Scribe etiam *Οκλαγίλιον*, ut pag. xx.

21. 8. *Ἐτοί τοῦτο Ρωμαῖοι τοῖς πάντας τετταρες παραπέδου Παναγίνη.*] Mos hic fuit Reip. Rom. antiquus & perpetuo servatus, ut statim post creatos Coss. & Prætores, de provinciis eorum deliberatio proponeatur in Senatu. Simul soliti statuere Patres, quot legionibus Resp. esset administranda sequente anno: id quod Livius in historia singulorum annorum diligenter interdum annotat. ut libro xxvii. *Una et viginti legionibus defensum Imperium Romanum est.* initio xxx. Viginti

Viginii omnino legionibus & clx. navibus longis res Romana eo anno gesta. libro sequente: Sex legionibus Romanis eo anno usq[ue] Resp. erat. lib. xxxiv. placuit octo omnino legiones essent. Vides pro conditione temporum alium atque alium fuisse legionum numerum. Polybius tamen qui multis post annis scribebat, videtur dicere, quotannis quatuor duntaxat legiones solitas conscribi. Sed loquitur auctor de antiquo Pop. Rom. instituto, quod multo ante obtinuit quam ex Italia pedem efferrent Romani. Solebant enim, si quod bellum esset gerendum duas legiones uni Consuli assignare: atque hic erat quem vocabant Consularem exercitum. fin bellum esset periculosius, & majoribus gerendum viribus, binæ ambobus Cosl. legiones tradebantur. Hæ sunt quatuor legiones quas hic ait Polybius & iterum libro iii. pag. cccxi. & Flavius Vegetius libro iii. cap. primo. Et si autem majoribus copiis fuit Romanis opus, ubi eorum crevit imperium; manit tamen nihilominus institutum vetus, semperque justus & legitimus modus Consularis exercitus fuit duarum legionum: quibus tamen alias adjiciebant prout res & tempora videbantur posse. Sed praeter Consulares exercitus ordinarios fuere persæpe alii quos Proconsules aut Prætores regabant, aut alii quibus extra ordinem imperium esset demandatum, ut in Scipione Africano est factum, atque aliis. De numero militum in quaque legione vide ad librum tertium & sextum. Sed & jam ante dictum, legiōnē Romanā quæ R̄hegii collocata fuerat præsidio cīcīcīcīcī militum fuisse: quem ea ætate esse numerum scribit Polybius.

21. 14. αἱ τὰς ἀφίσαιμα πόλεις αφοτίζεις Ρωμαῖοις.] Zonaras de his consulibus scribit: Διγένειον δὲ τὸν πόρον ὑπερβαίνει, τολλάς ὁμολογία παρεῖσθαι. insulam per vagantes, modo junctis copiis, modo divisis, multos populos ad deditiōnem compulerunt. Sed rei gestæ ordinem pete è Diodori Eclogis è libro xxiii. Narrat ille tantam fuisse tum Sicilia tota consternationem, ut lxvii. urbium populi simul deditiōnem fecerint, atque hæc est Διγένειον καθαπληξίς Siculorum quam hic vocat Polybius. Eutropius. Valerio & M. Octacilio consulibus in Sicilia à Romanis res magna gestæ sunt. Taurominitani, Catanenses & præterea quinquaginta civitates in fidem accepte sunt.

21. 17. ὁ δὲ Ἱέρων θεωρῶν τὴν Διγένειον καὶ πατέωντας τὴν Σικελιοτῶν.] Causas quæ Hieronem impulerunt, ut relicta Carthaginensium societate Romanis se adjungeret, duas affert Polybius, metum Siculorum, & admirationem virum Romanorum; adde tertiam ex Pausania, quod judicaret Hiero τὰ Ρωμαῖα βεβαιότευχος εἰς φιλίαν, Romanos in amicitia & fide servanda esse firmiores & constantiores. non est omnibus fides Punica, vel potius perfidia. Pausanias non tam sua

sua voluntate Hieronem consilium istud scribit iniisse, quam Syracusani impulsi. οὐτεοὐρι frequentis Polybio vox in summa consternatione animi & mutatione consilii. affert Suidas ex auctore incerto: τὸ Καρχηδονίων πόλιν κλαυθμὸν μὲν δικρύνων πεσεψήσαν οὐτεοὐρι μεγάλη τὸ σωτέριον ἐπέζη. allueti lectioni Polybii, non dubitabunt eu-
jus sint hæc verba.

21. 19. τὸ τάκτῳ καὶ τῷ βασικῷ τῷ Ρωμαικῷ σπαραγμῷ.] De numero jam dictum est. τῷ βασικῷ Romanarum legionum dupliciter potest considerari: in armis, & in genere pugnæ. Quum enim ex disciplina Tacticorum omnis exercitus dividatur, in βασικᾷ sive τάκτῳ, graviter armatos, & ψιλα ὄντα levem armaturam; in legionibus Romanis viliter & leviter armati paucissimi erant, graviter plurimi ac ferè omnes. jam ipsum armorum & πενονδιας Romanæ pondus fane grave, maxime propter pilum & scutum, de quibus libio sexto. hic passim apud Livium, grave agmen legionum; & gravitas armorum, quum de legionariis Romanis loquitur. Sed & genus pugnæ qua plurimum usq; Romanæ acies, habuit βασικόν & pondus. Ut enim phalangis Macedonicæ, sic & legionum pugna fuit stabilis, militibus & suo & armorum pondere in hostes incumbentibus. Græci Tacticæ & historici hoc dicunt τῷ βασικῷ σωτεῖτες, vel ἀγνῶν μάχεσθ, & ἔξαθαι τῷ βασικῷ. Latini pondere pugnare, item, ala & umbonibus pulsare: quo de genere pugnæ multa alio loco sumus dicturi.

21. 21. ἐπικυδεσέργες εἰραγῆσι τὸν Ρωμαικὸν ἐπίποδα.] Quibus res sunt in bello magis secundæ, eos Polybius solet appellare ἐπικυδεσέργες, & eorum spes ἐπικυδεσέργες dicere: Proprie κοῦδος gloriā significat: sed in his loquendi generibus fortuna melior intelligitur, non major gloria. Infra hoc libro: δεκάνταν ἢ τὸν Καρχηδονίων ἐπικυδεσέργες ἐλπίδας ἔχον οὐδὲ καὶ τὸ πόλεμον. Libro II. ἐστι μικρὸν ἐπικυδεσέργες ἐργατῶν ἐλπίδας οὐδὲρ διαμονῆς εὐ Κλεοφύται. sic libri xvi. initio. Paullo aliter lib. v. ὃ ἢ Περιηγήσις ἐπικυδεσέργουσι τὰς ἐλπίους καὶ τὸν ναυμαχίαν. legationum timemate cxli. τὰς περιηγήσυντος μάχας αὐτοῦδερίτες ποιεύτες, εἰς πάσας ἐμφυσον ἀπέλιτον οἷς ἐπικυδεσέργαν αὐτὸν γεγενόταν. Polybium imitatus est Onosander cap. xxxix. οὐδὲ γέ τὸν ἐπικυδεσέργη τὰ τὸν φίλων ὄντες ποτὲ σπατηγές διποτανῶν ἐμείσωσ. sèpe factum, ut res suorum que meliore loco erant ἢ νίκαια propiores imperator morte sua inclinaret, atque affligeret. nec multo aliter Xenophon libro v. Hellenicorum de Lacedæmoniis: quos ait per pacem Antalcida legato factam, πόλιν ἐπικυδεσέργες γένεσθ. hoc est meliore fuisse conditione, quam ceteros Græcos, & ad majorem fortunam adipiscendam plura præsidia habuisse. Nicetas Choniates libro II. κατέβασεν εἰς εἰλίφθειαν τὴν Σαγανᾶ τὸ δέ, ἢ Ρωμαιοῖς πάντις κυδεσέργη ἐγένετο.

21. 31. *τὸν καὶ τὸν τὸν αὐτὸν σπανίωδε πόλεις ἑρδεῖσον γεγονέναι τῶν ἐπιπόλειων.*] Nihil hujus invenio apud alios præter unum Zonaram. Is auctor est Claudius Caudicem superioris anni consulem, quo minus Syracusas obtidio ne premere posset, commicatum reique frumentariae inopia, & valetudine exercitus, quæ sere inopiam sequitur, suille impeditum. *τὸν πόλεων παῖδας αὐλάρας μὴ δικαιοδόπινοι, τὸν τὸν αγορεῖον διέχεις τὸν πόλειν τὸν οἰκιαν, καὶ τὸν πόλειν τὸν σπάνιον αὐταρέσην.*

21. 37. *ποιοσίμοις ἢ συνήργεσ, εἰδὲ τὰ μὴ αὐχαλα.*] Primum hoc fœdus est, quod Romani cum transmarino populo arma sua prius experto fecerunt. Fœderum varia genera libro tertio accurate exponimus: de isto potest dubitari, ad quod genus pertineat. sed hæc quoque dubitatio ibi est exposita. Ostendimus, neque ex æquo factum hoc fœdus, ut inter pares bello solet: neque item eo modo quasi vietiis leges dicerentur. mixti igitur generis esse; quemadmodum & contrahentium anceps quedammodo nec satis explorata fuit conditio. nam neque Romani pro victoribus, neque Hiero pro victo satis justis de causis haberí potuerunt. Sanè rex Hiero ad pacem hanc petendam non prælio victus animum applicuit: (etsi non desunt scriptores Latini qui id perhibeant) sed animo. Quare verum in Hierone est compertum quod docet Polybius libro tertio, eam pacem solere esse firmam, quam potentior init cum eo qui certo apud animum suum statuat, imparem se hosti suo esse: quod Polybius eo loco appellat *τῆλες τοῦ ψυχᾶς.* Igitur Hiero homo singularis prudentiæ, & Politicus insignis, ubi primum animadversis Pop. Rom. viribus imbecillitatem virium suatum agnovit, & fecit statim pacem cum Romanis, & semel factam constantissime semper deinceps servavit. Porro ubi æquo fœdere sit convention, utraque ex parte conditiones proponuntur: ubi superior cum inferiore paciscitur, solent ut plurimum à parte duntaxat altera conditiones fieri.

21. 38. *εἰδὲ τὰ μὴ αὐχαλατοῖς γεωτὸν λύτραν διπλέναι τὸ βασιλεῖον Παραράσιον.*] Duæ conditiones hic proponuntur ab Hierone præstandæ, ut sine pretio captivos è Romano exercitu, qui penes ipsum fuerunt, reddat: & ut centum argenti talenta pendat. Tertiæ conditionem adjicit Zonaras, ut urbes Romanis restituat, quas illis eripuisset: easque conditiones ab ipso Hierone oblatas ait, non autem Romanos exegisse tanquam à victo. *οἱ Ἱέρων, inquit, φοινίθεις διεκπερυσθέοισι οφίς, τὰς τε πόλεις ἡσιεθέοισι διπλέσθεις. καὶ γενίματι τοιχουρμός, καὶ τὰς αὐχμαλώτες ἐλευθερών. καὶ ἵτουζεν ἐπὶ τοτεις πανεύλων.* Apud Diodorum eadem conditiones duæ: sed hoc notandum in ejus narratione non perpetuam pacem inter Rom. & Hieronem esse factam, verum ad tempus tantum, & spatium annorum xv. *συνέτενε εἰρήνην ἔτη ίε.*

λαβόντες δραχμῶν ἴση. μυειάδας, καὶ τὸς αὐχμολάτες δύοδον.

21. 40. Δρωεῖς ἢ πεντένα ταῦλαντα τότοις ἐκατίν.] Diodorus modo, drachmarum millia centum & quinquaginta, hoc est, talenta viginti quinque. absurda summa, neque Romanæ cupiditati & opibus Regis Hieronis parum conveniens. Sed videtur sciipsisse Diodorus δραχμῶν ν. μυειάδας, hoc est quingenta millia drachmarum, quæ summa ad Polybianam proxime accedit. nam centum talenta conficiunt drachmarum sexcenta millia, sive μυειάδας ξ. quæ vera fortasse est apud Diodorum lectio. Eutropius duplo majorem summam facit. Hiero, inquit, cum omni nobilitate Syracusanorum pacem à Romanis impetravit: deditque argenti ducenta talenta. idem numerus apud Pænium & Orosium libro iv. cap. vii. ex sunt drachmarum μυειάδες ρχ'. duodecies centena millia. Sed Orosius etiam in hoc à ceteris dissentit, quod tertio anno ejus belli hæc ait accidisse, non ut alii secundo. Porro quid vicissim Romani Hieroni promiserint hoc fœdere, minus clare mox Polybius, perspicuè verò Diodorus ostendit: cuius verba obiter illustrabo: sunt enim depravata: Sic ille: κνειδέν Συρακουσίοις καὶ τὸν αὐτὸν πόλεων, Ακραν, Λεοντίων, Μεγαρέων, Αἰλάρων, Νεαπόλεων, Ταρεγαθριών. initio deest aliquid. potest sententia integrari si scribas κνειδέντες εἰσ. nempe οὐείδεντες Ρωμαῖοι Ιέρων. Sensus est: Romanos vicissimi spopondisse Hieroni, se liberum illi imperium relieturos, in Syracusanos & omnes civitates, quæ Syracusanis solitæ parere. Nævius belli Punici lib. vii. de pace.

Convenit regnum simul atque locos ut haberet.

nempe Hieroni. In nominibus urbium imperii Syracusanī, quædam sunt animadvertenda apud Diodorum. Ακραν periperam scribitur pro Ακρέων, vel Ακραιῶν, Acrenes Plinio. Acran habet Stephanus, à Syracusanis conditam. sed Αντεῖ legendum, non Αντεῖ, vel Αντεῖας, ut malereditur apud Ptolemaeum. Thucydides libro v. Ακραν καὶ Καρδυαὶ τὸ Συρακουσιῶν φίληππον, & ita semper apud nobilissimum illum scriptorem. Αἰλάρων pro Ελωειτῶν nisi fallor scriptum. Elorus urbs Siciliæ, ut antea dicebamus, non obscura. Ηλοὶ in ea quod sciam nulli, τὸ Εθνικὸν etiam aliter formatur, ut in tertio contra Verrem, *Archonidas Elorinus*. Potest etiam legi Παλαιεῖτῶν: nam & Ptolemaeus in eo tractu Patiorum urbem commiemorat. Corruptum etiam est vocabulum Νεαπόλεων: lego Νεαπίνων, Ptolemaeus: Νείζεν, Μεγαληπόλεις. Cicero libro quinto in Verrem, & Plinius Netinos vocant in hodiernis libris: cæteri qui à Diodoro nominantur noti vulgo sunt.

21. ult. ὃ ἢ βασιλεὺς Ιέρων ταῦσεῖλας ἔστεν τὸν τὸν Παραγάγον σκέψων.] His verbis declarat Polybius, quod in conditionibus fœderis modo prætermiserat, Romanos patrocinium Regi Hieroni vicissim promi-

promisisse. τὸν δὲ τὸν οὐεῖτον propriè de eo dicitur. qui parietū se applicat, vel arbori ad suffugium imbris aut solis, vide quæ notamus libro iv. ad paginam cccxc. de verbo τὸν οὐεῖτον. Plutarchus in Themistocle τὸν οὐεῖτον pro eo dixit. Livius umbram dicere solet quod hec Polybius οὐεῖτον, ut libro xxxii. quia sub umbra auxilii vestri latere volunt, in societatem vissram confugiunt. libro xxxiv. Erant autem eo tuiiores quod sub umbra Romane amicitie latebant.

22. 2. η γραμμὴν ἀεὶ τότε εἰς τὰ κατεπένθετα τὸ πλαγιαῖτων.] Livius libro xxi. T. Sempronius Cos. Messanam venit, & fretum intranti Rex Hiero classem ornatam obviam duxit: pollicitusque est quo animo priore bello popu'um Romanum juvenis adjuvisset, eo senem adjuturum, frumenta vestimentaque se legionibus consulit, sociisque navalibus gratis prabiturum. Hujus liberalitatis sive officiū Romanis ab Hierone præstigi plura exempla apud eundem Livium ac Polybium commemorantur.

22. 3. ἀδεῶς ἐποίησε τὰν Συγκατοίων τὸν μετέπειτα χρόνον.] Auctor T. Livius Hieronem postquam sub umbram se recepit Romanorum, quinquaginta annorum vitam feliciter egisse. lib. xxiv. Hieronis potius quam Hieronymi auctoritatē sequendans in sociis legendis: & quinquaginta annis feliciter expertam amicitiam Romanorum, nunc incognitæ Pænorum, quondam infideli preferendam. libro xxv. non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia eorum qui Syracusas tenuerint, erga populum Romanum esse. Ex iis quæ ante diximus satis constat Hieronem post impetratam à Romanis pacem, annos solum XLVIII. in viuis egisse, non L. Totum autem in spatium vixit ἀδεῶς, ait Polybius, id est, secure, quod ad seditiones civium & interna mala attinet: nam ab hoste externo non semper fuit securus. Ex historia Livii xxii. apparet, regnum Hieronis & Syracusanam oram à classe Punica aliquando fuisse vastatam: cumque Romanorum opem implorare esse coactum.

22. 5. φιλοσεφανῶν η φιλοδιξῶν εἰς τὰς Εὐλύνας.] Verba φιλοδιξῶν η φιλοσεφανῶν cum effectu accipienda. non enim hoc solum vult Polybius, fuisse Hieronem gloriæ studiosum, & coronarum Graecanicarum cupidum: sed illa fecisse eum, & iis studiis animum applicuisse, quibus dediti qui sunt, gloriam apud Graecos, & coronas velut honoris debiti testimonium soliti sunt consequi. Graeci eos qui pro scopo vitae & actionum omnium suarum sibi proponunt honorem φιλοπίτες vocant, & φιλονέλες; Aristoteles πλάκητες γαστρίτες. Sed quum varia sunt instituta quæ gloriam concilient, Hiero per liberalitatem & magnificentiam ad laudem est gratus. De magnifica illius liberalitate erga Romanos antea diximus, & multa Livius commemo-

rat. sed & civitates alias suis beneficiis demeruit, ut Rhodiorum, teste Polybio libro quinto. item Reges, ut Ptolemaeum Ægypti, cui navem admirabilem frumento plenam, quum eius inopia Ægyptus laboraret, dono misit. Idem Rex Archimeli poëta epigramma quod in navem illam stupendam scripsit, mille modium tritici munere est prosecutus, idque demum suis impensis in Piræum curavit devehe du s. auctoꝝ Atheneus libro v. observat. Philosophus in iv. Nicomachorum, vere magnificos illis potissimum impensis delectari qua ipso genere sint honorificæ. ejusmodi autem esse donaria consecrata, ædeis sacras & sacrificia: aut quæ ad deum honorem quovis modo referuntur, vel ad publicam civitatis gloriam. ἐπὶ δὲ, inquit, τῷ διαπανημάτῳ τῷ μεγαλοπρεπεστίᾳ οἷς λέγεται τὸ πέμπτον, οἷον τῷ αὐτῷ τὸς γερές αὐτόν τοις καὶ κατεύθυνται, καὶ θυσίαν ἡ καὶ ὅσα τοῖς πᾶσι τῷ δαιμόνιον, καὶ ὅσα τοῖς σιτηραῖς κατεύθυνται εἰσι. Hæ magnifici hominis notæ in Hieronem omnes competierunt. de quo Atheneus. Οἱ δὲ προσωποὶ Συρακουσίων βασιλεὺς, οἱ πάντες Ρωμαῖοι φίλοι τοῦ επανδρίου μὴν αὐτοῖς ιερῶν, καὶ γυναικῶν κατεύθυνται. Λοιπὸν δὲ τῷ αὐτῷ ναυπηγίᾳ φίλοι προτερευτοὶ καὶ πανηγερικοὶ βιώσας. Quum autem Hieron erga omne genus hominum, maxime autem erga Romanos munificus fuerit, quare Polybius illa addidit, εἰς τὸς Ελλήνων: aut cur non potius dicit εἰς πάντες τὸς αὐτοῦ τοις καὶ πρωτεύοντος καὶ ιδίᾳ? Ratio est quia Græci homines, ceteros mortales pro Barbaris habebant, neque tanti faciebant ut laudem apud illos consequi magni aestimarent. Propterea Reges & dynastæ qui studio laudis ducebantur ingentibus beneficiis famam inter Græcos parare sibi soliti: eratque ea persuasio Græcorum; cuidam suæ gentis prærogativæ hoc quasi tributum deberi ab omnibus bonæ & magnæ famæ cupidis. Vide quæ de ea re differit noster libro v. pag. Dc. Propterea Rex Antigonus, quum Demetrium filium classem magna instructum ad Græciæ liberationem mitteret, ἔλεγε, ait Plutarchus, τὴν δέξιαν ἀπερι δέποτε σκοπῆς τοῦ Ελλάδο εἰς τὴν οἰκουμένην πυρσόν: dicebat gloriam è Gracia velut è quadam speculâ in universum orbem lumen suum transmittere. Hinc istud loquendi genus, & similia apud auctores multa, ut φίλοπατεῖος εἰς τὸς Ελλήνων apud Plutarchum de Alexandro & Tito Flaminio: & in septima historia Thucydidis: καὶ λὸν σφίσιν εἰς τὸς Ελλήνων τὸ άγνωστον φανεῖται.

22. 8. καὶ τολεῖσθαι καὶ οὐδὲν δύο λεπτά κένταρον τῆς ιδίας δύσπελιας.] Non semper evenit in vita humana, ut qui prudentissimi vulgo censentur,

tur, iidem sint & fortunatissimi. nam & prudentiam s^epe appellamus mortales, quae recte aestimantibus mera stultitia dici mereatur: & felicitatem divino munere hominibus contingere, atque ut cum Aristotele dicam, τὸν διδαγμένον εἶναι θεότερον, ut meliores literas taceam, humana quoque sapientia & quotidiana experientia docent. Aeschylus divinus versus est: Θεοὶ δὲ οὐδεὶς οὐδεῖν βεγγέτες. *Donum Dei est mortalibus felicitas.* Propterea Polybius hac nunc utitur ἐπιστολή, observatque Hieronem unum e paucis fuisse qui fructum suā prudentiæ tulerit felicitatem eamque valde diuturnam. Solet hoc quoque interdum usūvenire, ut qui sapienter prudenterque vitam instituant, his tranquilla, & pro sua forte beata vita contingat. Iccirco celebratur Heracliti vox, ἡθοὶ αἱθρίπτοι δεύτεροι, quae unicuique mortalium suos pro Genio mores affimat esse. Latini sophi, hoc voluēre quum dixerunt, Sapientem fingere ipsum fortunam sibi: & Fabrum esse suæ quemque fortunæ. Porro ejus prudentiæ & διδαγμάτων quam in Hierone commendat heic Polybius, multa simul data ab eo sunt argumenta, quum repudiata societate Carthaginensium, ad Romanorum amicitiam velut in tutissimum portum in ture confugit. Illis temporibus, ut si unquam alias, vigebat in populo Rom. virtus, integritas, & super omnia fides: apud Pœnos contra, dolus, perfidia, & Barbara quedam crudelitas. Quod igitur post prima statim experimenta virtutis Romanorum, eos sibi præoptarit Hiero amicos quam Carthaginenses, quorum erat vetus in Sicilia, & tunc quoque amplissimum imperium; quanta in eo facta prudenteria, quanta judicii rectitudo? Jam quod integer potius quam vietus pacem fecit, & rationem quam fortunam sequi nialuit, quis negabit summæ esse prudentiæ? quod in vita difficillimum est, scivit Hiero vinci. qua de re præclarè Politicus noster philosophatur libro eodem, in bello hujus Punici fine. Fides vera & constantia ejusdem in conservanda Pop. Rom. majestate laudari satis pro merito non queat. quum præsertim ea mox & deinceps persæpe secuta sint tempora, quæ ejus constantiam eximie probarent. Quot & quantas clades populus Rom. bello Punico primo, & secundi initio sit perpersus, nemo nescit. Solent adversa hominum voluntates, & abdita mentium nudare. Hieronis propositum & constantiam in suscepta semel amicitia Romanorum, non Reguli calamitas, non Claudii naufragium, non Thiasymenus, non Trebia, postremo ne Cannensis quidem dies potuit labe-factare. Mansit inconcussa illi fides, etiam tunc quum & in Italia & extra Italiam omnes Pop. Rom. socii & amici ad Pœnos fortunam secuti inclinabant. ne domus quidem Hieronis tota (verba sunt Livii) ab defectione abstinuit. namque Gelo maximus stirpis contempta nimul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate

ad Poenos defecit. Hiero tamen nihilo fecius immotus stetit, ceu Marpesia quædam cautes, eique etiam tunc fides constituit: quam etiam ad extremum vitæ constantissime servavit. Quemadmodum autem suæ constantissimæ fidei grande præmium tulit hic Rex. sic nepos illius Hieronymus (nam Gelonem hujus patrem inter initia novorum consiliorum mors opportuna absumpsit) imprudentia & perfidia erga Romanos pœnæ confessim luit gravissimas. brevissimo enim tempore & vitam simul & avitas opes amisit, qui quidem regnum potentissimum, Hieronis virtute partum, prudentia ætum & diutissime conservatum, malis ipse consiliis intra annum unum funditus evertit. Adi ad Livium libro xxiv. Tulit omnis ætas similia his in utramque partem exempla veris Politicis diligenter adnotanda, & maturo judicio expendenda. Mihi vero videtur fortunæ Hieronis nulla unquam fuisse similior quam Massanissæ & Attali, qui ætate proxima vixerunt. uterque constantissima erga Pop. Rom. fuit fide: uterque suis opibus simul prudenter simul magnifice utendo, effecit ut regno dignus videatur: uterque sub Rom. nominis umbra diutinam tranquillitatem obtinuit. hoc uno uterque felicior Hierone, quod regnorum suorum possessionem ad stirpem alteram aut tertiam transmiserunt.

22. 14. λοιπὸν εἰκόνα πάντων ἐνεργοῖς ἐξαιρέσθαι εἰ Ρωμαῖοι τὰς δυνάμεις.] Observetur hoc loco prudentia Romanorum excellens: qui ne numerosiorem, quam res desideraret, exercitum alerent, simul ac numerus hostium est imminutus, etiam ipsi legionum numerum altera parte imminuunt. Rationem consilii mox subjicit Polybius, ut copiis quæ restarent in Sicilia, major esset rerum necessiarum copia. Tenuerunt igitur institutum suum, de quo Vegetius libri 111. initio. Veteres qui remedia difficultatum experimentis didicrunt, non tam numerosos quam eruditos armis exercitus habere voluerunt. Norant nempe Romani, quod docet idem alibi: *Sapius, inquit, penuria quam pugna consumit exercitum, & ferro sevior famæ est.*

22. 27. δι' ἣς αὐτῆς φθελερεῖν διακόσιους τῆς πολεμίου.] Familiare verbum Polybio, αὐτεφθελεῖν: quod locutione proverbiali de iis usurpatum qui rem non parum difficilem, nec periculo carentem auident: quod poëta dixit, ταλῶντας εἰς ἀπαίδειας, sustinere aliquam redi oculis intueri. dicitur & de personis, & de rebus. Similis significatio vero αὐτεφθελεῖν. inde illa proverbialis item locutio αὐτεφθελεῖν τῇ αληθείᾳ, oculos contra veritatem attollere, sive palam veritati resistere. Isidorus Pelusiotes libro iv. epistola ccxxv. εἰπούσας οἱ ἐχθροὶ τῇ αληθείᾳ αὐτεφθελεῖν σὺν ἐπόλυποσι, τῆς οἱ αποτίσσων τῆς ἡλίου φωνεψερεγεις περιγένονται. Syncellus peregrino, loquens de eo qui magistratum emerit: αἰς σὸν εἰκόνας γε αὐτῷ οὐφεγέρθην βλοσυεγεις ὁ φθαλμοῖς αὐτεφθελεῖν γένοσις.

22. 29. διὸ καὶ ἔνολογόστεις εἰς τὸ ἀληπίειον χώρας.] Ex oppositis trans mare regionibus. Solent dici geographis αὐληπίειον καῖδης, quæ non solum flumine medio aut mari dividuntur, sed etiam è regione sibi invicem opponuntur, ut Rhegium & Messana, Sestus & Abydus, Rhium & Antirrhium. hoc pacto Carthagini opposita est Hetruria. sed Polybius heic latius accipit, & oram totam considerat, universæ Africæ, non soli Carthagini adversam, & ut geographi loquuntur, αὐληπίειον καῖδην.

22. 33. ἵπατες ἢ ναὶ τὸ τῶν Ακραγαντίων πόλιν διφυεστήτων τοῖς τὰς αὐθικούσις.] Agrigenti opportunitates discas ex ejus situ, quem præter geographos fuse persequitur noster inferius in fragmentis è libro nono. Polybius hic vocat Βαρυτάτην πόλιν τῆς. sic solitus appellare urbes omnes quæ sunt suæ provinciæ capita. Latini rarius urbem gravem dicunt.

22. 37. εἰς τῶν τοιχίων οὐκέποιον τάπεις χορηγεῖσα.] Melius scribetur τὰ χορηγια. nam aliud est χορηγεῖσον, aliud χορηγίον, quod idem significat ac χορηγία. utitur eo Polybius aliquoties. In fragmentis è Suidâ: μὴ οἷον καὶ τύλαττας τὰς αὐθικούσις η τὰ χορηγιας αὐθικούσις στρατεύδοις, μηδὲ ἐπὶ ταρσίων, αὐτὸν τοιχίων δεκ' οὐεράτης ἐγράψει φόδια. Romani non solum apparatus & commenatus omnis generis mari legionibus subvehebant & opera jumentorum, sed ipsos etiam milites decem dierum cibaria in peris habere jubent. At χορηγεῖα sunt ipsa horrea, ubi condita militaria affervabantur.

22. 38. ὄρμητειον καίνοτες χεῖδης ταῖτη τῇ πόλιτι τοῖς τὸ πόλεμον.] Ορμητέον Græcis est instrumentum motus, ut αὐθιτέον instrumentum sensus. Barbari sensorium dicunt. Docent autem rationes Physticæ, motum omnem fieri incumbendo in partem quæ non movetur: ἀδικιάζεις καὶ εἶδος μηδενὸς ἡρεμεῖται ait philosophus. semper igitur in corpore quod movetur, pars sit aliqua quiescens oportet, unde existit ὄρμη & principium motus, sive totum moveatur sive pars. Aristotelis verba sunt in libro De motu animalium. τὸν αὐτὸν ἔνεστον τὸ δεῖ ἔχει ἡρεμεῖν ὅτε οὐ δρχόνται καὶ τοῖς ἐστι, οὐ τοῖς διαπεριστόμοντον, οὐ δέλταν ἀπόστροφον κατεύθυντα, οὐ καὶ μέρος. Plane haec faciunt ad vim deciarandum & usum ejus, quod in re bellica appellant Græci aptissimo vocabulo ὄρμητειον. Etiam exercitus quoddam est corpus: & militaris expeditio motus est hujus corporis. quemadmodum igitur in motu naturali opus est parte aliqua quiescente cui innititur illa quæ movetur: sic prorsus in bellicis expeditionibus: quoties naturam ars & humana industria imitantur, loco est quodam opus tuto, securō & quieto, unde miles in hostem profiscatur. hoc est quod Græci ὄρμητειον vocant. Latini modò receptaculum, modò arcem, aut arcem bellii, modò sedem. Tacitus, sedem bello, Annalium lib. xiv. quod verbum est significantissi-

ficantissimum ut ostendimus, & convenientissimum. Livius libro xxiv ad oppugnandam Uticam omnes belli vires convertit. eam deinde si cepisset, sedem ad cetera exsequenda habiturus. Qui sciunt quare olim dixerit Archimedes, δὸς πόλει τὴν γῆν καὶ τὸν, non ignorant quam vim habeat vox sedes in hujusmodi re. Græci etiam πολεμητέον vocant. Polybius libro iv. pag. CCCCLXIV. ορθόσου ἐπίκειται τοῖς Αχαιοῖς τε καὶ τοῖς Αργείοις καὶ πολεμητέοντος ὑπῆρχε τὸ Ηλείας ἀσφυλὲς καὶ ποτέ τούτῳ πάλιν κρυπτήν, εἰκετεῖ τοὺς μὲν Αργείων περιεῖδε, καὶ τὸν Ηλείων ὄμητέοντος ὑπώσχει τοῖς συμμαχοῖς δύνασθαι. Locum hosti imminentem, & opportunum ad illi occendū, cuiusmodi sunt quæ in muniendi arte vocantur ἵπτειχισματα, appellat πολεμητέον & ὄμητέον, hoc est sedem belli, unde excursiones fiunt in adversarios. Loca eadem quatenus tutam præstant nostram regionem ab repentinis incursionibus hostium vocantur απειχισματα & αποπλεμητία. Sic Diodorus in xiv. Rhedium ait esse αποπλεμητίαν τὸ Ιππαλίας. Etiam in arte poliorcetica, moles illæ & turres quæ in obſidionibus urbium exſtruuntur, ut tela in obſeffis è loco ſuperiore mittantur, ὄμητέα dicuntur. Paraphrastes Græcus Nicomachorum, quem prætantissimo viro Danieli Heinio debemus lib. v. cap. viii. οὐδὲ γὰρ τὸν εργατικὸν ἔλεπόλεις ναζαρεῖοντα πολεμῖντα καὶ ὄμητέα εἰς πολιορκίαν οἰνοδόμῳ ἐργάζειν τὸ τείχος. Uſum & utilitatem ſummam harum exſtructionum ostendit doctoſor incomparabilis oratione quæ ad uſus bellicos pertinent Julius Cæſar in ſecundo De bello civili, & Maffiliæ obſidione: *Est animadverſum ab legionariis qui dextram partem operis admiſtrabant ex crebris hostium eruptionibus, magno ſibi eſſe praefidio poſſe, ſi pro castello ac receptaculo, turrim ex latere ſub muro feciſſent: quam primo ad repentinos incuſus humilem parvamque fecerant: huc ſe referebant: hinc ſi qua major oppreſſerat uis propugnabat, hinc ad repellendum & prosequendum hostem procurebant. præclare iſta explicant & vim vocis ὄμητέον & rem ipſam.* Aeneas in libro De toleranda obſidione, multis verbis diligenter monet ut loca illa quæ naturam ejusmodi habent, mature occupentur; & rationem hanc affert αἴσι τὸ μάκροδι πλεονεκτικῶς, ut cum tuo commodo & hostis incommodo pugnare valeas, & ut statim ſubjicit, αἴσι τὸ μάκρης εἰς τὸ χωριό τετταράρομενῳ. Hoc & alios præterea uſus præstat ὄμητέον in obſidēis urbibus: plures & maiores quod ad ſummam belli totius paretur, ut hoc loco Agrigentum. Vegetius libro III. cap. III. *Anteaquam inchoetur bellum, de copiis expensisque solers debet eſſe tractatus: ut fabula, frumentum, ceteraque annonaria species, quas à provincialibus consuetudo depositis matutinis exigantur, & in opportunitate ad rem gerendam ac munitissimis la-*

615

cis amplior semper modus quam sufficit aggregetur. Græci loca hujusmodi & belli sedes unde moventur omnia, appellant etiam κέντρα, quasi dicas cardines in quibus rei totius summa vertitur. Josephus libro ΑΛΑΩΤΕΩΣ II. cap. xxviii. ἡ Αἰγυπτοῦ τὸν Παρθίων ἡγεμονίαν σὺν αὐδοξεῖ, καὶ τοι πλαίσιον δύνασθε κέντρον ἔχεσθαι τὸν Αλεξανδρεῖαν; nam hoc vult; Aegyptum vel ea re ad rebellionem posse sollicitari, quod res novas inoliens, Alexandriam habitura sit arcem belli atque sedem. Non multo aliter in disputatione de motu animalium, flexiones unde existit motus principium, κέντρα philosopho appellantur. τὰ ξῶα, inquit, ὥστε κέντρῳ γένηται τοῦ νομοῦ. Affine est κέντρον βόσκειν sive βαρύστερος apud Archimedem, & ejus interpres. Porro vox ὄμητήειον venustè per translationem de rebus aliis usurpatum. Sic Isidorus Pelus. IV. Epistolarum, in LXIV. dixit Christum, qui humanum genus restauravit, τὸν οὐρανὸν ὄμητήειον δέσποτον δινόμιον, id est carnem sive naturam hominum virtutis sedem aut arcem constituisse, unde totiorum bonae actiones profiscantur. epistola autem cxxxvii. quærens & quinam illi sint violenti, quos ait Dominus rapere regnum cœlorum: eos ait esse, qui corpus suum jejuniis, temperantia & cætera omni virtute cum quadam violentia domantes & legibus spiritus subjicientes reddiderint ipsum, διλέσοντες ὄμητήειον δέσποτον. sic & epistola CLXIX. Philotheus Patriarcha in laudatione Baulii, Gregorii Naz. & Chrysostomi; loquens de duobus posterioribus qui fuerunt Patriarchæ Constantinop. οἱ δὲ αὐτοῖς, inquit, οἱ εἴς αὐτοὺς ὥστε εἴς αὔτηντος οὐτε περι οὐτε ὄμητήειον τῷ Σείᾳ λογῳ οὐτε τοῖς διδοναλίαις τὰ διοκεμένα παρείλασθον πέριττο.

III. Belli Punici primi annus tertius, & Agrimenti obſidium.

23. I. Οἱ δὲ μὲν τέττας καταστάσεις Λαζηοῦ Ποστουμοῦ καὶ Κοΐρτοῦ Μαμίλιοῦ.] Anni hujus Coll. preduntur in Fastis Verrii sive Capitolinis, L. Postumius, L. F. L. N. Mogellus, Q. Mamilius Q. F. M. N. Vitulus. Utrique provinciam Siciliam esse decretam scribit Polybius: qui tamen paullo ante dixit, Romanos ad res in Sicilia gerendas, post datam Hieroni pacem, unum tantum Consularem exercitum, sive legiones duas decrevisse alere. Sed videntur Patres sententiam mutasse postquam illud accidit quod in fine superioris anni scribit noster; Carthaginenses ubi viderunt Romanos res Siculas serio capeſſere novos delectus habuisse, & longe acrius in belli hujus curam incubuisse. Hoc igitur anno utrique consulum attributum fuisse consularem & justum exercitum, vel eo potest intelligi quod narrat Diodorus: cujus verba mox subſiciemus.

23. 9. Φέρεται ἃ πάντα τῷ σπαθίμῳ τοῖς αὐτὸν τὸν Αργιγείαν
αποσύρεισαν.] Diodorus de hac obsidione: Οἱ πολιορκηθεῖς Αργιγείαν
τὴν πόλιν οὐκ τοῖς Ρωμαίοις, ἐν τῷ φερεποιεῖσθε, ἐν τῷ χώρῳ βάλοντες
δέκα μυριάδες ἵπποχον. Eruditus interpres ita hunc locum vertit: Ro-
manorum qui Agrigentum obfederunt, fossisque factis vallum je-
runt, centum millia erant. Cui persuaderi poterit Romanorum in ea
expeditione fuisse centum millia? Existimamus nos quidem cum duo-
bus consulibus binos consulares exercitus adfuisse, eoque justos ac ple-
nos: sed in quatuor legionibus, etiam si auxilia numeres, plures non
fuerunt milites illis utique temporibus quam octo & triginta millia,
idque ad summum. Ad hoc Diodorus non dicit: verum istud potius:
Illi qui Agrigentum cum Romanis obsidebant, fossas facientes &
vallum oppidum cingentes, centum millia hominum erant. Vide quam
diversam sententiam aliud agens vir doctus optimo auctori affinxerat:
nam Diodorus palam separat Romanum militem ab illa turba opera-
rum. hi sunt quos alibi λειτεργοὶ noster vocat & τὰς εἰπότις παρεπο-
μένους, ut libro IIII. pag. CCCXXIV. vide quae ad librum sextum de toto
hoc genere fuse differimus. Porro Agrigentum Pœni non multo aliter
amiserunt, quam ceperant anno tertio, vel ut Xenophon auctor est,
secundo Olympiadis XCIIII. obsidione septem mensium quot & ista fuit.
Lege primum Ελληνικῶν.

23. 16. ὥρην ταῦτα εὑρίσκεται οἱ σεργιῶται τοῖς τοι-
τολογεῖν.] Observetur heic primò Agrigentinorum sive Pœnorum
qui Agrigentum tenebant, peccatum: nam quum omnia conari pru-
dentes debeant, ut sibi sufficiat vietus, hostes frangat inopia, idque
maximum sit in omni inceptione consilium, sicut scribit Vegetius,
solent qui ad tolerandam obsidionem se comparant, quod inimicis in-
commodent, si tempus fuerit messis, segetes metere & in urbes con-
gerere, aut si minus queant, vastare & perdere. neque hoc præceptum
omiserunt, qui rei bellicæ observationes in artis formam redegerunt.
In libello egregio De toleranda obsidione, cuius nomen regii codices
non produnt, ita præcipitur. Θεοφίλειον ἢ δὲν καὶ τὸν χάρειον, καὶ μήπο
τοῖς θεοῖς μὴν ἔφεσσον, καὶ αποφανίζειν πάντα χρεῖαν τοῖς δύο ή τρισιῶν
ημερῶν Διασικάσαι, & μόνον, ἀλλὰ τῇ αὐτοράπων. ἵνα τῇ τετάρτῃ διαδυ-
μένοντι οἱ εχθροὶ πόνον τοῖς τὸν διαπάντας ἴπποις οὖτε. Agros metere
oportet, etiam si necdum ejus maturitas fuerit. omnia item quorum
aliquis potest esse usus, sive ad jumenta sive etiam ad homines ante
hostis adventum sunt perdenda & corrumpenda; ut etiam ea res ad-
versariorum frangat animos quum circa alimenta tantum fuerit illis
laboris sustinendum. Hoc igitur præceptum quum non observassent
Agrigentini, non defuerunt sibi Romani, quin stultitiam hostis in
summi commodum verterent, Polybius breviter hoc significat, quum
ait

ait Romanos, quoniam ab initio diuinam fore obſidionem apparet, ad frumentandum animo se accinxisse. Enimvero Romani milites rem prudenter provisam imprudenter exsequuntur, ut exitus docuit, & Polybius observat, quum ait, prorupisse illos frumentatum ἐνθυμότερον τὸν δέοντον, cupidius quam par erat: hoc est non exacte servatis disciplinæ militaris legibus, quæ ad populationes & frumentationes pertinent. Ejus rei præcepta, vel ad numerum frumentantium spectant, vel ad modum frumentandi. Quod ad numerum, est obſervare Romanos duces quando longius hostis aberat, neque ullius periculi erat suspicio minus diligentia ad hanc partem adhibuisse: vagari enim impune militibus etiam singulis peimittebant, quod Livius dicens solet effusis populationibus peragrare fines. Polybius τὰς περιφέγγες εἰπείν τοις καὶ τοῖς, libro iv. pag. CDLXVIII. At quoties metus aliquis erat ab hoste, modò manipulatim sive turmatim, modò per cohortes militem frumentatum mittebant, aut etiam si quid gravius hoste vicino timeretur, legionem unam integrum pluresve si res posceret; interdum copias totas sub signis ad has parvas expeditiones (ita vocat Livius) vel mittebat, vel ipsi Imperatores summi ducebant. Apud Livium libro XXIIII. Samnites ita loquuntur: *Magni dictatores cum magistris equitum, bini Consules cum binis exercitibus consularibus ingrediebantur fines nostros, antea explorato et subsidiis positis, et sub signis ad populandum ducebant: nunc prope unius et parvi ad iuendam Nolam presidii preda sumus. jam ne manipulatim quidem, sed latronum modo percursant totis finibus nostris negligentius quam si in Romano vagarentur agro.* Magnus Cæsar consuetudinem sibi fuisse scribit, etiam quum nihil admodum timeretur legionem unam frumentatum mittere. libro iv. belli Gallici. Dum eageruntur legionem ex consuetudine unam frumentatum misit, quæ appellabatur Septima, nulla ad id tempus belli suspicione interposita; quum pars hominum (de Britannis loquitur) in castris remaneret, pars etiam in castra ventitaret. Idem tamen alibi tres legiones à se missas commemorat. libro quinto. Meridie quum Cæsar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum cum C. Trebonio legato misisset. Ceterum dubiis rebus Cæsarem ipsum ire frumentatum non pigebat. Oppius sive Hircius De bello Africano: *Rusfini sarcinis exercitus relictit, ipse cum expedita manu proficiuntur circum villas frumentatum: oppidanisque imperat, ut plastra jumentaque omnia sequantur. paullo post. Itaque sine mora navibus eis in portum receptis, et advectis militum equitumque copiis, rursus ad cepidum Rusfinum rediit; atque ibi castris constitutis ipse cum cohortibus expeditus xxx. frumentatum est profectus.* Quod ad rationem modumque frumentandi & pabulandi, omnia paucis Livius complectitur, libro XXX. de nobili

nobili duce Romano scribens. *Nihil Marcellus ita gerebat, ut aut fortunæ aut temere hosti commissum dici posset: exploratò cum firmisque præsidio, tuto receptum, prædatum ierat.* Agathias scriptor elegans libro primo in hujusmodi expeditionibus ista præcepta docet obliterari solita à magnis ducibus. Primum est ξυρετεγνυθεις χαρην, ut non dissipatis sed servatis ordinibus & sub signis prædatum eatur. Alterum, εποππω θετησι της ἐπελάσεις ποιεῖσθαι, ne studio prædæ longius provehantur pabulatores: Polybius hoc vocat φέμενον τοῦ τοιούτου ιδίου μόνοφαλείαν. nam qui prædandi incontinentia tenentur, ii dum à suis munitionibus & subfidiis longius recedunt eadem opera propius hostem accedunt, & fortunæ salutem suam permittunt. III. της αναχωρήσεις εἰς την απόβασιν ποιεῖσθαι, αλλ' εἰς κρυψιαν. ut ordinati sub signis redeant pabulatores. IV. της ἐπιστοφύλακας εἰς την δέοντη χώραν φέμενον, ut stationes & subfidiū locis opportunis a tergo relinquantur. in reditu enim δημιουργίας non minus necessarii quam οὐρανοὶ in itu. V. præceptum est redeatur, εἰς αλαζονεῖς φάλαγγας την πομπήν καὶ την λεῖτην εἰς μέσον διπλαμέσανθεν: acie quadrata, & præda in medium ejus recepta: quæ usitissima est forma ducenti agminis: qua de re tota fusæ ad librum sextum. Semper autem interdiu, nunquam noctu, frumentatum ibant Romani duces: quod si quem noctu pabulatum proficiisci animadverterent, quia præter consuetudinem ficeret, pro magni timoris argumento, id habebant. auctor Cæsar belli civilis libro primo, cap. XIII. Livius libro XXXI. cl. dis exemplum non dissimile huic Polybianæ ita narrat. *Appius ingressus hostium fines, primo populationes satis prospere ac tuto fecit. delecto deinde ad castrum Mutilum satis idoneo loco addemetenda frumenta (jam enim mature erant segetes) profectus, neque explorato circa neque stationibus satis firmis, qua armate inermes atque operi intentos tutarentur possitis, improviso impetu Gallorum cum frumentatoribus est circumvenitus. inde pavor fugaque etiam armatos cepit, ad septem millia hominum palantia per segetes sunt cassa; inter quos ipse C. Appius profectus.* Adjiciam aliud exemplum è libro XLII. Romani demessis Cranonis segetibus in Thracum agrum transiunt. Ibi quum ex transfuga cognovisset Rex Perseus sine ullo armato præsidio passim vagantes per agros Romanos mettere; cum milles equitibus, duobus milibus Thracum & Cretensium profectus, quum quantum accelerare poterant, effuso agmine essent, improviso aggressus est Romanos. cuncta vehicula pleraque onusta, mille admodum capiuntur, sexcenti ferme homines. Habes & libro XXXI. non dissimile exemplum aliud de Romanis ad Octolophum, (id est loco nomen) frumentantibus, quos Rex Philippus male accepit.

23. 21. τετράρχοις ἢ τέταρτοις οἱ μὲν ἐπὶ τὴν Σαρδίαν ἀρπα-
γῶν ὄρησσον, οἱ δὲ ἐπὶ τὰς ἑφεδρέας.] Romanos qui per imprudentiam
periculo se obsecerant, aliena nunc imprudentia sublevat. Nam quod
Poeni priuipu. in parte estet victoria de præda cogitant, & divitis copiis,
ad diripienda Romana castra properant, ea res fuit Romanis futili,
ipius in perniciem vertit. Disciplinæ militaris præceptum est a Roma-
nis diligentissime observari solitum, sive pugnam cum hoste commi-
terent, sive urbem captam ingredenterur, nunquam ad spolia legenda
aut prædatum defecere, nisi rebus compositis. Multa Polybius libro x.
de hac parte Romanæ disciplinæ, & nos ad Polybium, pag. CCCXXII.
Solet auctor anonymous cuius modò mentionem fecimus præcepta sua
appositione exemplorum illustrare; ac sape è Polybio illa describit.
Is igitur de hoc Agrigentinorum peccato circa illud præceptum ita
dixit ex isto loco. Παρεχόμενον δεῖ τοῖς εἰς τὴν ἐπίχειρον ἔχοσι τὸ πο-
λευτικὸν στρατόταξις, καὶ ἐπιτίμιον στρατόπεδον, Θυρώνας δέρπαγος
σκύλων χωρεῖν τοῦτο τὸ πελέας τὸ ἐχθρῶν θῆται· οὐαρὺς λάθωσι τοῖς ἐχθροῖς
απράσιντες τὴν νίκην. ὁτεροῦ καὶ Καρχηδόνιοι εὐ Αχράγανθοι. πολιορκη-
μοῖς τῷ τετράρχαιον, ἐπεὶ ἐγένουν τὰς Ρωμαϊκὰς πόλεις τὸ στρατογενεῖον
τετραμμύρις, ἐξελθόντες καὶ τετράρχοις τέταρτοις σύγχρονοι, ἐπὶ τὸ Δέρπαγον
τὸ τελευταῖκον κεχωρισμένος, τὸ σκέπτον κατέβαλει μεριῶν ἐχυρῶν αἰγανοσε-
μάρων, διετράπησαν, καὶ πολλὰς τὸ σκέπτον διπλανότες αἴθυμότερον τὰς ἐπι-
γένετος τὸ ἔξην ἐγεγράπεισαν· τὰς τετράρχας φυλακητάτην γέζησθε τὰς
αρχοντικὰς παρεκκλίσεις. Hæc illa ex hoc loco sicut diximus. et si no-
men Polybii prætermissum & heic & alibi, quum multa ex eo describe-
ret. cæterum in hac historia causam salutis Romanorum propriæ
ipsorum virtuti potius quam alieno errori attribuit. ἑφεδρέας sunt sta-
tiones pro castrorum portis, & in omnibus viis atque aditibus ad castra
collocari solitæ.

23. 24. Αλλ' οὐ τὸ ἐπιτυχῶν Δέρπαγον τοῦτο καὶ πολάκις ἡδη σέπται-
ται Ρωμαιῶν περιγράψει. Vox Δέρπαγος discrimen & excellentiam signi-
ficit. utraque notio sententiæ loci hujus non male convenit. Nam
disciplina militaris Romanorum & præstantior fuit quam aliarum
gentium, & non parum sape diversa. Lex sane illa quæ præsidio decede-
re aut statione statuebat esse capitale, de qua Polybius loquitur, ut non
ignota populis aliis fuerit, ita nec sancta nec servata eo modo apud
alias gentes atque apud Romanos. Sed de his suo loco plura ad librum
sextum. Notetur verò heic disciplinæ militaris qua uli sunt Romanū
ingens encomion. nam quod nunquam aut raro vinceretur populi
Rom. exercitus; ejus rei causam fuisse pronuntiat Polybius, genus di-
sciplinæ militaris quo utebatur is populus. Jure ergo Valerius Maxi-
mus lib. ii. cap. viii. *Disciplina militaris acriter retenta, principa-
lum Italiae Romano Imperio peperit, & multarum urbium. magno-*

rum regnorum, validissimarum gentium regimen largita est. brevius dicet idem scriptor anonymus, cuius modò facta mentio de hac ipsa lege loquens: οἱ παλαιοὶ, de Romanis loquitur, τὸν λειποτάκτην τὴν ἐπίτυναν πῶν πατεσθήσον φύρω καὶ θέτε τὸ τὸν οἰκεῖον τὸν κειρῶν πεποιηκασ.

23. 29. καὶ φυγέντες τὸν αὐτόχθοναν εἰς ἑφεδρεῖας.] Suidas in voce φεδρεῖας legem hanc ex isto loco & alio libri sexti commemorans pro eo quod dixerat Polybius φυγέντες τὸν αὐτόχθοναν, hæc verba posuit, τὸν ρωταρίουν γε καθ' ιδιόπολεν αἴπειν, qui pedem retulerit, quacunque tandem de causa. sed verius est, dicti hujus διπλοῖαν molliendum esse ex ipsis Polybii verbis, libro sexto: ἀντίνετος εἰς ἑφεδρεῖαν ταχθέντες ΦΟΒΟΥ ΧΑΡΙΝ λίπωσι τὸν δοξήν τοποῦ. Siqui in statione collocati locum sibi assignatum metus causa deserverint. Exemplum similis exceptionis habes in xxiii. legum militarium Imper. Justiniani, & Leonis. Εὰν δὲ καὶ πολὺ δημοσίας αὐτοχθονίεως ή πολέμου ΑΝΕΥΤΙΝΟC διλόγης η̄ φανερώς αἴτιος. Si tempore pub'ice pugna aut belli, fuga fuerit facta ABSQUE ALIQUA PROBABILITY ET EVIDENTE RATIONE. Anonymus scriptor modo nobis laudatus: εἴπεις λιπεῖν πειραθεῖν τὸν πάτειν, ΠΛΗΓΩΝ ΑΝΕΥΘΕΝ Η ΑΔΔΗΝ ΤΙΝΟC ΕΥΛΟΓΟΥ ΑΙΤΙΑΣ εἰς κεφαλὴν πμωρεῖται. Sic cum flagitium ingens militię sit, directa acie statione excessisse, & ordinem corrupisse; sunt tamen causæ quatuor, propter quas impune licuit ordine excedere. hæ nempe, teli sumendi, teli petendi, hostis feriendi, civis servandi causa. Livius libro xxii.

24. 1. ἐταῖς εἰς τὸν αὐτόχθοναν οἱ Καρχηδίνοι τῷλιον εἴσι αὐτογένειασμα.] Obsidionem munitæ urbis & idoneis defensoribus instructæ parantibus, primus hic labor occurrit, ut hostem locis apertis cedere compellant (Græci dicunt εἰς πολιορκίαν συγκλεῖν) & exercitum admoveare ad mœnia queant. Solent enim quibus cura urbis incumbit, si viribus vel mediocriter fidant, obviā hosti prodire, & quoad licet, ή τοιηδινον αὐτοῖς, neque protinus pugnam detrectare, in quo est tacita quædam traditæ victoriæ confessio & omen futuri. Lege quæ super ea re dicuntur Polybio lib. viii. pag. DCCXLVII. denique nec obfideri nisi qui prius fuerint inclusi, neque includi, nisi qui pugnam detrectant, solent. iccirco de Scipione qui Numantiam cepit, pro re memorabili traditum est à veteribus, prius id oppidum ab illo fuisse circunvallatum, quām defecisset Numantinos animus & voluntas pugnam cum hoste locis patentibus ex aequo capessendi. Appianus in Hispanicis ea de re loquens; ὅδε, inquit, αὐτοῖς οὐδὲ δεκτῆ τείχισε πόλιν & φυγεμάκεισαν. sed & magnus Cæsar Alexiam circumvallat dum adhuc castra habet pro oppido Vercingetorix, in quo præter equi-

equitatum erant millia hominum LXXX. Jam in admovendo mœnibus exercitu multum sepe est difficultatis & laboris. Simulac enim obsidionem cogitantis hostis consilium innotuit, multa cordati cives molliuntur, quo minus accedi ad muros queat. Aeneas in genere præcipit ad nuntium de futura obsidione oportere τὸν γάρον δισέν καγούσιον, καὶ τὸν πόλεμον δυσδιαδέτες. regionis aditum difficilem reddere, & trajectus amnium difficultatibus impedire. aliaque varia δολά μηδὲ excogitare pro loci natura, quæ ad obstruendas vias solent adhiberi. Author Anonymus qui de eo argumento scripsit, in eam rem hoc dat præceptum, οὐδὲς ἐπὶ τέτοις δεῖ τὰς τάφρους ἀπορύσσειν καὶ δύρης ποιεῖν τῷ λ. πηγέων εἰ ὁ πότερος αὐτογενεῖ, εἰς τολάτον καὶ εἰς βάθος αἰσχύνεται· εἰ δὲ καὶ δύο καὶ τέσσερις ἑγρεῖς γίνεσθαι, φύσανται. ἐμπιπλῶν τε αὐτοῖς υἱοῖς σρατηγικότερον. ἐπὶ δὲ τοῖς κείλεσσιν ἐκδίσις κακοποίησθαι ποιεῖν. καὶ τελεστῶν περτερήσιμον εἰ διωκτὸν, οὐδὲς τὸ μὲν δικηρῶς πλησίεσθαι τὰς τέχνας τῷ τείχῃ. εἰ δὲ ἐπὶ πολὺ βάθος καὶ τάφρος ἴστρυγειν, διχερῶς ἀν κατέχωσθαι τῷ πλευρᾷ. Primo fossam jubet cavari triginta cubitorum & amplius: quod si natura loci ferat, duplice aut triplicem duci fossam præcipit. Addit, ex usu futurum & majoris solertia facinus, si quis aqua inane fossarum repleverit. Tertium præceptum, ut super labris fossarum agger sive vallum extruantur. Quartum, ut præter omnia hæc castellum hosti objiciatur, si potest fieri, quod hostem impedit quominus ad muros accedere queat. Postremo causam affert desideratae mensuræ in fossis: quia earum implendarum facultas eo modo adversariis eripitur. Propterea monet Onosander, & ex eo repetit Imperator Leo constitutione xv. repente & ex inopinato, ac si fieri possit noctu inchoandam esse obsidionem. sic enim & anteverti hostium consilia contraria, & terrorem magnum oppidanis injici. Polybius quum paullò antè dicebat, de Consulibus ad obsidendum Agrigentum proficiscentibus. φέρεγνες δὲ παντὸν τῷ ερατελεγάλῳ οὐδὲς αὐτὸν Αρρέγαντες αποτίπεσσιν. ipso loquendi genere significare eos ad hoc incepsum capessendum magno impetu & celeritate usos. ἐπείδειν enim verbum de magno conatu solet usurpari, cum totis viribus aliquo incumbimus, ut apud divinum poëtam, ἐπείδειν οὐκ ἀπέλεθρον. Sed non impediit consulum diligentia Hannibalem Agrimenti præfectum, quin copias eluceret atque hosti venienti obviam procederet. qui tamen et si l. millium militum numero instructus, mox compulsus est in urbem, ut heic significat Polybius, & vel de muro vel parvis eruptionibus cum Romanis pugnare est coactus.

24. 2. διελόντες οἱ σερπηγοὶ τῷ Ρωμαϊκῷ εἰς δύο μέρη τὸ διώγμον.] Hactenus accessio ad muros; sequitur obsidio dum pugnatur pro accessu, ambo Coll. junctas vires adhibuerunt, & unis castris confederunt:

runt: nunc quum obsidio instituitur, copiae separantur & bina fiunt castra. Consilii hujus ratio à genere oblidionis peti debet. Urbium occupandarum variae sunt artes, ut de strategematis nihil dicam. Est quando interna proditione res peragitur. Polybius περὶ τῆς ἀστολῆς & περὶ τῆς ἀπόδοσης βίαιων, aut γενικῶν πολεμίων vocant. Latini violentam expugnationem, de qua Vegetius libro iv. cap. xii. Livius de eis passim, urbem primo impetu capere; Cæsar, ex itinere capere: Livius saepè coronā cingitur enim urbs capienda; idque pro numero invadentium, vel simplici ordine, vel duplici, aut triplici. (apud Ammianum verò libro xix. *Amida à Persis quinques ordine multiplicato scutorum cingitur.*) deinde scalis ad motis è variis simul partibus mœnia invaduntur. incircus in hodierna militia vocatur hic modus P E R S C A L A S. Gunturus, poëta, prout barbari saceruli captus erat, perelegans, assultum rapturnque bellum nominat libro x.

*Agmine collecto, quanto non ante Manerbum
Haud procul à Cumis, vix expugnabile castrum
Assultu, raptuque parant everttere bello.*

bello, id est, pugna, ut ante exponebamus. Diversa genera sunt, quum urbs aliqua aut fame aut cæterarum rerum necessiarum inopia ad deditionem compellitur, aut operibus expugnatur. uterque modus communis nomine Græcis πολιορκία dicitur. Xenophon Ascensus Cyri libro iii. ταῦτα πόλιν πολιορκῶν ὁ Περπῶν Βαζίλειος τὸν εἰδώλιον, ἔτε χρόνον ἑλεῖν βίᾳ. duas facit species πολιορκίας; capere χρόνον, temporis longo tractu, quum urbe undique circunvallata, oppidani rerum omnium commercio, & simul exeundi, aut aliquid extrinsecus accipiendi facultate privantur, & βίᾳ per vim; quum adhibentur machinæ, tormenta, & quæcunque opera ars poliorcetica excogitavit. prior modus è re vocatur περιτίχια, & ἐπιτίχια. item περιοχήσια (Herodoto ἐπέδρη) ut Latinis *obsidio* vel *obſeffio*. dicitur & πολιορκία angustiore notione hujus vocis, cuius ea est propria, & utique antiquior significatio, ἐρχόμενa enim est *septum*: πολιορκεῖν septo urbem cingere. Thucydides libro ii. expositis variis molitionibus Peloponnesiorum ad capiendas per vim Plateas; quum nihil succederet, rationem ipsos mutasse ait, & περιτίχια instituisse. cur autem sero & inviti ad circunvallationem se accinxerint causam hanc affert: πάσους γὰς δὴ ιδέαν ἐπινόει εἴπως οφίζειν αὐτούς δυτάνες καὶ πολιορκίας περιοχήσειν. quoniam genus omne consilii excogitabant, si forte redigi in potestatem urbs posset, sine sumptu & poliorcetia. heic πολιορκία ponitur εἰδικῶς pro ea specie quæ mora & temporis tractu peragitur. & est observanda figura εἰς 2/3 duorum in verbis Thucydidis: αὐτὸς δυτάνες καὶ πολιορκίας, pro ἄρδε τὸ δυτάνες τὸ πολιορκεῖν.

πολιορκία tive iis sumptibus, qui necessario faciendi essent ad diuturnam oblationem. etiā enim in muniendo & operibus exstruendis non parvi sumptus fiebant: longe tamen impensa major erat futura in alienis otiosis copiis. Sic accipendum quod ait Xenophon libro VII. Παγδίας, Cyrum non ē quovis ligno, sed ē palma jecisse fundamenta turriū quas ad Babylonem excitabat, ὅμως, inquit, ὅπερ μάλισται οἰνοπολιορκήσθαι τοῦ πόλεων λόγῳ. id est, ut speciem præberet longam & diutinam obsidionem meditantis. Appellatur etiam *πολιορκία* cum urbs aliqua ab inimicis vias infestantibus undique cingitur, et si proprius muros non accedant. ideo B. Chrysostomus novum hoc genus obadionis esse dicit de Cœuso loquens, exilio sui fede, quām Isauri latrones viis omib[us] infessis quotidie infestabant. Sic ille in epistola ad Urbicum episcopum: φέρεται συζώντες διλινεῖται τῷ τάν ληστῶν, καὶ πολιορκία κακινή καθ' εὐρύτερον γένεται η Κενταύρος πολιορκεῖται, ταῦς ὁδοῖς τάν ληστῶν διατεχνεῖται. Constat & Gracos & Romanos per multa saecula machinarum usum ignorasse. sola igitur tunc nota fuit species *πολιορκίας*, quam sic proprie dici ostendimus. apud Herodotum vero historiæ patrem *πολιορκία* in prima historia

ubi tormenta fuere inventa, tunc altera species extitit. Græci interdum *τειχομεχίας*, quasi dicas oppugnationem murorum; saepius *πολιορκίας* dicunt. unde etiam ars machinas in eum usum conficiendi *πολιορκητικὴ* est appellata. ita rursus nomen generale factum est speciei proprium. Polybius libro VIII. postquam docuit Marcellum & Appium ad oppugnationem Syracusarum, & sambucas, & quascunque potuerant excitare machinas frustra adhibuisse, ita scribit pag. DCCXX. συνεργούσαντες μὲν τῶν χλιδέχων οἱ θεῖ τὸ Αττικόν, ὥραγμασθὸν ἐπελεύσαντο πείσοντες ἐλπίδα πεῖραν λαμβάνειν, τολμῶν Φ. Δῆμον πολιορκίας ἐλεῖται Συρακουσαῖς. Ait Consulem de sententia totius consilii statuisse, omnes alias vias capienda: urbis esse tentandas, præter quam poliorcia, id est machinis & tormentis, quæ omnia cum Romanorum ignominia Archimedes eludebat. clarissime heic *πολιορκία* fecus ac apud Thucydideum eam solam oppugnandi viam significat, quæ machinis utitur. sic *πολιορκεῖν*, pro operibus oppugnare. sequitur ibidem: ὅπερ μῆνας τῇ πόλει αποσκαμψεῖσθαι, τῇ μὲν ἀπλανούσῃ πολιορκότων ἡ τολμηρότατης ὁδὸς εἰπεῖται. Φ. ἢ πολιορκίαν εδίποτε ἐπ πεῖραν λαβεῖν ἐπέρρησεν. Apud Livium sape opponuntur obsidio & oppugnatio; ubi per oppugnationem fere intelligit τὸν εἶναι ἐφόδος βίου. libro II. Porsenna primo conatu repulsus, consilia ab oppugnanda urbe ad obsidēdām verit. libro V. de obsidione Veiorum. Quum spes major imperatoriis Rom. in obsidione quam in oppugnatione esset, hibernacula etiam res nova militi Rom. edificari cepta. alibi. obsidio dein per paucos dies

dies magis quam oppugnatio fuit. clarus libro primo: Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset: ubi id parum processit obsidione munitionibusque cepti premi hostes. libro xxvi. de Alcibrale: quod celeritate itineris profectum erat, id mora ad Placentiam dum frustra obserdet magis quam oppugnat corrupit. Agrigentum igitur cuius ἀλωσιν narrare heic noster orditur, non βίαι neque oppugnatione captum est, sed χρόνῳ & obsidione. Propterea dividuntur copiae, & castra diversis locis à Cossi. constituuntur. Pro magnitudine urbis, copiis obsidentium, & ratione situs, solitae institui obsidiones, vel unis castris, vel binis, ut hoc loco Agrimenti: & in iii. Thucydidis similiter obsident Athenienses Mitylenas: ἐτείχισαν, inquit, σπαραγμα δύο ἐπιτείχες τὸ πόλεως, vel etiam pluribus. in prima historia Thucydidis Athenienses τείχισαν τείχεσσιν επολιορκεῖν, trinis castris oppidum Samiorum obsident. sic enim interpretari malo, quam de triplici muro quo fuerit urbs cincta. Τείχος Thucydides appellare solet vel castra, sed ἐπιτείχισαν, munitionem ad vexandum factam. libro iv. de Athemientibus: τὰς Βοιωτίας εἰς τὸ ὄμρός εἰλέγοντες, τείχος εἰσινδημοτικός μέλλει φθείρειν. lib. v. de Lacedæmoniis. τοὺς Παρθενίους αὐτοῖς εἰσινούσας, καὶ το τείχος κατελόντες αὐτούς πολεμούσι εἰπεῖν. τείχος est arx à Mantinenibus excitata in agro Parrhalio ubi praedium alebant quod illos vexaret, & eorum urbi immineret. In xxv. Livii ad Capuam obsidem tam tria prætoria circa urbem eriguntur. Quaterno rum dat exemplum Florus de Scipione lib. ii. cap. xviii. Numantiam fossa atque lorica quatuorque castris circundedit. Invenio & quina castra in eam rem facta. Cæsar de bello civili lib. iii. Horum cognita sententia Octavius quinque castris oppidum circundavit, atque uno tempore obsidione & oppugnationibus premere cepit. Apud Procopium in primo Gotthicarum rerum Vitigis senis castris Romam imo Romæ duntaxat partem obserdet: cui numero mox adduntur & septima. quare autem tot castris fuerit illi opus, rationem Procopius affert; quia major erat Romæ ambitus, quam ut una continua serie nusquam interrupta cingi ab hoste possit. Γότθοι, inquit, σχολήσαντες ὅλον το τείχος κατελασσάντες κύκλῳ εἰς ποιοτίμορος καρφώσαντες πεντε πυλῶν χώρην λείψαντες.

24. 8. τὰς ἡμετέρους το σφειρόδων εἰς ἐκατέρας οὐ μέρες τὸ πόλεως αὐχνάσαντες.] Apparatus ad obsidionem sive χρόνον πολιορκίαν, cuius est scopus exitu obsecros, exteris aditu arcere, duplex apud veteres fuit modus. Simplicior ille, quum loca duntaxat opportuna circa uibem occupabant, & vel castrorum opus ibi ponebant, vel castella exstruebant, vel alioquo genere munitionis instituto, prætidia eo loci collocabant, quæ vias omnes atque aditus sollicite observarent atque infestarent. Apud Thucydidem πολιορκεῖν ἐπιτείχισαν, & κατείχισαν: sicut

sicut etiam differunt, ἀπτείχιζε & περτείχιζε. Operosior sed & tutior illa ratio, quam perpetuo opere urbs circumclaudebatur, quod sit hoc loco à Consulibus Agrigentum obsidentibus. Circumvallandi non aliae sunt viæ quam muniendi: nihil enim est aliud περτείχισις nisi τείχισις in orbem ducta. MUNITIO generis nomen est cuius species & differentiae multæ. ὄρυγη, πέρφρουσις, σωρώσις, χαράκωσις, λόσις, τείχισις, πλινθεύσις, Φρεάτις, πύρωσις. hæ sunt primæ differentiæ: ipsorum deinde operum aliae sunt differentiæ à diversitate figuræ, aut usus quem præstant, nam verbi gratia unica τείχιζεισθαι appellatione continentur, ἀπτείχιζεισθαι, διπτείχιζεισθαι, ἐπτείχιζεισθαι, περτείχιζεισθαι, περτείχιζεισθαι, σωρτείχιζεισθαι, πυρτείχιζεισθαι. Omnes hæ differentiæ & quæcunque ad istud argumentum spectant καὶ λεπτὸν explicantur à nobis ad librum Polybii sextum. Nunc de circumvallatione pauca. Hujus quam sit scopus unus, exitu obseffos, ut modò dicebamus, aditu exteris intercludere, duæ sunt ejus efficiendi rationes, cavando humum & quasi eripiendo solum cui insititur, vel obstacula objiciendo, quæ iter cogant abrumpere. prior modus appellatur πέρφρουσις, egestio terræ: opus, πέρφρος, fossa, posterior fit multifariam: sed expeditissima & simplicissima ratio est σωρώσις, palorum sive stipitum defixio. Utrumque inventum antiquissimum est, quare Poëta cuius admirabilem rerum bellicarum peritiam in tam rudi saeculo, ad librum xvii. fuse volente Deo sumus probaturi, πέρφρουσις & σωρώσις meminit in descriptione munitionis quam Græcos ad Trojam singit instituisse, diligenter à nobis alibi explicata. σωρεῖσθαι Græcis dicuntur εἰ νέρεπιπηγέτες οὐδόπεις καὶ πάντα τὰ ἐστῶτα ἔνλα, ait Hesychius, pali defixi, & quæcunque ligna stant erecta, δῆντες ἐσένευ- dicuntur etiam οὐδόπεις, qua voce semper Homerus utitur in descriptione σωρώσις. iidem stipites dicuntur & χάρακες. Auctor Etymologici; χάρακες, δέέντες ἔνλα, ή νέρλαμοι, ή ἀκανθάδη φυτα. prima explicatio, ligna acuta, probat nihil interesse interdum inter χάρακες & σωρέσις, sive οὐδόπεις. Homerus: οὐ περίεντες οὐδέ-στι ηρήρι. idem igitur erunt σωρώσις, οὐδόπεις πάλις & χάρακες. Aliter longe res habet in accuratiore muniendi arte. Appianus in Punicis, de Scipione Carthaginem obsidente; postquam dixit cum fossas quatuor percussisse quæ efficiebant ὄρυγμα τετράγωνον, subjicit; ἐσώ-χωστε πάντας ὄξεις, καὶ ἐπὶ τοῖς σωρεῖσθαις τὰς μὲν ἄκαντας τάφρους ἐχαράκωσε, τὴν δὲ τὴν Καρχηδόνα ὁράσῃ καὶ τείχος παραστημένος. Omnia latera stipitibus premunivit è lignis acutis, tum autem præter hos stipites ceteras quidem fossas vallis cinxit: ei vero quæ Carthaginem respiciebat murum etiam adstruxit. Quatuor hic habes distincte proposita, πέρφρουσις, σωρώσις, χαράκωσις, & τείχισθαι. Appiani interpretes, & alii doctissimi viri qui de hoc argumento scripse-

runt, pessime hunc locum acceperunt. non enim observarunt discrimen esse inter has voces. Enimvero apud Polybium & alios historicos *χαράξ*, sive *χαράκωσις*, (nam utrumque pro eodem usurpat) per sepe est vallum Romanum, & id genus aliæ munitiones, longe operiores & multo posterius inventæ quam nuda stipitum defixio. *σωρεγός* & *σωρός* recti defiguntur: *χαράξ* sive vallus, & rectus destituitur, & inclinatus aut transversus implicatur & intexitur. Faciem & usum hujus ligni è more Romano describit Polybius lib. xvii. pag. M.L. sed & Latinis vallum, & Græcis *χαράκων* non est simpliciter ordo fidium in terram fixorum aut implicitorum, verum munitionis genus, quod ex aggestis cespitibus concinnatur, & vel utrinque vel altera saltæ ex parte fidibus prætexitur. Græci posteriores ὅρμητα *χαράκων* τὴν ξύλινα διεπεράματα appellant. Interdum etiam opus universum munitionis, quæ ex fossâ, vallo, muro, aliisque partibus diversis constat appellatur *χαράκωμα* aut vallum. ut quum pro castris aut opere toto circuvallationis eæ voces ponuntur. Modum inchoandæ intervallationis ex consuetudine Romana docet Polybius, quum dicit divisiæ copias Consules, & ad partes urbis diversas castra posuisse. Consilii causam aperit Livius de obsidione Capuae. Tunc ambo Coss. circunsederunt urbem, & Claudiū Neronem Pretorem ab Sueffula ex Cladianis castris exciverunt. ita tria pretoria circa Capuam erecta, tres exercitus divisis opus partibus aggressi fossâ valloque circundare urbem parant, & castella excitant modicis intervallis. Sed & quum unus tantum Consul aderat castra fiebant diversa, si res postularet. Livius lib. xxxviii. de obsidione Ambraciæ. Consuli ad Ambraciæ advenienti magni operis oppugnatio visa est. Fulvius bina à campo castra modico intersc distantia intervallo, unum castellum loco edito contra arcem objecit. ea omnia vallo ac fossâ ita jangere parat, ne exitus inclusis ab urbe, neve aditus foris ad auxilia intromittenda esset. Sic ad Gergoviam obsidendam Cæsar gemina castra facit, majora in quibus ipse erat, & minorâ ubi duas legiones collocat. ad Cosfinium quoque bina: una primo adventu: altera postea facta, quibus Curionem præfecit libro viii. in obsidione Uxeloduni legatus Casinius quum paucas haberet copias, plura tamen castra ponit: Tripartito, inquit, cohortibus divisis, tria excelsissimo loco castra fecit, à quibus paullatim quantum copie patiebantur, vallum in oppidi circuitu ducere instituit. Munitiones quæ castra hæc jungabant ad impletendum orbem circumvallationis, quos de scribit his verbis Polybius, Latinis brachia dicantur. Hirtius uive Oppius De bello Alexandrino cap. v. castellum quod Rex in proximo vico non longe à suis castris munierat, brachii que cum opere castrorum conjunxerat. De bello Hispano

Hispaniensi, Cæsar munitionibus Ategnam oppugnare, & brachia circumducere c. pit. Frontinus libro III. cap. xvii. in re non plane eadem: Flavius Fimbria brachiis à latere ductis, deinde fronte percussa, quietum in vallo militem tenuit. ad hunc modum in ista quoque munitione castra gemina ab utroque extremo instar habent frontis antecipitis; fossæ quibus junguntur sunt brachia. Græci scriptores hujusmodi in munitiones onines quæ in longum porrigitur, οὐδὲν crura non brachia aut οὐδὲν γαγγὶς vocant: & quum distinctius loquuntur, Αργιθρός, & Αργισθεός, ac Αργεντίος. Postiores Græci vocem Romanam uili fecerunt suam, & Βεγχιόνια appellavit non dissimiles his munitiones, ut apud Anonymum de obliudione toleranda est videre. Hæc prima munitio a mœnibus u. bis, ut plurimum, unius teli jaustum aut paullo amplius aberat. Vegetius libro iv. cap. xxviii. Obsidentes ultra jaustum telo fossam faciunt, eamque non solum vallo & sudibus, sed etiam turriculis instruunt, ut erumpentibus è civitate possint obſtare, quod opus loricam vocant. Sanc loricam in Alexia circumvallatione nominat Cæsar, & in simili re Ammianus Marcellinus non raro. elegantissime vero Herodotus τειχέων χιτῶν, tunicas murorum, alibi ἱπένης, loricam: ut in primo: τὸ τοῦ ὅπλου τὸ τεῖχος ἱπένης ἐστι. illud poëticum, imò putidum apud Nicetam in Andronico Comneno de Theſſalonice obſeffa à rege Siciliæ, Αγλαΐαν μιτρα Apsō νηὶ Αγλάϊος. vocarunt & Zonam. Guillermus Brito in carmine de rebus gestis Philippi Augusti, libro vii.

Ut canerent Zona tot millia clausa sub una.

De eo ſpatio Guillermus Brito non inveniuit:

*Sic pr cul à muris ut vix attingat ad illos
Ballista dupli ci tensa pede missa sagitta.*

24. II. οὐ δὲ αὐτῶν ταῖς εγραπταῖς λόγοις κάθετος τὰς ἐγενέ-
ταις εἰς τὸ πόλεμον αὐτοφελεῖας.] Munitiones quæ ad circumvallandum ex-
ſtruuntur aut ſimplices ſunt, & versus obſeffos duntaxat ſpectant; aut
duplices, & obſidentes non ſolum ab oppidanorum eruptionibus, ſed
etiam ab hoſte foris veniente tutos praefiant. Latini antecipites munitiones, Græci ἀμετώπεις bifrontes appellant. Appianus libro v. Epi-
χ. de circumvallatione Peruſiae per Auguſtum: λίθινας ἀργούσι πάντα
διμέτωποι εἰς τὰς πολιορκεύσεις, οὐ δὲ πεζοῖς ἐξωστεροῖς. Sic accipio
fossam duplēm, quum in obſeffione Gergoviæ ſcribit Cæſar: fossam
duplēm, duodenum pedum à majoribus caſtris ad minora perduxit:
ut tutto ab repentina hoſtium incurſu etiam ſinguli commicare poffent.
Et in Philippide:

*Per clivos igitur & per convexa cavari,
Fosſato dupli ci terram jubet.*

Bifrontis munitionis exemplum in historia Græca antiquissimum illud est, quod in obsidione Platæatum anno IV belli Peloponnesiaci, hoc est anno ultimo Olympiadis LXXXVII. est editum. Thucydides in tertia historia brevem sed accuratam ejus descriptionem posuit. ea sic incipit. Τὸ τεῖχος ἡ δὲ Λακεδαιμονίων τούτος τῇ σιγηδόμενός εἴχε μὲν δύο τὰς πλευράς τοις τε πλαστικέσσι, καὶ εἰ πέπειρα απ' Αθηνῶν ἐπίσιος. Utramque fossam Thucydides appellat ἀξίσολον: at noster signatè loquitur, quum de interiore dicit ἀφεντιλεόν. ita enim emendavimus non ἀφεντιλονέον: de exteriori ἀφεντιλεόν. sic apud Latinos premunire & prevallare, aut fossam producere. item, circuvallare, aut fossam circumducere..

24. 17. τὰ δὲ μεταξὺ τούτων οὐτοί τοις σφετέροις Διοσκύρεσσι, φυλακαῖς διέλασσον.] Non dicit quantum fuerit intervallum medium inter utramque fossam: quod non prætermisit Thucydides; qui inter utramque munitionem statuit pedum decem & sex intervallum. διεῖσδε δὲ οἱ αξίσολοι ἐναριθμητοὶ πόδες μετίσσας αὐτῷ αὐτήλων. quæ deinde subjicit idem nobilissimus scriptor cum his Polybii sunt comparanda. τὸ δὲ μεταξὺ τοῦτο οἱ ἐναριθμητοὶ πόδες τοῖς φύλαξιν οικίσασα Διοσκύρεμηδρά φηγόδημη. οὐδὲ οὐσιώχη, ὥστε τοις φεγγεστοῖς τεῖχος πακτύ, ἐπιλέγεις ἕχον αὐτοτέρῳ φέρειν. in medio spatio, sexdecim nempe illis pedibus, adiuncta erant habitacula custodibus inter se separata. atque ea continua sic erant, ut murum unum crassum diceres, qui pinnas utrinque haberet. φυλακῆς Polybius dicit, quæ in similibus descriptionibus φυλακῆσι dicuntur & eidem & aliis. Thucydidi sunt οικίσασα, Diodoro σεγανά sive σεγνά. libro XX. ηγετοπόδιος σεγνά τοῖς σεγνοῖς εἰς Διοσκύρεσσιν. idem, οἱ Φυλακοὶ σεγνά ποιήσαντες περιχείμαζον. In nostra militia appellamus casemates, hoc est casellas, ut in Philippide Britonis.

*Qui fabricare sibi castrensi more casellas
Arboreis ramis & sicco stramine norunt,
Se quibus à pluvia tutos & frigore bruma
Efficiant illic per tempora longa futuri.*

24. 21. cù Διοσκύροις.] Per certa intervalla; & quidem paria, quoad ejus fieri potest. In omni munitione hoc servari solitum, ut omnia semper propugnacula, turres & φυλακῆσι paribus intervallis à se invicem distent: quod Græci Latinique historici passim observant: neque prætermissum est ab auctore Philippido:

*Sic ut quot pedibus praecedit prima secunde,
Tertia se tanto spatio sejungat ab illa:
Sic reliquas eadem turres dimensio signat,
Ut distent à se spatiis aequalibus omnes.*

24. 24. οὐδὲ παντεργεν εἰς Ερένορον.] Heribessini vicini Agrigentini

nis ex historicis & Geographis noti. melius autem cum aspiratione scribitur hoc nomen.

24. 26. ἀγρυτες καὶ φέροντες σιωπῶς τὰς αὐγοργίσ.] αὐγοργί histori-
cī Græcis sunt species annonariæ: apud Xenophontem in Adicenu-
Cyri libro vi. τὸν αὐγοργὸν εἶται ἀναποδούλειν minus recte vertunt eru-
diti, *farm ad urbem transferunt*. nam vult auctor, annonæ omnes
species intra mœnia esse comportatas, quod solet fieri in adventu ho-
stis, aut metu obsidionis. Heic igitur αὐγοργί simpliciter est annona:
Polybio & passim Græcis historicis αὐγοργί & αὐγεῖν dicuntur, non
quævis annona, sed ea quæ vœnum est exposita. αὐγοργίει, enim est
vendere; αὐγοργί res quæ vendit: item forum, aut mercatus. propriè
commeatus. in eodem libro Xenophontis leges, αὐγοργί πάντες αὐγοργί^{νετοντες} εἰς Ελληνίδων πόλεων. Thucydides in vii. dixit τὸν αὐγοργὸν τῆς
πωλησθήσαν, annonam popularum, sive promercalem, deinde addit,
καὶ οὐτας τοις ἔχεισι διαδικονοι: significans de esculentis proprie αὐγοργί intelligi.
Julius Frontinus Græcos imitatus vocem *commercium* ita accipit.
libro ii. cap. v. *Tiberius Gracchus in Hispania certior factus hostem*
inopem commercio laborare, instructissima castra omnibus esculentis
deservit. COMMERCIO LABORARE, est τὰς αὐγοργίς συνέχει,
sive αὐγοργίειν αὐγοργί. Guntherus Ligurini libro iv.

— ne ue enim commercia rerum

Indigus afflito sperabat miles ab hoste.

alibi αὐγοργί vocat *venalia*:

Neve quis hostili venalia deferat urbi.

magis etiam ad Græcum verbum αὐγοργί accedit vox *mercatus*, quæ pro
annonæ usurpatur à posterioribus Latinis scriptoribus. *mercatum con-
ferre* in Appendice Ottonis Freisingensis, plane quod Thucydidi, Xe-
nophonti, aliis, αὐγοργὸν παρέχειν. Fridericus Imperator in epistola ad
Ottonem Fritingenensem, *ibi dum à Mediolanensibus mercatum que-
rere*mus, *et ipse nobis eum negarent*. Sic Græca historia vetus, αὐτεῖν
αὐγοργόν, & αὐγεῖν δέχεσθαι. in sexta Thucydidis, humanitatis quæ er-
ga exercitum præstatur, hi quasi gradus ponuntur: δέκτες ὕδατα νομί-
μοι, facere potestatem applicandi ad littus, & aquandi: δέκτες αὐτοὶ
intra muros admittere: & δέκτες αὐγοργί, res ad viētum necessarias vœ-
num exponere extra urbein. Otto De gestis Friderici libro i. *Erat*
in vicino mare Proponticum, quod modo Brachium S. Georgii dicitur,
*duoque super littus ejus, unde mercatum exspectabamus, oppida par-
va.* Robertus Monachus libro i. *Alemanis Imperator licentiam*
introeundi civitatem nunquam præbuit, idem tamen mercatum eos
habere concedebat quicquid in civitate erat. hoc est αὐτὸν μὴ γε
δέκτε, αὐγεῖν δέ. Nicetas Choniates libro i. in Manuele Comneno
ita narrat: τὰς πόλεις τῆς πόλεως ἴμιγύνετε οἱ αὐτοὶ, σὺν αὐγοργῷ τῆς

Αλιμονοῖς μετεόρδοσαν. οὐοίς δὲ τείχες διπλεμάντες, ἀνελκυστήρες τὸν τείχον τὸν διπλούν καὶ πέμψαντες τοὺς πολεμούντας εἰς τὴν Αλαζανίτην ὅσον ἐξόλονται, εἴτε αὔτοῖς λοιποῖς πολεμούνται, εἴτε πιθανοῖς εἴτε γενναῖς. Ubi vides modum exercendi commercium inter inclusos in urbe & exclusos. In antiquis memoris legimus, milites quondam non nisi ex præda ali solitos: postea cepisse etiam inter arma exerceri commercia: & cum in urbibus amicis milites qui stipendia accipiebant pretio res necessarias sibi parasse: tum in expeditionibus jus observasse commerciorum, quod ἀγροῖς πολεμούσι dixerunt. atque hujus instituti primos fuisse auctores Cares, gentem belli studiis olim nobilem, & hodiernis Helvetiis in multis similem. Elianus De animalibus libro xi. cap. xxx. τεφτοι οι Κάρες αγροῖς πολεμούσι επινόησαν, νοῆται επαλλοταρεῖσι. Primi Cares jus emendi venditique commeatus belli tempore invenerunt, & mercede militarunt. Hoc voluit Elianus, non quod hariolantur interpretes. Inventum est antiquissimum: nam apud Homerum mercatores Lesbii permutationibus commercia exercent cum militibus Græci exercitus. in septima Herodoti Musa mos Persarum in expeditionibus notatur: ut certus locus in castrametando assignaretur commerciis exercendis, qui locus ibi dicitur αγροῖς καὶ πεπτελού. in Græcorum historiis saepe opponuntur, ali exercitum λησθόωμεν, rapto, & λαόν τὸ αγροῦς, aere empto commeatu. Ad hoc jus pertinent multæ leges militares, tam in jure Justinianeo, quam apud historicos: cujusmodi est hac apud Xenophonem in quarto Παιδεῖας. τοῖς αγροῖς τοῖς γενναῖς καὶ τοῖς σαρπιζόμενοῖς αδεκεῖν μετέντα, πωλεῖν δὲ τὰς νεαπόλεις καὶ ἐπιπόλεις διεγέρειν πολεμούσι. qua lege mercatores & caupones, qui sequuntur exercitum, tuti præstantur ab injuriis militum. Radevicus de gestis Friderici libro i. inter leges militares ab eo sanctitas hanc refert. Si mercator Teutonicus civitatem intraverit & emerit mercatum, & portaverit ad exercitum, & carius vendiderit in exercitu, auferet ei omne forum suum. appellat αγροῖς mercatum & forum.

24. 38. Αννίβας ὁ τελευτὴς ἐπὶ τῷ πολυρρικτήρῳ διωδεκαών.] Hannibalem hunc viri quidam eruditissimi Asdrubalis filium nominant, & seniorem fuisse appellatum scribunt: quorum utrumque est falsum. nam diserte scribit Zonaras, patrem huic Gisconem fuisse. de cognomine vero Senioris, sine causa Orosium laudat auctorem Volaterranus: nunquam enim id scriptum ab Orosio. sed ipse Orosius ut ab Hannibale Amilcaris filio, viro notissimo hunc distingueret seniorem illum semper vocat. sic apud Diodorum Αννίβας ὁ περσέστερος, quia fuit alius junior clari nominius.

25. 2. Ηπιοστηνυμέων σεγλωτῶν καὶ θερίουν γενίους τὰς γαῦς.] Misla sunt auctore Diodoro peditum milia quinqquaginta, equitum sex:

sex: elephanti sexaginta. elephantorum meminit Polybius, sed tantum l. signata vox ἐπισωπυρίαν; de iteratis delectibus & legionum supplemento.

25. 4. ἐξέπιμψαν εἰς Σικελίαν τῷς Αγγανα τὸν ἔπειρον σοφτηγόν.] In excerptis Diodori aliter narratur: Αγγαν ἡ πρεσβύτερος ἐκ τῆς Λι-
Εύης μὲν τῶν πολιορκίαν Αγριγάντῳ ἐπέργασε μεγάλην διώματον ἐς Σι-
κελίαν. Postquam obfessum est Agrigentum, Hanno senior magnam
viam militum ex Africa in Siciliam trajecit: μὲν τῶν πολιορκίαν ex-
plicandum ex Polybio de inchoata obfessione.

25. 5. ὃς σωματοῖς τοῖς αὐθικούσις καὶ διωμάτοις εἰς Ηράκλειαν.] Diodorus, ὁ ἐν Αγγαν ἀναγέγειας μὲν πάντοις τὸ διωμάτος ἐκ τῆς Λιαν-
εύης παρῆλθεν εἰς τὴν Ηράκλειαν. Heracleam autem intellige cognomo-
mento Minoam, ut paullo post etiam Polybius eam appellat. oppid-
um fuit maritimum Agrigento vicinum. causam appellationis pete-
t̄ Diodoro xvi. in anno quarto Olympiadis cv.

25. 7. αφέπον μὲν αφεζοντοπήσας κατέχει τὸν τῆς Ερέσιον πόλιν.] Militare verbum est παρεξινωστέν, pro molitione clandestina sive pro-
ditorum ope atque opera urbem occupare. libro ii. Αρείῳ παρεξιν-
ωστος τὸν Αγριγάντον Αγγανόν κυριεύοντος, ἐγένετο γενεστήσ. paullo
post. Κλεομήρος παρεξινωστός τὸν αὐτὸν τὸν παρηρωμένον Τέγεαν, Μα-
νίνειαν, Ορχηιδόν. quod in idiotismo nostro dicitur *menee secrete*, id
Græcis est, παρεξινωστος, aut etiam παρέξις. libro iv. pag. ccccx.
συντονίμοις παρέξιν ἐπὶ Θύρεος νυκτὸς ἐπὶ αφεζονταλον τῇ πόλει. paullo
ante dicitur Aratus scivisse eximie παρέξις, αἴπαξις, ἐπινγλαῖς συντ-
ονίμη καὶ τὸ πολεμίαν. Diodorus lib. xv. οἱ συντονίμοι τὸν παρέξιν με-
τανούοντο, ἐδηλώσαν τοῖς Βοιωτίορχοις τὸ ἐπίθεσιν. & saepe alibi παρέξις
συντονίμη de proditoribus urbium leges, aut iis quibus urbes produn-
tur. παρέξιν etiam saepe idem ac prodere, lib. iv. de Cynathensibus;
ἐπεισῶν τὰς Αιτωλὸς καὶ τὰς ἐπεισῶν τὸν πόλιν. ita loquuntur
Attici scriptores. Thucydides lib. iv. οἱ οὐθόνοι οἱ παρέσεντες τὸ
αρεξίπτου, γέννεν εἰναι τῶν τοῦ τοῦ πόλεως. qui prodebat urbes
Atheniensibus intellecto errore quem erraverant duces Athenien-
sium, nihil moverunt. quod noster libro ix. in similis erroris narra-
tione, οἱ οὖν τὸν πόλεων συμπαρέστοις. Ita accipe illum philosophi lo-
cum Politicorum libro v. cap. vi. quem neque doctissimus Lambi-
nus, neque alii interpretes sunt aſſecuti: εἰς Αἰγίνην οἱ τὸν παρέξιν αφέ-
χάντες τοντοροτος μεγεθαλεῖν τὸν πλιτειαν. id est, in
Ægina urbe mutare Reip. formam aggressus est is qui oppidum
Chareti prodiderat. in sexta Herodoti Muſa Nicodromus Cnæthi
F. Æginensis, patriæ offensus Æginam Atheniensibus prodere insti-
tuit. si de ea historia sensit philosophus, Charos hic, non est ille dux
Atheniensis qui ad Charoneam vicitus est à Philippo: sed multo anti-

quior alias. Thucydides libro v. narrans Lacedæmoniorum contra Argivos expeditionem : ἵστηται δέ παντις καὶ εἰς τὸν Αργεῖον αὐτόγενον πεποσόμενον : significat fuisse in ipsa urbe , qui prodere eam Spartanis receperissent. Et si autem nullum discrimen ponunt Græci scriptores , inter πεζοὺς & περιδοτας , politi tamen prudenter ita distinguunt , ut περιδοτας sint dicendi ac prodidisse patriam illi censendi , qui pecunia accepta eam hosti tradiderunt , aut ille qui jugo servitutis sit subjectus . Si autem aliquis quo patriam oppressam dominatione injusta liberet occulta confilia ineat , ut auctor libertatis intromittatur , hunc non περιδοτος , sed πεζός τινα λόγῳ debere dici. Thucydidis verba sunt de Brasidas , qui Toronem à paucis civium adjectis noctu per dolum occupaverat , & præsidio Atheniensium eam urbem liberaverat , ac mox coacta concione facti rationem reddiderat : ξύλον γε τὸν Τεραναῖον ποιήσας , ἐλεῖξε τοῖς στρατοῖς Αργείου αὐτοῦ πόλεων . ὅπερ δικαιουεῖται πεζόν αὐτὸν τὸ λόγον τὸ πόλεως χαίρεις , ἀπεπεδότων ἡγεμονίαν . οὐδὲ γέ τι δυλεῖα , ἀπεπεδότων τὴν περιβόλεων δρίσσον τόπον , οὐδὲ επὶ αὐτῷ καὶ ἐλαύησθαι τὸ πόλεων . Sed hanc quæstionem , quis sit proditor habendus , tractat nos ter ex professo eo fragmento quod ex Suida descriptum exhibemus pagina mix. (hac ed. 1420.)

25. 7. περιεισπόσας .] Affert Suidas hunc Polybii locum : deinde plura hujus verbi subjicit , quæ omnia à Polybio esse petit . pro satis comperto habeo : ignoravit antiquus Hellenistimus hanc verborum formam , Polybio & aliis medii Hellenistini scriptoribus frequentatam . sic ὄχλοντεν , & ὄχλοντεν libro IIII . ἔχλοντεν , Legationum numero XIII . περιγραψεν ibidem numero LXXXIX . & CXLIV . apud alios , δημογραψεν , πολιτηγραψεν , θαλατηγραψεν , μετεωρηγραψεν . in libro Sapientia φαντασιογραψεν , quod alibi exposuimus . affine apud Marcum Imperatorem libro primo , φαντασιοληπτος τὸν αστηντροπιδεικνυσθε.

25. II. ἐξ ἣ σωτέρη τῆς Ρωμαϊκῆς ἡ τοις πολιορκεῖν καὶ πολιορκεῖσθαι τοῖς περιεισπάσιν .] πολιορκεῖν & πολιορκεῖσθαι duobus modis accipiuntur : aut proprie de eo genere obsidionis , quod ante diximus : aut μεταφορᾶς de iis qui obsecorum mala patiuntur ; qui tamen servata vocis proprietate , neque obseruentur , neque sunt circunvallati . Lysias in oratione adversus Dardanarios qui annonam candefaciunt : ὥστε τοις τοις τοις τοις πολιορκεῖσθαι . adeo ut interdum pacis tempore obsecorum mala per istos patiamur . id enim est πολιορκεῖσθαι hoc loco . Plutarchus de Pompejo , ἰδίως Καյσαρα μέχρι μὴ ἐγνωμὼν απέχεσθαι , πολιορκεῖν ἢ καὶ τείχειν τοὺς διπεριεισπάσας . Hoc igitur loco Romani dicuntur πολιορκεῖν Agrigentinos , quia cinetes tenebant : ipsi vero πολιορκεῖσθαι , quia inopia commeatus laborabant , quod solent obsecuti . eleganter M. Tullius Philippica XIII . de Antonio qui D. Brutum

tum Mutinæ obsidebat : quem ita obsidebat, neve Hannibal, aut si quis acutior imperator fuit, ut te ipse obsideas : neque te istinc si cupias possis explicare. recesseris : undique omnes insequentur : manseris : herebis. & ita saepe historici : etiam apud alios scriptores πολιορκεῖν ή πολιορκεῖσθαι, pro redigi ad extrema mala & ultimam perniciem accipiuntur, quo etiam sensu apud Oſcam Prophetam verbum κυκλῶν Πατres capiunt, cum ait capite vii. εὐκύλωσιν αὐτὸς τὰ Δῆμοί τινεῖσθαι, circundederunt eos agitationes ipsorum sive consilia. B. Cyrillus exponit, πεπλορύσαται τόπος τοῦ ιδίου εἰδημογέτων ή διοσίων σκέψεων. in qua piii Patris interpretatione, verbum πολιορκεῖσθαι ea quam diximus notione est sumendum.

25. 32. ὁ Δραγησίας τοῖς Νομαρχίγις ἐπιπέδοις περιπορεύεσθαι.] De Numidis equitibus & genere pugnæ quo utebantur, fuse dicimus libro III. ad illa verba paginæ CCCLXIX. μέχα μὴ γέτε επαγγούν γέτε ἐποίεις Δῆμοις ιδίοις τοῖς μεταχειρισισθαι.

25. 36. καὶ πάτερ πάλιν ἐγκλίνασιν δύοχωρεῖν ἔως αὐτῷ συμπίξωσι.] Quam variis artibus, & simulationibus hostis alliciatur in locum insidiarum, vel illa exempla doceant, quæ in eam rem congesta sunt à Frontino libro II. cap. v. Sed postquam omnes historias veteres, recentes evolueris, nullam invenies magis usitatam rationem, quam cum cedendo sensim, aut terga subinde vertendo in locum insidiarum hostis pertrahitur: quod hoc loco faciunt Numidæ. Similia exempla passim obvia: neque heic monitore opus.

26. 8. κατελαυνόμοις τὸ λόφον τὸ καλέμδυον Τόρον.] In decima sexta Diodori Bibliotheca est λέφη Ταῦρος in Sicilia: qui non est iste, sed aliis longo intervallo ab hoc semotus.

26. 10. καὶ δύο μέλιας ἐρύρον τόπον τοῦ ταπειμδύων.] Paullo ante dixit: πέντε μέλιαν ἵστως μέλιας ἐρύρον ἐπί τοῦ ταπειμδύων. Ex his duobus locis colligitur durasse obsidium Agrigentii septem minimum menses: quod spatium Diodorus uno mente facit brevius, hic enim referenda sunt hæc illius verba in ecloga IX. ē libro XXIII. ἐξ μέλιας ωρδηνούσι τες, nempe Romani, ταῦτα παρείλασον Αρούραντα. Observent studiosi phrasin Polybianam, μέλιαν ἐπί τοῦ ταπειμδύων, quoties nihil novi accidit, & servatur idem belli pacisve status pag. LXXII. παντας ἐπιπόνιον αὐτὸς μέλιειν ἐπί τοῦ ταπειμδύων. atque ita passim Polybius τὰ ταπειμδύα pro statu praesenti solet usurpare. pag. LXXXIX. μέλιεις μέλι γένεται λόγεν λόγην πεπέλητον εἰλπίς τοῖς ταπειμδύοις, καὶ δὲ τοῦ ταπειμδύων παρέλειπε. plena locutio est, τὰ ταπειμδύα πεπάγματα. pag. DCCXCIX. ὅταν περιεστῶσι μέμφανται πήδη μυχεραύωσιν, ή τοῖς ταπειμδύοις πεάγματα μυχερεσῶσι. Libro sexto pag. DCXLVIII. in gravissima disputatione opponuntur: ἐξοικεῖν & μέλιειν ἐπί τοῦ ταπειμδύων. Plutarchus in Philopœmene γικῆν ἐξ ταπειμδύων de eo dixit, qui vincit, non paratis ante subf-

subfidiis, sed illis quæ ipse sibi suopte Marte comparavit. Translata vox
è Scholis philosophorum.

26. 14. Ἐ οὐνίσσεις πορσόντων.] Adi ad librum x. ubi fusè
explicat Polybius modos πυρσίας atque usum, & nos ad illum uberrime.
Ibi etiam docemus Pœnos dum in Sicilia bellum gerunt hanc ar-
tem diligenter excoluisse, & ad res magnas ejus auxilio usos. auctor
Polyænus libro viii. capite de Carthaginensibus.

26. 28. τέλος ἐπέψυχος τετράδιαν διαδικούσεις μιθοφέρεις τῶν
Καρχηδονίων οἱ Ρωμαῖοι.] Punicæ Romanæque aciei ordinationem
in hac pugna prætermittit Polybius, ex instituto suo; non enim histo-
riam scribit, ut sepe testatur, sed apparatus ad historiam: ex hisce
tamen verbis, & iis quæ sequuntur, tantum de Punicæ aciei serie co-
gnoscimus. Præcedebant mercenarii διαδικούσαις. hi erant quasi
ferentarii & rotarii aut velites. posterior Græcia προλαβάτες vocat, ut
passim Leo. sequebantur elephanti tanquam murus aliquis legitimæ
aciei oppositus. Elephantorum hæc ut plurimum fuit statio legitima;
aut certe in cornibus: et si interdum in subfidiis alias aut inter
ordines collocatos observamus. quade re alio loco diligenter. Bestia-
rum à tergo erat frons prima justæ aciei, sive antesignani. deinde τὰ
ἴπιτάγματα & ordines diversi, quorum τὰ νέατα ignoramus. At
Zonaras longe aliter rem totam narrat non enim acie instructa utrim-
que pugnatum fuisse, verum Romanos in recipientem se Hannonem
fecisse impetum & magnam partem copiarum ejus delevisse.

26. 33. οὐδέν πᾶν οὐδεποτέ θίνει τὸ φοινικὸν στρατόπεδον.]
Obseruent tyrones causam cladis à Carthaginensibus acceptæ. Quum
antecursores Pœnorū, velut Romanorū pugnam non sustine-
rent, terga vertunt, & ad gravis armaturæ ordines se recipere con-
nantur. Nullum adeo magnum in ea re periculum erat, si ea ma-
nus sine tumultu recessisset, & vel intra ordines aciei recepta ibi substi-
tisset, vel totius aciei profunditatem emensa, pone ultimos ordines
fugam stetisset. Nunc isti in effusione versi fugam, elephantos primo
perturbant; deinde ad frontem aciei delati, impetu suo efficiunt, ut &
qui in prima acie stabant, & deinceps alii fugientium agmine im-
pellantur: ita corrumpitur acies universa, & Romanis ad rem bene-
gerendam egregia occasio datur. Quam multa heic à Carthaginien-
sium ducibus sint peccata, ex iis quæ inferius differuntur a nobis pot-
est intelligi.

26. 36. οἱ μὴ πλεῖστοι διεφύροντες αὐτῶν.] Diodori in hanc rem
verba foedissime corrupta ita concinnamus ex ipsis corrupta lectio-
nis vestigiis. Ανων ἢ πολεμήσουσιν δυοὶ μάχαις ἀπίσταλης στρατόπεδος,
πεζοὺς μὲν μυζηταὶ, ἵπποις ἢ σ'. Καρχηδονίαι δὲ οἱ δέσποινες φασὶ Ιαναῖς
τελείωνται, τεῖσις ἢ κατεργασαμένης. Hanno pugnare aggressus in duo-
bus

bus præliis peditum amisit ccxxx. equites ducentos, qui vivi in potestatem hostium venerant, fuere ad ccccclxxviii. è bestiis occisæ ajunt fuisse xxx. vulneratas iii. numerus desideratorum equum mihi suspeçtus. Zonaras hoc tantum, Ρωμαῖοι φόνον πολὺν καὶ τὸν ἐλεφάντας εἰργάσσοντας. Orosius: Pœni maximo bello (pugnam intellige) vieti & profligati, undecim elephanti in potestatem redacti.

26. 37. πὰς ἥεις Ηρακλεῖαν καὶ περάσσοντες.] Hanno ipse castris relictis Heracleam Minoam confudit: Ζοναράς ἡ Αννωνέις τὴν Ηρακλεῖαν πατέρων, τὸ στρατόπεδον σύλλιπον. Apud Diodorum statim post narratam Hannonis istam cladem sequuntur hæc verba: ὅτι πόλις λῷ ἡ Εὐλαΐα. ὁ δὲ Αννων βαλλοστοῖς θεοῖς μεφέρων ἐνι στρατηγίᾳ πατέρων εἰχθρὸς αἴμα νεῦται πολεμεῖς αὐτοῖς. Author illorum Excerptorum aut qui illa descriperunt ita omnia mutilarunt, ut in plerisque divinatione opus sit, ut scias quò illa pertineant. quod igitur heic dicitur Hannonem prudenter usum confilio, stratagemate uno & inimicis & hostibus perniciem attulisse, referendum est ad vafrum illius confilium, quo Gallos mercenarios qui non manebant in fide simul & Romanos est ultus. historiam narrat Frontinus libro iii. cap. xvi. sed Frontinus Amilcari stragema tribuit, quod Diodorus Hannoni: & rursus Hannoni, quod Græci Amilcari, ut è Zonara antè docuimus.

27. 6. χώσεις ἢ φορυαῖς ἀχνέων σεσαλέρων τὰς ταῦθας.] Inter species munitionis pullo ante ponebamus χῶσιν, aggestionem terræ cuius in re militari varius & multiplex usus. Interdum aggeritur humus ad excitandam altitudinem, quæ sit pro pluteo, & tela hostium defendat: cujusmodi sunt χώσεις quæ super fossarum labris exstruuntur. Latini aggerem, vel etiam vallum vocant, aliquando attolluntur in usum ἀποτρυπταντος & turrium stabilium, sive mobilium, ex quibus tela in obsecros mitti queant. hunc quoque Romani aggerem dicunt, & Græci veteres χῶμα, recentiores ἔγειραν vel ἄγειρα depravatione verbi Latini. Aliud genus χώσεως est, quum portus mole injecta obturantur, aut quum in lacu vel mari, ut olim ad Tyrum Alexander, muniendo fit vi:; quarum aggestionum multa sunt vetera & recentia exempla. Aliud item, idque utilatissimum genus est χώσεως, quando fossa terra ingestæ repletur, quod hoc loco fit ab Hannibale. res ut diximus in creberrimo usu polita, sed modus quo usus heic Hannibal observatione dignus, ac propterea Polybio notatus. communiter omnis χώσις aggestione fit humi: χωνεύειν enim est ingestu terræ glebae obtrudere: verum quia hæc ratio temporis indiget ac moræ, quam saepe necessitates bellicæ non ferunt; propterea usus invenit ut loco terræ alia adhibeantur. Tria fere in eam rem solita admoveri, sexcentis locis Græce Latinæque historiæ docent: terram, saxa, & ἄλιβα, materiem

riem sive ligna: eaque vel grandia, ut trabes, arborum trunci, aut ipsæ integræ: vel minuta, ac fere vincita, ut καλόν αγκαλίδες, quas in simili re nominat Apollodorus in Poliorceticis, ramorum frondiumve fasciculi item farmentorum & virgultorum. aliquando etiam quisquiliae & lacunarum inquinamenta ac fordium omne genus complendæ fossæ injiciuntur deficientibus lapidibus, ut ait Nicetas libro IV. ὃ τέφρον εὐέπληστον ἀφυσγέτω Λέων ὃ λιθανταρεῖται. denique ubi res poscit, quicquid est ad manum in eum usum solet verti. ipsa quintam corpora vulneratorum & occisorum cadavera fossarum sæpe fiunt complementum. unde illa gravis Appiani querimonia in Punico, ἄνθρωποι, inquit, ἀναταράσσα βόθροι: dixerat enim de milite Romano Carthaginem duce Scipione ex summis opibus oppugnante: λιθολόγου ὅσσα πελέκει τὴν τεῖχον αἰχματος, οἱ δὲ τὰς χαλαστῆς οὔνταν· τὰς δὲ νεκρὰς καὶ τὰς ἐπιζωντας ἐς τὰς κεῖται μετέβαλλον, οἱ δὲ λιθανταρεῖται φέροντες. qui lapides legebant, inquit, pars securibus aut dolabris, alii contorum furcillis & mortuos & adhuc vivos in terra cava conjiciebant; nec secus quam ligna & saxa trahebant. Tacitus IV. Annalium: interea Barbæ catervis decurrentes, nunc in vallum manualia saxa, preustas sudes, decisa rebora jacere: nunc virgultis & cratibus, & corporibus exanimis completere fossas. Livius libro XXIIII. de Pœno hoste & duce Hannibale: Hunc natura & moribus immitem ferumque insuper dux ipse efferavit, ponibus ac molibus ex humorum corporum strue faciendis. Omnia verò maximè congeri illa solent, quæ loci quum occupent plurimum, pondus habent minimum; culcitæ, & quæcumque aut tomento, aut palea sunt farta, sicut de Hannibale narrat heic Polybius. Similium porro evasionum ex urbibus circunvallatis multa possemus exempla afferre ex historiis sive antiquis sive recentibus: sed iis omissis, quæ studiosi per se adnotabunt, unicum adferemus Appiani locum, ubi non solum evasio huic gemina tentatur; verum etiam apparatus omnis describitur necessarius ad hujusmodi consilium exsequendum. In quinto Civilium narrat Appianus Lucium Antonium ab Octavio Perusiae circunvallatum conatum esse cum suorum militum manu erumpere, & fossis murisque superatis salutem sibi parare: quibus autem rebus instructi generolo incepto se accinxerint ita narrat. ὁ Λύκιος οὐ γε αὐτὸς ιμέοντις, σιδηρῷ τε τειχομάχῳ εἶχον πολὺ, καὶ κλίμακας εἰς εἴδη πάντας διεποιεῖσθαι. ἐφέρετο δὲ καὶ τάφρων αἰχματοειδεῖς ὄργανα, καὶ πύργοι πηκτίδες εἰς τὰ τείχη μετέντετο, καὶ βέλη παντίστια καὶ λίθοις καὶ γέροις τοῖς σκόλοψιν ἐπιρριπτεῖσθαι.

27. 7. ἔλαχε τὰς πολεμίας απαγαγών ἀσφαλῶς τὰς διδαμιν.] E diametro cum his pugnat Zonarae narratio undeunde petita: αὐτὸς μὴ ἔλαχεν, οἱ δὲ ἄλλοι γνωστέντες οἱ μὲν τῶν τῶν Ρωμαϊών, συχνοὶ δὲ καὶ τῶν

τῶν Αργειαντίων εἰπούσιοιν. Polybius sibi constat: nam ejus sunt verba paullo post de hoc Hannibale, ἐτοι τῷ οὐτὸς διώματος σύκλεψας γυντὸς εἰπεῖ τῶν Αργειαντίων πόλεως.

27. 14. *Ἐθέλοις δὲ αὐτὸς ἐμποδὼν ἴστημίει, παρεπεσόντες διῆτα-
ου τοὺς πόλεις.]* Sunt qui tradant Agrigentinos in fugientem Hannibalem una cum Romanis fecisse impetum: multosque eorum occidisse: quod tamen, inquit Zonaras, apud Romanos nihil eis profuit. direpta enim uero est, & ipsi omnes hastae subjecti. auctor est Diodorus scelio-
ne ejus urbis facta esse mancipia amplius viginti quinque millia. sic
ille. *Δέλταις γένεροις ἀναντεῖς τοῖς δρόμοις καὶ ε.* prima verba
non carent mendo. fortasse *Δέλταις δρόμοις ἀναντεῖς.* nam & alibi eo
verbo utitur. Subjicit ibidem Diodorus, Romanos toto hoc anno aut
certe obuidione amisisse peditum triginta millia, equites φ. u. quadra-
ginta supra quingentos. sed est error quem antè notavimus & pro a-
vel *x. c. 10.*

27. 22. *εὖλοις ἔστι τῶν ἐξ Δέλτης λογισμῶν.]* Ait Romanos
capto Agrigento, & de Pœnis nobili parta victoria, consilium suscep-
isse adimendæ Pœnis Siciliæ, de quo ante non cogitaverant. ratio
est; quia successu augmentur hominum studia: & profectu ipso homines
invitantur ad ea persequenda, quæ vel temere, vel per occasionem ten-
tantibus bene cesserint. Huc pertinet quod antea dicebamus ex Poly-
bii sententia, eosdem Romanos ad occupandum orbis imperium occa-
sione fuisse invitatos: non autem destinatione animi certa id multo
antè esse molitos. Adscendamus ad causam causæ, quæ est Dei provi-
dentia, sive ut historici solent dicere, vis fatorum occulta, quæ Ro-
manos ad Orbis imperium vocabat, & jam tum res omnes in eum fi-
nem dirigebat. Hoc qui non videt in historia universa veteris populi
Rom. nihil profecto videt: qui non attendit, non miratur præcipuum
usum ac fructum historiæ.

I V. Belli Punici primi annus IV. De mari imperio & Roma- norum primo studio ejus capeſſendi.

Hoc anno nihil gestum est in Sicilia dignum memoria, ab iis Coss.
qui mox nominantur; Zonaras iccirco, Eutropius, & post illum Oro-
fius, hunc annum ne attigerunt quidem; Mytilstrati tamen obſeffio,
quæ narrante Diodoro, septem menses fruſtra Romanos tenuit, huic
anno, opinor, congruit. Polybius eti fatetur Consules hujus anni
res Siculas *ἐν δεξιοῦ προσώπῳ* administrasse, hoc est, pro copiis quas habe-
bant, satis commode; multasque adeo urbes ab iis deditioне captas:
omnia tamen quæ in provincia hi Coss. geſſere prætermisit. Denique
nulla alia re inſignem hunc annum facit Polybius, niſi rei navalis cura
tum

tum primum à Romanis seriò suscepta. Et ait Polybius tanti hanc rem se cōstīmare, ut nihil æque eum impulerit ad breviter saltem narrandum bellum Punicum primum; atque hoc, ut originem & principium ejus studii apud Romanos exponeret. Quam nec illaria res sit ad magnum imperium sive parandum sive firmandum, habere in sui potestate mare, etiam mediocriter periti rerum politicarum, & eorum quæ nunc cum maxime geruntur *καὶ ἀνήγοι*, non ignorant. Omnino magnæ potentiae præsidium & quasi pignus est semperque fuit Maris dominari, quod Græcis *ἡλατηνογένει* dicitur. Propterea antiqui Chronicorum apud Græcos scriptores, quum nullum extaret summum imperium uilius Græci populi, cuius factis ante Olympiadum institutionem doctrina temporum inniteretur, inter alia tempora quibus ad seriem temporum designandam sunt usi, istud non pratermisserunt; sed populos diligenter recensuerunt, penes quos imperium maris quondam fuisset, atque omnes mutationes quæ in ea re contigerunt, accurate in suis Chronologiis adnotarunt. Exstant hodie ejus observationis clara vestigia in Chronicō Eusebiano: ubi historia universa imperii maris ab ipso ejus principio ad Romana usque tempora, ut videatur, deducta & pertexta fuerat: sed qui superioribus saeculis aureum illud Eusebii opus nobis descripserunt, ingenti etiam hic negligentia usi, observationi pulcherrimæ magnas tenebras intulerunt. Quoniam igitur ad eum annum devenimus, quo maritimi Romanorum imperii jacta sunt fundamenta, multusque in eo sermone est Polybius, non pigebit hoc loco, quæ de eo apud Eusebium restant, adhuc vestigia legere ac persequi, & de re cognitu dignissima *ἀδε πάρεεγον* nonnulla adnotare. Ergo ut à capite rem ordiamur, maris imperium ante Carthaginenses, quibus Romani eripuerunt, hi populi leguntur tenuisse.

I. LYDI numero Eusebiano ab Abraham DCCXL. qui est *Δέκατης ηγεμονίας*, MMDCXCII. Magni scriptores primum ex omnibus Græcis Minoem Cnossiorum in Creta Regem, maris potentem fuisse scribunt. Diodorus Bibliothecæ libro IV. *Μίνωας τερψίτης Επέλιον ναυαρίου διώρατην αξιόλογην συστούσθητο εἰρηλατηνοράφτης.* confirmat scriptor eruditissimus Nicolaus Damascenus, cujus verba sunt apud Stobæum, capite XLII. *Κρῆτες τερψίτοις Επέλιον νόμος ἔχον Μίνωας θεύρας, ὃς καὶ τερψίτης εἴρηλατηνοράφτης.* Eusebius tamen hoc refellit: scribit enim ex versione B. Hieronymi numero DCCLXV. *Minoi mare obtinuit & Cretensibus leges dedit, ut Paradius memorat: quod Plato falsum esse convincit.* quid hoc loco sibi vult vox Paradius, illustrissimi Josephi Scaligeri Animadversiones docent. Evidem vehementer miror, quomodo ex Platone tibi persuaserit sive Eusebius sive Africanus, falso esse quod de Minois imperio maritimo vetu-

vetustissimi scriptores memoriae prodiderant. ego nihil apud Platonem invenio, cur aliter credere debeam. & Strabo libro x. traditionem vetustam, proverbii testimonio, hoc est Græcorum communi consensu comprobat: solitos enim dicere de eo qui rem probe sibi notam scire dissimulat, Scilicet Cretenis mare ignorat. Credere, inquit, par est, ταῦτα τεντούσι τὸν Κρητανόν. οὐτοὶ μὲν παρεμπάλεος τοῖς τὸν παρεπομένοις μὴ εἰδέναι. οὐτοίσιν Ο Κρήτης αὐγοῦ τὸν γαλασσαν. Eusebius tamen ista persuasione imbutus, aliter pronuntiat. In interpretatione Hieronymi numero DCCXL. sive ut aliae editiones habent DCCXLII. ira scriptum, Lydi mare obtinuerunt: Græca à Scaligero descripta è codice regio Georgii Monachi & publicata sunt uberiora, pag. xxxi. Λυδοί, οἱ καὶ Μαίονες ἡγελασσορεύτουν ἐπι σ. Primi igitur ex sententia Eusebii, maris domini & γαλατορεύτων fuerunt Lydi.

II. PELASGI. Eusebius DCCCLIX. Pelasgi mare obtinuerunt: & apertius Græce pag. xxxiv. Πελαζοὺς διτεχνού ἡγελασσορεύτουν ἐπι πε. pro διτεχνού scribendum διτεχνού, ut semper in sequentibus, τεταρτοῖ, τέταρτοι. Ex libro v. Strabonis & accurata Dionysii disputatione in prima historia, scimus Pelasgos gentem vetustissimam Græcorum, quoddam πολλῶ ἐπιφάνειαν κατοικῶν, sed quæ nullum diu firmum stabulum haberit, modò huc modò illuc sedes transferre solita. Quod ad numeros attinet, cum Græcis Latina, in quibus error magnus vix potuit admitti, non consentiunt. Imperium Lydorum Græcus textus facit annorum xcii. Latinus cxix. ut fortasse legendum sit πε. non σ. Pelasgos Græca produnt γαλατορεύτουν annos LXXXV. Latina versio lv. hoc est πε. non autem σ. Sequitur enim:

III. THRAACES. Eusebius Mxlv. Tertio mare obtinuerunt Thraaces; annos decem & novem. Græca editio Τείτοι ἡγελασσορεύτουν Θράκες, ἐπι οθ. Tertii mare obtinuerunt Thraaces annos LXXIX. ita corrigendum esse in versione Hieronymi testis Eusebius ipse qui proximos γαλατορεύτους separat majori adhuc intervallo à Thracibus. vide mox.

IV. RHODII. Eusebius Mc. Quarto mare obtinuerunt Rhodii annos xxiii. In editionibus summorum virorum Arnoldi Pontaci Episcopi Vasatensis & Josephi Scaligeri, legitur hæc nota eidem anno apposita Mc. quum si verum sit Thraaces annos LXXIX. esse dominatos, ut modo dicebamus, opponi ista debuerint anno Mxciiit. sed ut ratio congruat de Thracibus, Rhodiis, Phrygibus, puto transferendam hanc notam in annum Mciiit. & pro οθ. scribendum esse πθ. LXXXIX. De Rhodiorum dominatione Græca editio ita loquitur: Τέταρτοι ἡγελασσορεύτουν. Ρόδοις καὶ δὲ πνεας πέμποις ἐπι κα. eadem diversitas mox iterum notatur. quare autem Rhodios in hoc

albo, quidam quarto loco recensuerint, alii quinto, nusquam hodie legitur. postquam doctissimorum hominum scripta, qui de his rebus ex antiquissimis Græcorum monumentis disseruerant, perierunt. Strabo libro XIV. videtur diuturnius multo hoc mari imperium Rhodiorum facere quam trium & viginti annorum. Scribit enim de ea civitate: θαυμαστὴ ἡ ἐπικέλεσαι αὐτὸς τὰ ρωμῆς αὐτῷ ἡς ἐθαλασσοργήτων ἡ πόλις πολὺ πλούσιον.

v. *PHRYGES*. Eusebius. MCXXVII. *Quinto mare obtinuerunt Phryges annos XXV.* Græca Scaligeriana φεύγεις πέμπτη: ἐθαλασσοργήτων ἐπι κε. Χτίζεις δέκατης. hoc est ἐπι, non autem ἐξ.

vi. Eusebius MCLII. *Sexto mare obtinuerunt . . . annos XL.*

vii. *PHOENICES*. Eusebius MCXCI. *Septimo Phœnices mare obtinuerunt.* Tyri & Sidonis urbium Phœniciarum navigaciones & potentiam omnis historia celebrat; maxime autem sacræ literæ, & prophetarum vaticinia, ut Isaïæ capite XXIII. lege Strabonem libro XVI.

viii. *ÆGYPTII*. Eusebius MCCXXX. *Ægyptii post Phœnices mare obtinuerunt.*

ix. *MILESI*. Eusebius MCCLXV. Olympiade VI. *Mare obtinent Milesii, construxeruntque urbem in Ægypto Naucratim.*

x. *CARES*. Eusebius MCCLXXXIV. Olympiade XI. *Mare obtinent Cares.* Castor sive alius scriptor vetus apud Suidam, τὰς Κάρας θαλασσοργατῆσαι λέγει μὲν Μίνως τὸ Κρήτον. Meminit θαλασσοργατῶν Carum Diodorus libro quinto: μὲν τὰς Τρωίης πλόους κατέχου τὸν νῆσον (Lesbum) Κάρες ποθ' ὅταν μερύνει θαλασσοργήτων.

xi. *LESBII*. Eusebius MCCXL. Olympiade XXXVII. *Post CARES mare obtinuerunt Lesbii annos LXIX.*

xii. *PHOCÆENSSES* per annos XLIV. In Latinis libris hæc nota est prætermisla, ut & sequentes, præter unam, omnes. In Græcis Scaligeri ms. pagina XLII. habentur hæc 16. Φωκαῖς ἐθαλασσοργήταις εἰποῦσι μόνοι.

xiii.

xiv.

xv. *Naxii per annos X.* In Græcis excerptis Scaligeri pagina XLIII. Νάξιοι ἐθαλασσοργήταις εἰποῦσι. εἰποῦσι. *Naxii decimi quinti mare obtinuerunt annos decem.* Naxus hæc insula est una e Cycladibus, de cuius priscis cultoribus multa Diodorus libro quinto: ubi etiam de potentia quam aliquando in mari obtinuerunt Naxii ita narrat. φασὶν επιδεῖν τὸν νῆσον εἰς διδαμφινίαν, τῇ ρωπίδες τε δυάδες αἴξιολόγες ουσίουνται, τῇ δὲ πέρης πεντετέρες εἰς Ειωπίαν

ταῦτην συνιζέραναι μεγάλου τὸν Βαρβαρόν.

xvi. ERETRIENSES per annos vii. Græcus textus Eusebi: Μετὰ Ναξίων Ερετριεῖς εἰσὶ. ἐπὶ τούτῳ. Post Naxios Eretriaenses decimi sexti maris imperium obtinuerunt annis septem. Eretria urbs quandam in Eubœa insula admodum potens opibus, secunda a Chalcide, quæ erat metropolis & capitul totius insulæ. Strabo libro x.

xvii. AEGINETÆ. Eusebius MDVIII. Olympiade LXVIII. Decimo septimo mare obtinenter Aegineta, annos xx. usque ad transitum Xerxis. Ita descriptiū hæc verba e suis libris Arnoldus Pontacus: in aliis codicibus desiderantur illa decimo septimo quæ recto iudicio ab eo sunt restituta. fallitur vero doctissimus vir quum disputat legendum potius est undecimo. imposuit ei defectus Latinorum librorum in quibus populos Ἰωλατῶνος ἀρχας ante Aeginetas non inveniebat nisi decem. sed vitium exemplariorum palam arguunt quæ haec tenus diximus. In Græco textu ita legitur Γέλων Συρακουσίων ἐπεργάσουν ἐπιτηδευτέρους. ἔτη δέκα. ἔτη αὐτούς Αἰγινῆτας ἐπειδή. heic quoque à librariis peccatum: nam legendum est, Γέλων Συρ. ἐπ. ἐπ. ι. ι. ι. ι. Gelo Syracusis dominatus est annos septem. Decimi septimi mare obtinuerunt Aegineta annos x. Gelonis tyrannidem tot annorum fuisse, & Diodorus scribit. De Aeginetarum imperio mari Strabo quoque facit mentionem libro viii. Αὕτη οὖν, ΑEGINA, η καὶ Ιωλατῶνος ποτε, καὶ αὖτε περιτείων αἱρεφισθεῖσαι ποτε αἵρετος Αἴγιναῖς καὶ τῇ αὐτῇ Σαλαμῖνα γαμήσια καὶ Περσική. meminit & Alianus variæ historiae libro xii. cap. x. Post Aeginetarum Ιωλατῶνος nihil ulterius de imperio mari adnotatum in Eusebii Chronico. Sed quum dicat Eusebius obtinuisse illos mare usque ad transitum Xerxis, quinam illis succederint non est obscurum. Nam post victoriā de Xerxe & Persis relatam principatum Græciæ sine controversia possederunt εὐαλλαξ & per vices Athenienses & Lacedemonii: nos autem demonstravimus antea horum dominationem nihil aliud fuisse, nisi Ιωλατῶν ἐπεργάσουν, maris imperium & potentiam majorem, quam reliqui Græciæ populi haberent. Postquam continuis diffusionibus & bellis fractæ sunt horum opes: terra marique latè imperitarunt Europa & Asia reges Macedonici. hos quoque temporibus illis Ιωλατῶνος quum modo qui in Asia & Syria regnabant, prævalerent copiis navalibus; modo qui in Macedonia rerum potiebantur plurimum mari possent, in Bibliotheca refert Diodorus, qui etiam libro xviii auctor est Athenienses aliquot in mari à Macedonibus clades accepisse; Μακεδόνας, inquit, τῷ περι Ιωλατῶνος περίτεντας. Atque hæc de populis Græciæ. Sciendum vero, nunquam Græcos tantum in mari potuisse, ut versus Occidentem ultra mare Ionium potentia eorum extendetur. Ergo etiam inter Occidentis populos fuerunt, qui mari imperium

rium sibi vindicarent. Spina urbs fuit in Italia, ad mare superum sita, Ravennæ vicina, vetustissima Græcorum colonia. hujus oppidi ci-
ves Spinetas quondam tenuisse maris imperium auctor Strabo libro v.
ιστορίας, inquit, τοῖς Σπινητῶν ὡς θαλαττοκράτορεσσάντων. Dionytius
Halicarnassus libro i. Spinatarum hoc imperium fuisse diuturnum
scribit, atque opibus florentissimum. δύτηχοσά τε μάλιστα τοῖς
τὸν Ιόνιον οἰκεῖτων θαλαττοκράτορεσσάζει πόλεις, καὶ δεκατας αὐτῆς τῷ
θέατρῳ δέποτε τὸ θαλασσῆς ὀφελεῖαν εἴπερ πνευ μηδὲ λαμπεστάτων.
Sed multo illustrius Tyrrenorum fuit imperium, quos magnæ parti
maris mediterranei esse dominatos, idque perdiu a multis proditum
est memoriae. Strabo de Luna in qua urbe tum fuit Etrisci imperii se-
des, & portu Lunensi libro v. οὐδὲ γὰρ πόλεις φυγάσσουσαι. οὗ λιμνῶν μέ-
γαστρίς τε καὶ κάλλιστος εἰς αὐτῷ σπλήγχνας πλεύεις λιμνίας οὐδὲν αὐτῷ γένοιτο τὸ
ορευητέλον θαλαττοκράτορεσσάντων αὐτριαντων ποσαύτης μὴν θαλάττης, ποσά-
τον ἐγένοντο. Dionytius libro primo, de appellatione maris Tyrreni-
ci: ἐπειδὴ Τυρρηνοὶ θαλαττοκράτορεσσέ εἰχοντες μετέλαβεν οὐδὲ γὰρ περι-
πολεῖαν. idem quoque Diodorus libro v. Tyrrheni, inquit, ναυπ-
ναῖς διακριεστὶ γεγόνοντες καὶ πόλεις γεόντες θαλαττοκράτορεσσες περιθε-
τὸν Ιταλίαν πέλαγος αὐτοῖς εποίουν Τυρρηνικὸν περισσοτερούσθιαν.
meminit etiam alibi. Non satis scio an populis θαλασσοκράτορεσσας ac-
cesserit Massilienses debeant: nam maris quidem imperium ipsos ob-
tinuisse non memini legere; classicis tamen apparatus fuisse instru-
ctissimos docet Strabo: qui etiam auctor refertam eorum urbem fuisse
donariis & spoliis quæ ceperant αἱ τολεμαϊκαὶ χώρες τὰς αἱμοτο-
τέρας τὸ θαλάττην αἱνεσσι. Et Etruscorum potentiam obscuravit Car-
thaginientium dominatio, major opibus, amplior finibus, prior tem-
poribus. Hos autem maris quoque imperium tenuisse, quum vige-
bant res Punicæ, è vetere historia certum est, & multis locis Diodori
monumenta testantur. Ante Romanos tentavit hoc illis decus adimere
potentissimus tyrranus Agathocles: & verò navitate, industria & dex-
teritate profecit homo sollestitissimus non parum. semel enim insigni-
ter & supra spem victis Carthaginensibus, victoriae præmium domi-
nationem maris est consecutus. Diodorus in cxviii. Olympiade, li-
bro xx. Αγαθοκλῆς δὲ ἐλπίδας ἔχαντες τοῖς θαλασσαῖς κοινέσσαι πότε
το Καρχηδονίαν, εὑκίνητοι κακορεῖσι τοῦδε δόξαν. καὶ τὸ λοιπὸν θαλασσο-
κράτορεσσαν παρείχετο τοῖς ἐμπόρεγοις τῶν αὐτοφύεσσι. sed quod ex insperato
tyrannus immanis erat consecutus, ex insperato citissime amisit,
omnibus Africæ populis mox ab eo deficientibus. itaque imperium
Carthaginientium confessim in pristinum locum est restitutum, &
ipsi αὐτοῖς θαλασσοκράτορεσσας, ut scribit paullo post Diodorus. Roma-
ni verò ubi semel maris potentes sunt facti, sedulo semper cave-
runt, perfeceruntque adeo ne ejus suæ potentiae aximulos haberent.
itaque

itaque victis primo & secundo Punico Carthaginensibus & postea Antiocho, lcx inter primas foederis conditiones dicta, ne ultra certum numerum, cunque oppido parvum, naves parare possent. Lege formulas foederum illorum apud Polybiam & Livium, nemo *ταλαττικος τοεις* Rom. meminit ante Lycophronem, qui vix potuit vidisse belum Punicum primum, aut certe vix uti ille tamen, p. 157. appellat Rom. *γης και ταλαττικοι principes*. Sciant vero studio si verbum *ταλαττοκυρτειν*, non semper apud historicos aliosve scriptores de imperio maritimo esse accipendum. interdum enim ita dicitur, ut *τω πονεραις*, quod non significat equitibus dominari aut praefesse: verum copiis equestribus praestare, & ut loquitur Livius, equitatu meliorem esse; tunc *ταλαττοκυρτειν*, de eo qui copiis navalibus fuerit instructior, aut qui in proximo sibi mari impune vagatur sine metu potentioris. ita dicit Xenophon in *iv* rerum Graecanicarum, Corinthios in sinu, quem hinc Achaia inde Lechæum claudunt *ταλαττοκυρτηπη*, & Diodorus libro *xviii.* de Cyzicenis cum Arridao bellum gerentibus, *ταλαττοκυρτειντες φασιν ομιλοντο της πολεμικες*. Sic & alibi tirones legent, & accipient.

2. 32. τὰ μὲν διατάξεις τὰς πεζικὰς διαδίδειν καὶ λόγου σφίσις περιγραψία.] καὶ λόγου Polybio heic & alibi non raro est idem ac si L. it ne dicas, ex animi sententia, quum destinata procedunt, & confilia ad finem propositum perveniunt. Legationum *lxxii.* ecloga. Πατέραις παθόμενοι καὶ λόγου περιγράψεις τοῖς Αχαιοῖς τὰ καὶ τὰ Μεσσηνικά. LXXX. οὐαλογίζοντες δεδίεναι τὰ ταξίδιαν Ρωμίας, καὶ μὴ γερεν αὐτοῖς τὰ πεζιγνωσκά καὶ λόγου. res ipsis non faccedere secundum rationem, hoc est uti proposuerant & speraverant. Aliquando aliter accipiendum: ut in navalii prælio quod paullo post describitur τὸ καὶ λόγου ἐπετελεῖτο καὶ τὰ μέχισ, ὅπερ εἰπεις, ὅπερ δὲ περιγραψία σταύρῳ τὰ τοῦ ἀγνοιζούμενον, procedebat pugna secundum rationem; heic καὶ λόγου non est, ex animi sententia: sed prout ratio ostendit fieri debere. erat autem rationi consentaneum, ut pares vires per bellum fortuna sequeretur, & victoria anceps aut nulla. Pagin. *DCII.* Αγαλθο τὸ καὶ λόγου ποιῶν καὶ πεζοστρατῷ πέμπειν οὐαλογίζεται ταχείᾳ. Solet etiam dicere εἰπεῖ καὶ λόγου vel εἰπεῖ πεζοστρατοῦ λόγου εἰκρατῆς ἀνέγερθεν. & οὐαλογίζεται εἰπεῖ καὶ λόγου, quod alibi dicit εἰπεῖ εἰκράτων. Vide amplius libro *III.* ad illa verba pag. *CCCLXVI.* εἰπεῖ καὶ λόγου πατεράνας Συγγραφα. Vertimus διαδίδειν πεζικὰς pedestres copias. quod non desunt viri eruditi qui reprehenderent. πεζικὰς enim esse terrestres copias. nam quæ est ambiguitas in voce Graeca modo equestribus modo navalibus copiis opponi solita, eadem est etiam in Latino sermone. Livius libro *xxviii.*

Cum his ceteraque preda Nicia Pretore Achaeorum Ægium missa, quum Corinthum petisset, pedestres inde copias per Boeotiam terra ducti jussit. Orosius libro III. cap. primo: Pisander dux apud Spartam, per Agesilaum regem relictus, maximam munitissimamque classem tunc instruxerat, ut illo pedestrem expeditionem agitante, ipse quoque navalis discursu oram maritimam pervaletur. Vellejus Paternus: Eadem virtus & fortuna subsequenti tempore ingressa animum imperatoris Tiberii fuit, qua initio fuerat; concussis hostium viribus; classicis peditumque expeditionibus. hoc est ratiōne περικῶν διωδεσσαν στρατιας, sive φόδρος.

27. 36. οἱ ναῦσατέρες σπαρτιῆται Λασίνιοι Οὐαλέει τοις Τίτοις Οντακίλαιοι.] Plenius in saxo Capitolino. L. Valerius M. F. L.N. T. Octacilius C. F. M: N. Crassus.

27. 41. ζυγεστάτηρ ὁ τοῖς ὁ πόλεμοι.] Ζυγεστάτην est rei pondus cum sacomate æquare: vel duas res pares inter se facere. inde venuste ad alia solet transferri. Lucianus de scribenda historia; ἐπειδὴν αὐτούχοις οὐρανὸῖς ἔστιν ἡ θεά. οὐαὶ ζυγεστάτηρ τίτε ὥστερ εἰ τρυπάνη τοις γιγάνθραις. eadem locutio apud Ammianum scriptoriem semigræcum, libro XXIV. quum certaretur afferrime, multique fund. rentur atrinsecus, & aque vires gesta librarent. indidem sunt illa, ισόρροποι μάχη, διώραμα ἀντίστοιχον, vel ισοτάλαντοι. Sed quam libenter veteres Græci in rebus bellicis uterentur vocibus δύο τοις συμμαχοῖς petitis declarant præcipua ejus artis veiba, φάλαγξ, ζυγός, βάρος, σκήψια, & alia quæ in his libris à nobis exponentur. Aristoteles quoque hoc simili usus: quum in secundo Politicorum declarans discriminem quod est inter communionem civitatis, & commilitii ait illi in quidem tempore constare è differentibus specie: commilitum verò contra: esse enim societatem quæ ad bellum coitur, similem, ut quum in rebus ad libram pendendis pondus majus desideratur, quod sit par & æquale ei quod in altera lance prægravat. est sane genus pugnæ violentissimæ quando alis & umbone hostis impellitur, ac totius corporis pondere urgetur: qua de re multa loco opportuno dicentur. recte igitur philosophus dicit societatis hujus utilitatem esse in augenda quantitate. verba Aristotelis subjiciam: εἰ μόνον εἰς τολεῖσταν αὐτόρων εἰσὶν οἱ πόλεις, αὐταὶ εἰς εἴδει Διογένεσταν. εἰ δὲ γίνεται πόλεις εἰς ἑμοιών. εἴτε οὐ γὰρ συμμαχία οἱ πόλεις. οὐ μέν γὰρ τῷ ποσῷ γένοιμον, καὶν οὐ τῷ αὐτῷ τῷ εἴδει. Βανθειας γὰρ γίνεται οὐ συμμαχία πέφυκεν, απότερον οὐ εἰ σαθρὸς τολεῖσος ἐλκύσηται. Apud Diodorum Siculum libro XVII. observabam verbum πιλαιτέσσας non dissimiliter positum.



MERICUS CASAUBONUS

Lectoribus POLYBII S. P.

Qum multa & varia sint illa, quae b. m. Pater, Is. CASAUBONUS, à prima juventute, constanti porro labore, & vigente ingenio per multorum annorum, ad supremum usque vite diem, curriculum in literis humanioribus prestit ac publica fecit: Sed nec illa multo pauciora, si non & plura, quam magno labore, ex omni scriptorum genere congesta in Adversariis suis, non magno labore (ut mos erat ipsius) contexere, & digerere, ut perfecta exirent, posuit, si vitam otiumque ò nra cù nra suffecisset: nihil tamen est in hoc politioris literaturae genere, quod majore unquam molimine & filosotiae suscep-
rit, quam Polybius novâ post minus fæciles aliorum conatus versione promulgandus, & amplis illustrandus Commentariis: ut pleraque quæ ante a publicaverat & nomen illi non inglorium p: pererant, pre-
isto, (perfecisset modo, quod instituerat, & inchoaverat) opere,
nuptissima ipsius censeri meritò potuerint. Et de Versione quidem quia ea pridem publicata est, & multorum elogis celebrata, non est quod mulius hic agamus. Quò quis erit Grece lingua peritior; (quales supe-
rior etas tulit non sane multos, sed ista multò pauciores:) & in ob-
scurissimis istius lingue scriptoribus sive Poëtis, sive aliis, noctesque
diesque laborando periculum suarum virium sapius fecerit: qui longo usu & assidua lectione, quid in quoque rarum & recorditum;
quid preter aliorum communemque adeò consuetudinem seu ver-
bis singulis, seu compositione, cuique proprium, & peculiare, (qua-
lia in uno Polybio, tam multa, quam multa vix in pluribus, ne
dicam omnibus aliis simul sumptis:) statim ut ad aures accidit
non fallente judicio dijudicare potest: quò quis, inquam, magis talis
est; tantò illi facilius de hac versione pro merito ipsius judicet. Qui
non ad istum gradum eruditionis istius pervenerunt, eò tamen per-
venerunt, ut sint istius lingue à quā ferè pendet solidior omnis cru-
ditio, in primis studiosi: illis ego dabo consilium, cuius ausim fructum

ipsis non mediocrem, naviter expertis, ac defunctis, polliceri. Græcum Po'ybi textum lecturi, adhibeant utramque & Parentis & Perotti versionem. Nam illud cum certum sit Perotum Latinæ lingue peritiam, sed & elegantia & puritate sermonis inter paucos excelluisse, ut ejus versio non hujus etatis fætus, sed pristini temporis & Latinitatis opus ob excellentiam sermonis à multis judicata sit: hoc igitur, ut ab eo incipiamus, quante, queso, (cultioris sermonis planè non experti & incurioso) voluptatis, tam nobile par, tantis in isto genere dotibus preditos quasi commisisse, & agonotheta munus sibi imponentem, per singulas ire periodos, & prout uterius mereri videbitur, huic interdum, interdum illi purissimi & elegantissimi sermonis palmam suo judicio tribuere? interdum vero, quod in arenâ contingebat interdum, (unde illud Poëte, Cum duo pugnarent, victor uterque fuit:) ancipiti judicii lance, palmam utrique decernere; aut de palma, prout ipse maluerit, quod & olim factitatum, hieram facere; seu ut Polyb. ipse loquitur, invicto utroque pugile, τὸν ιερὸν σέπανο?

Sed hoc et si non parvum, & quod ad profectum Lat. sermonis momentum habere queat vel maximum, nihil tametad Græcam lingam, & Polybiani contextus obscuritates & salcbras, de quibus nobis hic precipue sermo. Ad illas autem deprehendendas (tirones alloquimur) & intelligendas, nulla paratior & expeditior via, quam versionum priorum (sive Perottus fuerit, sive aliis) cum versione & magistris diligens collatio. Ita enim plerumque usu veniet attentius ista contendenti & comparanti, ut ubicunque major aliqua difficultas in verbis, & dignus vindice nodus; ibi mirum quantum versiones non in verbis tantum, sed in re & sententia discrepant; aut certe, (quod Perotto solempne est,) deficiant priores versiones, & mero silentio, quasi deserto vadimonio, defungantur. Mihi certè ita contigit (neque enim me paucis illis accenseri postulem, qui per se possunt ista dijudicare:) ut quamvis de hac Parentis opera jam ante non unâ ratione adductus, sentirem magnificè: multò tamen admirarer magis, postquam ad aliorum quoque versiones exigere nescio que sive curiositas impulit, sive diligentia.

Sed jam ad Commentarios veniamus. Mirabitur fortasse Lector Polybii studiosus, & indignabitur: promam tamen ego liberè recurrentis identidem animi mei cogitationes. Partim enim intuentem me non semel, sed & animo meo partim complectentem cum admiratione suscepit à Parente in Commentariis istis operis ΙΧΒΟΓΓΙΑΝΩΝ, & ΙΧΤΥΜΩΝ, & infinitam illam undique congregatorum quam reliquit in Adversariis suis apparatus molem; non semel optare contigit, ut versione contentus, nunquam illi commentandi Polybii venisset

venisset in mentem: non ea saltē ratione commentandi, quam ipse sibi proposuerat. Nam si hoc solum spectasset ἡ μάκ. ut quicquid apud Polyb. vel in verbis, vel sententiis obcurius erat, (cujus generis satis ampla apud illum seges:) id ita plenē in Commentariis suis explicaret, ut vel à tironibus cum facilitate legi posset: si quicquid in militia vel Græca, vel Romana (cui peculiarem lib. dicavit Polybius) sive terrestri, sive navalı, adhuc involutum, indicatum, inexplicabile remanebat, id & verbis & figuris ob oculos ita poneret, ut omnia vel tardissimis & caligantibus essent planissima: si praliorum quæ describit Polyb. (omnium qui fucrunt opinor, historicorum in istis accuratissimi, ut qui non scriptor tantum & philosophus insignis: sed miles etiam ipse strenuus, & nobilissimorum ques etas illa, fortasse aut alia quevis vidit, ducum & imperatorum comes diu fuerit:) si praliorum, inquam, Polybio narratorum & descriptorum perfectissimas cūtāzēs edidisse, & lectors in rem presentem ut instructas acies, & pugnas, & fugas, & strages oculis etiam suis cernerent, deduxisse: si hoc denique, ut artem quasi quandam (ut ipse in Epistol. Dedicat. loquitur) rerum gerendarum studiosis, qui ad negotia sese parant, traderet; quò pricipuè spectasse videntur ex præstantissimis Historiographis collecta Observationes militares & politicae, quas in Adversariis suis ad 500. jam & amplius capita perduxerat: si hoc, inquam, solum spectasset, & id sibi pensi datum credidisset ἡ μάκ. dudum poterant isti Commentarii tam multorum votis expediti, in lucem prodiisse, & lectoris opinor, η τυχόντος & μη τυχόντος expectationi satisfecisse. Sed aliud erat quod Pater animi suo agitabat & conceperat. Nam præter militie veteris Græca & Romana, sed & aliarum gentium explicationem; præsentis etiam cum vetere perfectissimam comparationem, & que utrobique τεχνή, que ἀντίμητρα, ostendere instituerat: nec contentus preliis à Polybio descriptis, nobiliores omnes ab omnibus (qui nota saltē alicujus fuerint:) statum ac nationum quarumcumque historicis descriptas pugnas accurate expendere: & quia id pricipuè in descriptionibus suis, imo in omni narratione Polybio propositum fuit (ut nos in priore Prefatione pluribus ostendimus:) nihil ut miraremur, sed causas eorum que sive expectata, sive inexpectata, suis & anterioribus per aliquot sacula temporibus contigerant, expoperet: Parens itidem, que variorum in omni vetere vel recentiore Historia bellicorum eventuum cause, propiores, aut remotiores, inquirere: omnia denique que ubique ex causis occultioribus maximè mira viderentur, ad regulas & observationes Polybianas exigere: omnia stratagematum exempla, mysteria, arcana, cautiones: inventorum causas, & inveniendorum fontes, indagare, pandere: nihil

denique in tota re militari tam arduum, tam occultum esse (quantum quidem humana mente & sagacitate provideri potuit?) & reconditum, quod his ille Commentariis non executurus & expositorus esset. Hac igitur mente, cum nullam finem faceret tam veteres quam novos qualescumque scriptores historicos perlegendi; cum libros omnes de re militari scriptos, aut ad rem militarem quoquo modo pertinentes, Gallicos, Italicos, Germanicos, Anglicos, aliosque undique conquireret; cum semper in hac acriter intento novum aliquid se offerret, quo suos Commentarios, suas Observationes, auctiores, & consummatores faceret; quod notaret, quod experiret, quod inquireret: ut mirum non est si diu parturiendum fuerit, quod tanta mole, tanto molimine susceptum fuerat: ita quis non doleat, istam tam miram & insolentiam animi & propositi magnitudinem, quominus illa persicerentur, & in lucem prodirint, quibus lector etiam non vulgaris contentus esse poterat, in caussa fuisse: quis non veterem illam veteris erat ris & Philosophi querelam tollat, ô fallacem hominum spem! fragilemque fortunam, & inaneas nostras cogitationes! Cum præterea subit illa cogitatio, quantum terræ pelagique parati: quam multa in aliis scribentibus & literis multo minore labore & spatio postuerint interim praestari, ex quibus ad publicam rem literariam non minus, si non & magis emolumenti redire potuit. Et fortasse miretur aliquis, talie incepti cuiquam in mentem venire potuisse, cui non contigerit (ut cum Poëta loquamur) οὐ τόπος οὐδὲ εἰδῶλον τούτων Αἰγαίου πόλεων. Sed quid ageret, qui sub maximo Principe & indulgentissimo Mæcenate mereretur, qui ab infantia innutritus armis, per innumera prælia & totidem fere viatorias, quot prælia, glorioissimum nomen apud exterros omnes consecutus, non alia quidem studia & μάν. (modo non sacra & Theologica, quibus illi ob certas caussas ad tempus interdixerat:) a spernabatur: sed ea tamen probare maximè se, in quibus incomparabiliter ipse excellebat, non obscurè significaverat. Et divini vir ingenii (τὸ μάν. intelligimus:) ita sibi pridem persuaserat, & animo penitus imbiberauit, nihil in rebus humanis tam arduum & difficile esse, quod non improbus labor, & indefessa industria (quæ præcipua illi vita oblectamenta:) superarent. Ceterum cum perpetuis illis suis laboribus ac vigilis asseditus esset, ut nullum studiorum genus esset, in quo non ille versatissimus; sed qui præcipue res Ecclesiasticas (quod nos alibi pluribus differivimus) & antiquitates excœuiisset: non prius Glorioissim. illum suum & Victoriosissimum (fædo parricidio tenis ereptum) Mæcenatem, Dæclissimo Pientissimo, & Sapientissimo mutavit, quam tota ipsi ratio studiorum mutata est, & Polybianis

nis curis & studiis, succendentibus aliis, longum vale dictum. Sed nec multi dein anni præteriere, cum fatalis & decretoria subiit hora, quæ curis omnibus humanis exemptum, ad pacatores illas & beatiores sedes transtulit.

Tribus admodum aut quatuor ab obitu Parentis annis prodiit in lucem ad Polybii librum primum Isaaci Casauboni Commentaries. ita quidem titulus libri, ad librum primum: sed cum editionis istius paginae, que librum primum conficiunt, non pauciores sint novem supra 80. non ultra paginam vigesimam procedit iste Commentarius; in quo etiam non paucos hiatus observare legens memini. Sed & Prefationes & Prolegomena, (que an perfecta & ad editionem scripta fuerint, non possum dicere: suspicor tamen ita fuisse:) ad que remittit lectionem suum non uno loco in isto quicquid est editi Commentarii Parens, quo casu aut consilio præterita fuerint, nescio: ibi certè desiderantur. Circa idem tempus, aut paullo post accidit ut ego, qui vix dum pubertatis annos egressus, Oxonii agebam, iter in Galliam, invitante b.m. Matre, susciperem. Ibi autem remanserat pars maxima paternæ bibliothecæ, in custodia (dum viveret ipse) viri amplissimi, qui singulæ semper amore studioque Patrem complexus fuerat, Fac. Augusti Thuani, Historicorum nostri temporis facile Principis: Sed que tamen, nescio quo casu ante meum adventum, tota fere surrepta & dirpta fuerat. Ibi & Adversariorum Patris, multis voluminibus constantium, pars etiam non pacnitenda: que ad me (quod in magna fœlicitatis parte semper peno) illibata pervenit. Inter illa autem, que ad susceptos illos de quibus egimus in Polybium Commentarios apparaverat, aut omnia, aut certè pleraque. quod & ego paucis post annis publicè agnovi; ut & alia quæ cunque tum temporis, (nam longè major pars Adversariorum ejus in viri maximi & incomparabilis, de me & Parente meritiss. Iancoloti Andrea, Wintoniensis Episcopi dignissimi, bibliothecā ad ejus obitum delituit:) pervenerant.

Preter alia que ad Polyb. pertinebant, que pleraque scripta manus & man. satis spissæ quidem illo, sed uno tamen pleraque volumine continetur, r. pecta mihi tum Lutetiae, Polybii exemplar editionis cuius margines satis ample multiplicibus nec unius temporis (quod ex scriptura liquebat,) notis & man. adeo referta erant, ut confusio notatorum; sed & antiquitas scripture, jam multo etiam usu non parum attritis marginibus, lectionem impeditissimam redderent. Sed erant præterea duo alia nova illius: que versionem Patris habet editionis exemplaria, quorum alterum eleganter compactum erat; sed & char-

tā præstantiore: ut ipsa specie externa meam cupiditatem non pa-rum accenderet. alterum autem non exteriore ullo tergo contextum, sed consutum tantum & conglutinatum, ut commode legi possit: ceterum multa habebat ad margines manu Parentis scripta, quæ ille dum novam illam editionem festinans percurreret, observaverat. Quia autem bina tam grandia libri ejusdem volumina Oxonium redituro nimis onerosa ad tam longam vēcturam sarcinavidebatur: & elegantiore illo volumine, præsertim quod Patris nomen preferret, multum caperer; id consilii captum est, ut quæ in vulgatore exemplari scripta manu Patris erant, in alterum istud mā manu transcriberem, atque ita in uno utrumque, saltem quod utrumque mihi commendabat, haberem. non optimo fortasse (ut postea judicavi) consilio; sed quod tunc, neque tunc omnia prævidere poteram, maximè se mihi probavit. Mirabitur fortasse lector quo spelet hac tam longa de duobus istis exemplaribus narratio: sed mox intelliget, & in eā nostrum non improbabit opinor consilium. Eo enim nunc properamus, quod nobis in hoc alloquio præcipuè propositum est, ut nostra in no-va hac Polybii editione opererationem lectori reddamus: qui si fidem nostram & sedulitatem in hac obeunda provincia, quam non ambivimus, sed ab aliis quodammodo impositam non detrectandam censi- sumus, præsentibus & posteris lectoribus approbaverimus, optimè no-biscum actum credemus, de ceteris parum solliciti.

Cum omnibus inceptis Paternis & naturali pro eo ac par est affe-ctu, sed & genii quadam præpensitate semper ita faverimus, ut in magna parte fælicitatis semper posituri fuerimus, si studiorum & vita ratio ita tulisset, ut quicquam quod ab illo inchoatum & suscep-tum erat; perficere nobis & in vulgus edere contigissit: nullum ta-men est illius inceptum, quod à nostris studiis & consiliis omnibus alienius judicaverimus, quam sunt que in Polyb. suscepserat. Ita enim indicabamus, qui ad opus illud cum judicio aliquo & pudore accederet, Græce lingue exquisitè peritum esse debere; militaris artis tum pristinæ, tum præseniis omnis peritissimum: tum vero ab aliis multis præsidii instruclum, quæ mihi decesse satis intelligebam. Sepè optavi offerri mihi aliquem qui Polybio dignus, & par, (aut proximo saltem par intervallo) tantis inceptis, ista me suspicione liberaret, quasi ego cimeliis istis Paternis libens incubarem solus, aut quicquam ipsius, quod publicè prodeesse posset, (quo nihil à me dici possit alienius,) aliis inviderem. Sed interim dum nemo se offert, quan-ta fide, curâ, sollicitudine, his præcipuè quæ plures annos durarunt turbulentissimis rei publice temporibus, custodirim, ut integra illi-bataque tandem aliquando ad alios pervenirent, testis conscientia.

Inchante (si bene memini) hoc anno 1651. cum per literas viri docti,

docti rescivissem celebrem hujus temporis typographum, novam Polybii editionem agitare; & iisdem literis, si quid haberem & mangaeis, quo auctior & ornatior illa fieret, ejus ut copiam illi facerem, vehementius urgerer: is autem tum status esset, ob afflictissimam charissima conjugis valetudinem, ut mei juris non essim; sed nec ille mei tum juris, ob locorum intercedentem, super quibus appellabam charta: id tamen à me, quod unum posui, tum præstitum sedulò, ut paratissimam meam voluntatem testarer. Quare ut primum ex gravissimo vulnere, quod paulo post ex obitu tam chari capitum accepi, aliquatenus recolligere datum est, statim ad curas Polybianas meas omnes cogitationes transtuli. Et primò quidem consulta Patris *Adversaria Polybiana*: in quibus post diligentem scrutinationem cum nihil invenirem quod publicè, sine magnâ ipsius injuria, proponi possit: quod unum tum superesse visum est, de perficiendo Indice Græco, quem Pater inchoaverat, consilium cepi, qui omnia Polybii, seu verba, seu phrases, in quibus aliquid novi, & obscuri, diligenter complectetur, seā & eorundem partim ex versione, partim ex variis que sparsæ per *Adversaria notulis*, accuratam explicationem: ubi autem præsidia ista deficerent, aut non usquequaque, satisfacrent, aliunde pro virili suppleturis. Post ea verò dum texium Polybii cum curâ recenseo, ac pro re nata Codices illos ex Gallia mecum allatos & que ibi notata consulo, prater explicationem deprehendi Latinam versionem & pax. à Greco Polybii textu, quem representat ista editio, non raro dissidere: correctiones autem suas & conjecturas, ad quas illa concinnata, ad oras Basiliensis edit. & pax. appo uiss: alias etiam conjecturas & correctiones non paucas easdem oras; sed & oras nove, seu Greco Lat. editionis aliquas suppeditare, que sint ista versione recentiores, partim que textui Polybiano veram lectionem restituant, partim que versionem corrigant: qua cum lectorem Polybii non ignorare & ipsius pariter, & Parentis interesset, omni alii cure cura ea pravertenda visa est, ut quicquid hujus generis alterutrum seu Basiliense vetus, seu Parisiense recentius exemplar suppeditaret, pri fide & diligentia collectum lectoribus exhiberetur. In eo potissimum fides opus fuit, ne vel meas (ut nunc sunt mores:) ullas conjecturas temerè lectori pro paternis (ingenio fisis) obtruderem; nec paternas, peiore flagitio, ne dicam sacrilegio, mihi 'siquas meas interdum proponere libeat:) vindicarem. In utroque optimâ fide versatos esse nos etsi testis ampla, & qua sola sufficere possit, conscientia; ne quis tamen in lectore suspiciose scrupulus haberere possit, priusquam hec ex manibus meis exirent, cum his meis Collectionibus Codices simul illos editos, & quicquid in Polybium (quod quidem penes me sit) Pater apparaverat, viris doctissimis (non uni) in manus tradi;

didi, ut collatione facta, & oculorum suorum iudicio adhibito, veritati testimonium perhibere possent. Inter eos * * Sed & ipsos Codices mihi superfuturos pero, (à me quidem ut supersint cura adhibebitur & cautio quanta maxima:) qui bona mea fidei in posterum locupletissima monumenta. Et de fide, hac tenus.

Diligentia in eo non mediocris adhibenda fuit, ne tantā farragine notularum, quam non raro capaces ora Basilensis exemplaris capere poterant: notularum inquam, quarum aliae aliis superimpositæ, suppositæ, trajectæ: aliae, scripturâ, vetustate & multo usu, jam fugiente: aliae, recentiores quidem illæ, non unius tamen temporis omnes, aut scripture: aliae ad res pertinent, & ipsam verborum sententiam; aliae ad verba & phrases; tum Critice; tum Grammaticæ: ne in hac, inquam, tanta notarum farragine & scripture calligine, aliquid meos vel querentis, vel legentis oculos falleret. Sed jam memincrit lector, que modo de duabus nova editionis exemplaribus in Gallia repertis dicebamus. Nam quæ ex istius editionis oris adduximus, non ea jam (ut ea quæ ex Basilensis oris:) ex Patris autographo transcribimus, sed ut olim transcripta à nobis sunt. cum istuc etatis essemus: ut si quid omissum à nobis fuerit dum forte festinamus; aut aliter lectum, quam Pater scriperat, ejus rei culpam nos nunc sustinere non cogamur. Istud exemplar, quod scripturam Patris habet, quin Latetiae, si quis id agat, reperiri possit, vix dubito. Lector monitus, si se offerat occasio, eam uti poterit; & sicuti nos errasse deprehendemus, id ex autographo corrigendo, de publico simul & de nobis bene mereri.

Sed hoc et si mouendum credidi, non tanti tamen est momenti, quanti istud est, quod dicturus sum. Editio Polybii Basilensis, (quod norunt qui usi sunt) quinque priores libros, qui de XL. soi ad nos integri pervenerunt, & duodecim sequentium Eclogas complectens, prodit anno parte sal. 1549. non ut Ursinus, vir doctissimus festinata Opisopai Epistola que non ad hanc, sed priorem editionem pertinet, lectione deceptus, anno d. 1529. Non plura tum Polybii, quæ publice nota. Anno demum 1582. prodit in lucem Excerptarum Legationum volumen Fulvio Ursino procurante, cum ejusdem Notis & Observationibus. Hac igitur separatis voluminibus cum haberet & man. quæ nunc, uno volumine comprehensa, recentior ipsius editio exhibet: exemplar ejus quod Excerpta Legationum continebat, neque ego unquam quod sciam oculis aspexi meis, neque ubi gentium sit possum dicere. Illud vero ubique sit, quin Notis & man. pariter, ut erat editio Basilensis, ad horas sit reservatum, (qui non liber antiquus fere, quem Parens paulò accuratius legat?)

gerat?) minime dubitò. Et primo quidem spes me lactabat non improbabilis fore, ut ex Palatina Bibliotheca, in qua pars hodieque paterna Bibliothecæ afferatur, ops amicorum nancisceret. Ex ea certè Basiliensis editionis exemplar cum Manuscriptis Codicibus ad usum Patris diligentissimè collatum, & Epitomarum plura MSS. exemplaria, ad me missa sunt. Sed quot maxime cupiebam & laborabam, in eo frustra fui. An igitur & hoc Lutetiae reperiendum? Sed viderint alii, quibus erit opportunitum. Nobis certè hoc præsidio destitutis, si quid in his Excerptis, aut eorum versione suspectum esset, aut aliud, quod Lect̄ res morari posset, id ut deprehenderemus & pro virili discuteremus, tanto magis laborandum fuit. Id quidem certè bona fide profiteri possumus nullas nos quas attentiore lectione deprehendere potuimus difficultates, dissimulasse. Atque inde quoque noster in Fragmentis Polybianis labortantè major, quod in illis, & exemplaribus omnibus, Suidæ, puta, aliisque à Parente lectis, & pro more notatis, & ipsius versione destitueremur.

Ceterum cum Græco tantum textu in his nostris Notis, & variantibus seu dissidentibus lectionibus res nobis est: nisi si quid inter legendum obiter observatum, in quo suspicamur τῷ μακεδονίᾳ festinationem suam, & frequentes interpellationes frauduisse: in quo de paternis manibus simul, & de veritate (quoniam illi in totâ vita charius) bene mereri studuimus. Verborum obscuriorum & que Polybio propria, explicatio (ut jam antea dicebamus) ad Indicem Grecum rejecta, nisi forte aliquid alicubi de verbis anticipandum fuit, ut vera & genuina lectio affereretur. Eiusmodi certè ab aquis & idoneis censoribus repertum iri has Notas, utcunque breves, speramus, ut eis carere Polybium minime potuisse vel debuisse agnitiuri sint. Erit aequitatis lectorum, non omnia à nobis in his exigere, que à Parente si Commentarios ipse suos edidisset, expeditasset: aut omnium rationes nimis severè requirere, quod modò non contra rationem facta esse palam comperientur. Illud certè, an exacta ratione & consilio fuerit, quod quibusdam locis correctiones sive ex libris manu scriptis, sive ex ingenio & μακεδ. sunt in textum recepte, (ut toto fere libro v. passim:) que alibi, quamvis certissime, ad Notas & Commentar. reservata: quod interdum ubi locus manifestè corruptus; vel ubi dissidet ab edita lectione versio, propositus est asteriscus: interdum vero, (et id sapius:) omissus, non possum dicere. Hec certè talia esse, que lectori vel intelligentissimo molestiam facessere erant idonea, nemo negaverit: que omnia, nisi quid imprudentes nos fecellit, hac nostra qualicunque operâ prevenire ac tollere cura nobis fuit.

De erratis prioris editionis, et si prope putidum & sordidum, quod tamen nostram lectori fidem & diligentiam per omnia, quo ad ejus potest, approbemus; sed & importunitati sciolorum in posterum eamus obviām; (quale quid in Perotti versione, ab importuno nescio quo correctore in quibusdam editionibus contaminatā, contigisse accepimus;) de illis igitur pauca quae dicamus, antequam lectorē dimitimus. Præter ea quæ notata & collecta Parenti, tum in Gracu, tum Latinis, & post prefationes exhibita, sed & alia ab eodem P. meo postea deprehensa, & ad oras illas sua editionis exemplaris propria manu notata: cum præter ista passim multa tum in Grec. tum Lat. occurserent, quæ ejusdem generis esse minimè dubitabam, de iis cur ultra deliberarem, quin deprehensa statim corrigerentur, causa opinor non erat. Quia tamen hoc dum ago primò, pro rei naturā, negligentius; proprius nihil factum, quam ut in hunc Erratorum censum referrentur aliqua, que postea nihil minus quam errata esse deprehendi. Ut meo exemplo caverent alii, ne dum corrigere se putant, corruptant; aut certè vim faciant, & in alieno opere jus exerceant minimè legitimū; non pœnitibit unum aut alterum tale incogitantiæ, aut si quis ita malit, ignorantiae exemplum hic posuisse. Ita igitur exempli causa p. 98. d. (137) pro eo quod in Grecis est ἴωγέωταντες, cum Latina legerem, quum suus ventus vela impletet: & ἔλεον ἀρεμηγν Latine secundum ventum vulgo dici non dubitarem; compendiosam Patris scripturam non asequuntos typographos (qui etiam p. 511. (711) circumstiarum, pro, circumstantiarum ediderant.) ita finxisse rebar. sed benè est quod postea casu, dum aliud ago, in Senecæ locum irascidi; Ignoranti quem portum petat, nullus suus ventus est: quo tam tempestivè p̄eante, & alios ita vulgo locutos olim, cum purissimè loquerentur, comperi. Est tamen aliud in illa (ut obiter hoc moneam:) sententia Polybiana, quod in Latina versione non reperio: & non aliud fortasse, quam erratum typographicum meritò censeatur. nam ista ἀσφαλῶς τὸ δημόσιον. eis τὸ οἰκεῖον ἰδούσαις, vertendum fuit, nisi fallor, patriam tutò, vel, tuti repetunt: non, ut editum, patriam repetunt. At in his pag. 433. b. (604) quia is Proprætore tum ditioni præterat, immoritò rō Proprætore supe-
ctum initio habebam, quod vel Sancius Augustinus in Grammatica sua ipso statim initio docere me potuit. Ita & in Fragmentis Polyb. ex Orofio, pag. 1037. Postea Flaminius Proconsule Philippum R. &c.
Pag. v. 821. d. (1142) Ubi satis locutus eslet Eumenes, templo exitit: quia in Gracis nulla templi mentio, (ἰανῶν εἰπὼν ἀπηλλάγειν) conjiciebam primo scripsisse τὸ μαρ. extemplò, non, templo: sed amplius super eo cogitans, statim venit in mentem usitatam eam apud Latinos scriptores formulam fuisse, cum quivis locus, ubi Senatus habe-

retur;

retur, templum vocaretur, ut apud A. Gellium (quem non incuriosè nos legisse, que ad illum observavimus fidem fortasse facient aliquando:) pluribus à Varrone disputatum memini. Possem plura: sed ex his sū is intelligat lector, quanta religione qui aliena trattant opera se gerere debeant: talia precipue, que singulari arte elaborata, peritum requirunt judicem, nec ab aliis temerè contingantur, quin violentur, ac temerentur.

Hanc erant, Lector Polybii studiose, & fama Casaubonianæ non inique, que premoneri te non abs rc tuā credidi. Vale, & conatus nostris, dum tibi quacunque ratione prodeesse volumus, candorem tuum impertire.

MERICI CASAUBONI NOTÆ.

Pag. 8. versu 16. τῷ περὶ ἔτη τοῦ Γαλ. Εφόδῳ.] De his verbis satis multa b. m. patens in editis Notis: ex quibus tamen non planè colligas quod ad oras tum novæ Parisenis; tum veteris Basiliensis editionis diversis verbis, sed quæ eodem fere redeunt, adscripsit. Verba autem illa, ad has quidem oras, hæc sunt: [An s. tis Græcum? nam suadet Græcisimus, τῇτῷ περὶ ἔτει. aut tale quid.] Ad illas autem; [Corrigē ex pag. 100. τῇτῷ περὶ ἔτει.] Eadem utrobique sive correctio, sive conjectura, dicenda est? sed alio nixa fundamento. Recentiorē autem esse istorum verborum scripturam, quam sunt editæ Notæ, præstare non possum: hoc fidenter affirmare possum, haud pauca in illis Notis, partim confusa, partim manca & mutila esse. Mihi autem nihil minus in animo est, quam rationes Chronologicas hic excutere; sed ne cuiquam diligentius ista scrutaturo, sive Polybii, sive Pausaniæ verba (de quibus ad hæc Polybii non pauca, οὐκαρεσίης, in edito illo Commentariorum Διπλασιαγράμμων:) negotium faciliunt, operæ erit fortasse similes locos plures contulisse, ex quibus collatis, quod rectum & genuinum est, tantò facilius qui id acturus est, eruet. Excerptarum igitur Legationum quæ num. 38. Edit. Parisi. Græco-Lat. pag. 847. b. οἱ ιουν περὶ ἔτει αὐτῷ ἐπιτονεγράμμων. Haud ista longè abeunt à vulgata Pausaniæ lectione: Veritatem ibi οὐκαρεσίης, cui ante subscriperant. Legatione Parisi. edit. pag. 873. a. οἱ πρῶτοι ἐπίγραφοι τοῦ περὶ ἔτει ήρημοι τὰ Φαρνάκει. Istorum verborum versio à parente, vel typotheta præterita sit, non possum dicere. nullam certè exhibet editio illa Parisiensis. Vertere possumus: qui jam antea Pharnaci adhæserant: vel, partes Pharnaci secuti erant.

erant. Legatione 64. Paris. edit. p. 886. ἐπ τῷ περὶ τῶν ἀγαθῶν φαντασίᾳ γενέσῃ, &c. ubi versio, *Fam antea ubi cognitum est &c.* Legat. 89. Paris. edit. p. 915. καὶ διόπ τῷ περὶ τῷ ἐργῳ τῷ ψηφισμάτων τοῦ Αἰγαίου: quod superiore anno, &c. ut ibi versum.

24. 29. πέντε μὴ δὲ τοις αὐλαῖς ἐπὶ τῷ αὐτῷ διέμενον.] Πέντε μὴ δὲ τοις (non, iCovis:) αὐλαῖς, exhibit editio Batil. neque aliter ulli, quod sciam, manuscripti libri. Mutavit δὲ μακ. de quo cum nihil in editis; non omisilius, sat scio, si perfecta illa prodijserit in lucem: de causa mutationis, quantum est quod suppeditant orae Batil. hic apponam. Fortè iCov., (ira illæ oræ) que particula apud Aristotelem spe vacat. Haud dubium quin plura ad sententiæ suæ confirmationem additus fuerit in Commentariis suis δὲ μακ. si viventi publicare contigisset. Certè & nos alicubi non unum Aristotelem ita loqui obseruavimus.

37. 2. τὸ δὲ τέμνογέντιον εἰπούσιον ἐπὶ τῷ περὶ τοῦ.] Batil. ed. habet: τὸ δὲ τέμνογέντιον εἰπούσιον. Ubi ad oram μακ. [Xylander (in Xylandri manus est illa, quam habuimus eo in codice, qui disceptus est in edendo:) nescio an è conjectura, an è libris, pro καὶ τείτον, emendabat σπάτλησα, quam lectionem nusquam inveni. abest vox τείτον à meo Polyb. Ex pagina sequente apparet solum τὸ τέμνογέντιον ita dictum: & Lips. vehementissime fallitur. ipse Polyb. pag. seq. & τείτον σερτόνεδον, & τείτον σόλον vocat.]

37. 38. τοὺς ἐπίσταντον τὸν αὐλαῖον εἶχεν.] δὲ μακ. ad oram Basil. [Suspicio legendum επίσταντον.] Non contempnendam suspicionem, si forte quod illi fulciendæ sit, aliquid alicunde se obtulerit, putavi, quod ratiū id verbum, & non alibi, quod sciam præterquam in N. T. obvium. qualia certè non pauca, de quibus alibi, Deo volente, uni Polybio, & Sacris nostris libris peculiaria. Ceterum in versione, *alia alii subjecta*: non ut editum est, *alia alii subjecta* legendum.

40. 31. οὐδὲ περὶ τοις διεργήσοντο] δὲ μακ. hic ad oram Basil. [τὸ γδὲ, quo spectat; aut quid tibi vult?] Quid in Commentariis super eo dicturus ultra fuerit, non possum divinare. Mibi sane non ratiū repugnare sententia verborum, quam expressit Pater, videatur; sed & ipsa per se totius hujus periodiæ ab istis, *Quoniam vero utrinque quod exercitus &c.* versio, valde suspecta est. An non enim his ideò continuò dixerit Polyb. ideo certamen æquale fuisse quod vires utrinque æquales essent? Non ditissimè satis odiosæ περιστολαζίαι, aut πλυνοζίαι alibi quoque (de quibus alius erit dicendi locus;) apud hunc nostrum exempla occurrere. non tamen opus esse, ut eō configiamus, hoc quidem loco, nou tantum τὸ γδὲ illud ven. Parenti animadversum; sed totus verborum contextus bene spectatus facit ut credam. Ac primò pro περιστολαζίαι in istis καὶ τοῖς δρόγησ χωρὶς non

non ἔχει. sed καὶ εἰς τὸν λέγοντα εἶναι τὸν περὶ γενέσεως, οὐ τὸν δέχεσθαι τὸν λόγον τοῦ εἰδήσαντος τὸν περὶ γενέσεως τὸν μάχην, ὅπερ εἴρηται &c. οἱ γὰρ περὶ τοῦ πολέμου &c. Verto autem: Quoniam autem utriusque exercitus aequalis erant partes, certamen quoque per initia pugna utrinque aequari contigit. Enimvero non in singulis partibus etiam circa finem (vel, in fine) pugna id evenit pugnantibus, quod evenire debuit, quotiens inter adversarios rebus omnibus aequales pugnatur. Primi siquidem (tamen abest ut aequo Marte pugnaverint:) etiam rem decreverunt. tandem enim Amilcar &c. Verba καὶ Αλγερίδης, Historicis usitatissimâ, à Medicis, in hac saltem significatione, sumpta; de quibus in Indice dicturi sumus. Rem autem decernere, vertimus ex Livio, qui ita interdum loquitur in re simili: Ut cum dicit, Primus labor atque impetus rem decrevit. alibi. Polyb. lib. iv. p. 323. locus huic, ut nos legimus & interpretamur, non absimilis. Οὐαὶ γάρ τοι αὐτῷ. — τὸ μὴ περιττὸν ἢν αὐτῷ οἷον εἴρηται: & mox, τέλος γέτε μὲν ἐπειδήποτε &c. Inspiciat lector, si vacat, & nostra fortasse minus illi conjectura displacebit.

42. 15. τὸν πολιορκεῖν] Ex oris Basil. corr. εἰτι. τοῦ πολέμου.

Ibid. 20. καὶ πεπομπῆς τοῦ πολιορκεῖν] Oræ Basil. [πεπυρηφεῖται sed retineo πεπομπήν, nam erat conjectura. sed quia ait, ποιησατε, non ποιήσατε, malo per v.] & ib. sed recentiore manu: Sane hic locus est anticipitis lectionis & sententie.

43. 14. ὃ γάρ Γαλλοὶ τοῖς πολεμοῖς.] Oræ Basil. recentiore manu: [imo Λαύριοι, ex superioribus.] quod & in versione fecutus est ὁ μακ. L. Manlius cum remigibus & classariis, &c.

57. 5. ωρχετόροις τοῖς πολεμοῖς.] Oræ Basil. Mira locutio: consule Mss. Fort. οὐ τοῦ πολέμου.

58. 13. τοῦ πολέμου τοῖς πολεμοῖς.] Oræ Basil. [F. παρενέβαλε] De hoc loco ὁ μακ. in erratis Latinæ Versioni sive præpositis. [mox ωρχετόροις accepimus pro παρεμβάλλεται; ut paulo antea παρέβαλε, pro παρενέβαλε. plura in Comment. de hoc loco.] Multa sane ille de verbo παρεμβάλλεται, ut & reliquis omnibus tacticis, & militari bus, in Adversariis suis Polybianis, non uno loco. Non tamen haec tenus occurrit aliud de hoc loco, præterquam quod in oris Basil. ubi ad posterius illud ωρχετόροις: An potest ita capi, ut stetit ibi velut in acie?

61. 17. ἀφορευοντας τὸν ἄλιτρον τοῖς ψάκημα.] Ora Basil. [Deest, π.] quod & in versione expressit ὁ μάν.

68. 1. οὐδὲ βραχέων.] Oræ Basil. [an, οὐδὲ πόρος βραχέων.

72. ult. οὐ πλεινῶν Παραγόν] Ora Basil. Alterum videtur esse glossa.

79. 21. μάγιον εἰς ἔχοντας καὶ σωμάτεν] Ora Basil. [scribe, οὐσίαν.] quod & in versione expressum: quā Dr. contingit magis inaccessus.

80. 20. οὐτοὶ τιμάρχοι καὶ γεωργοί.] Oræ Basil. [scrib. δύοτοι.] quod & versio repræsentat: pecori alendo, & frugibus servendis aptum.

83. 22. 23. &c. ἐνεῖνοι τὰς πολλάκις δύπλολολεκτέτες τὰς πλέυρας] De toto hoc loco melius illi prouintiaverint, qui ludicris his τὰς αλεκτρευοντας μαχετας (quæ in Graciâ & privatim, & publicè olim frequentia) sacerdos interfuerunt, & illorum inter pugnandum mores & ingenia bene perspecta habent. Ego quantum ex authoris scopo, & verbis ipsiis colligere datur, suspicor, (sed suspicor tantum) aliud voluisse Polybium, quām quod hīc Latinè ipsum legentibus exhibetur. Hoc utique: Gallos gallinaceos, seu senio, seu frequenti commissione confectos, alas amittere, quibus amissis, utut animis vegetos & ferocios, pugnas tamen non appetere, nec invicem laceſſere, donec casu aliquo congressi, ac complexi, ab intermissione ferociores, antea non abiſſant, quām alter eorum (si non & ambo) planè conciderit. Ad hanc mihi præuent sententiam. 1. scopus authoris, si bene perpenditur. Id enim videtur mihi Polyb. his præcipue (ut alia omittam) verbis, cùm dicit, eos hieram fecisse, (quod quid sit in b. m. P. Comment. in Persium fusè explicatur.) voluisse; Rom. & Carthagin. istos milites, cum paribus viribus diu concurrissent, utrinque de victoria desperantes, & jam viribus ad extreum exhaustos, aliquandiu à certaminibus interquievisse: donec tandem alia ratione isti bello finis impositus est. 2. Quod in hac editione, ἐπειδής τὰς τὰ. id in Basil. ἐνθάλλεις. τὰς τὰ. Ego suspicor Polyb. scripsisse, αὐτοῦ τὰς τὰ. Et certè quamvis ἐμβαλλειν, vel ἐπιβάλλειν τὰς τὰς sint ordinaria; aliud tamen videtur mihi articulus hic appositus (τὰς τὰς τὰς) postulare. Præterea, τὸ εἰπομένως, quod vertit hic ὁ μάν. Sponte suā: non minus frequenter, (si non & frequentius) casu, fortuitò, significat. De diversis gallorum congressibus verba Polybii intelligo, quod videtur mihi τὸ πότε requirere. Quod si de unico, sed diuturniore congessu capienda sunt, quod ego quoque non valde improbarim: nihil prius videtur, quām ut pro ἐνθάλλεις, quod est in Basil. edit. & MSS. (quantum datur ex impresso libro, ad usum Patris cum MSS. accurate collato conjicere:) legamus, εἰκῇ βαλλε-

βάλλεται: temerè , & ὡς ἔτυχεν : propter αἰδημαριας scil. & defectum alarum. pro quo alibi idem Polybius (ut à Suida notatum) uno verbo dixit, εἰκόνολειν . Hoc pacto & articuli (quod ego planè necessarium duco) rationem aliquam habebimus ; & proximè sequentibus ἦν ἀντηγέτ . &c. satis benè consulemus. Possemus etiam τὸ ἐμβολαλγον in eandem ferè sententiam interpretari, ut hic propriè (quod non abhorret ab ea verbi notione , ex qua dies intercalares, dicti sunt ἐμβολιμῆτοι) significet , interjecto spatio , seu per intervalla (ut quibus vires ad acriorem pugnam non sufficiant) ferire , seu plegas inferre. Cæterū an soleant galli sive ex longa ætate , sive assidua & contentiore dimicazione propriè & verè alas amittere , non possum dicere. Sed quicquid hujus sit , cum τὸ πλεγὴν , & ἀναπλεγὴν (alas addere,) vulgare sit apud Græcos pro animos addere , infligare , verbum; quod inde sumptum dicunt , quod πλεγύσεως , sive latera sua alis expansis verberare solent aves istæ ante pugnam : possumus etiam τὸ διπλολογενένα τὰς πλέπ . ut proverbialiter dictum accipere ; ut alas suas illi dicantur amississe , qui præsidia sua quibus antea sive ad pugnam , sive aliam quamvis rem aggrediendam nitebantur amiserunt.

Ead. 35. ὄμοιως ἢ Πάπες. Ψυχομαχεῖτες] Oræ Basil. scribe , ὄμοιως δὲ , quod & versio sequitur.

84. 25. μεγαλύρειη ἢ μετὰ τὸ οὐσιότελειαν] Scribe , μλέον : olim ad oram sui libri ο μακ . Sed consultis & dissentientibus MSS. meritò repudiavit. Nec sane abhorret à stylo Polybiano vulgata lectio.

102. 25. γὰς γένεπτε δεῖ πέσος τὸ πλεγὴν μέτον , ἐπὶ ἢ μογίδον τετὸς τὸ με. λπο. δεῖ] Oræ Basil. [Quia omnes codices retinent utrumque δεῖ , puto omnino sententiam esse mancam aliquot vocibus.] Atqui cum utrumque sit in textu Græco novæ edit. illud δεῖ ; nulli tamen qui defectum aliquem notent asterisci sunt appositi : quod certo consilio mutatâ priore sententia ; an casu acciderit , non possum certo statuere. Mutandæ sententiæ causa fortasse fuerit non dissimilium pleonasmorum , seu repetitionum (de quibus alibi dicturi sumus) obserratio. Aliud tamen est , quod istam de loci mutilatione suspicionem confirmare potuit , quod Basil. editio vocula ὄντες (ἐπὶ ἢ μογίδον ὄντες μετὸς τὸ μεκ.) sit auctior. quam quidem , ut hic legitur , magis turbare quam juvare sententiam ut agnoscimus ; ita fieri posse , ut non de nihilo , nec planè supervacua hic conspiciantur , non immerito suspicemur. Quid si , ἐπὶ ἢ μογίδον σπαρσούσες , vel τετὸς σπαρσούσες , aut aliud quid in eam sententiam scripscerit Polybius? Sic sane nou ipsa tantum sententia pulchrâ observatione fit auctior , sed & orationi consulitur , ut utrique δεῖ sua constet ratio. Potuerunt autem casu aliquo primæ duæ syllabæ in finelineæ excidisse , & τὸ οὐς , vel οὐτε in proxima linea remansisse. Plane ab eadem mente sunt ista lib. II.

έμειν ἡ μετίσθα τῇ ὀρθοδόξῳ παντοχῇ θῷ, ἀνθρώπος ὁ θεός· μάλισται
δὲ εὐ τοῖς πολεμικοῖς. Novæ edit. pag. 93. primis lineis. Hæc nostram
conjecturam non parum confirmant. Sed alii viderint. Illustris sicut
sententia verborum, & præcipuum felicitatis, si penitus infixa cordi-
bus, humanæ fundamentum.

105. 10. εἰκῇ καὶ ὀρθοδόξως απείρω] Bas. edit. ὀρθολογίσως: ubi
ὁ μακ. ad oram: *Hoc malo: est si aliter MS.* Sic ἀλογίσως. pag. 39.

106. 4. πόλιν ἐσ' αὐτὸς φύγοδομηκ.] Eadem oræ ad istud πόλιν: *An*
pro ἀκρόπολιν? nam urbem quidem, qui potuit tam cito?

109. 1. Λᾶς ἡ ὀρθοζης ὄρρεις πολεμικῆς.] Ita ex libris scriptis haud
dubiè, cum antea legeretur, ὄρρης βασιλικῆς, quamvis nihil super eo ad
oras suas restituit ὁ μακροζης. quam etiam lectionem in altero exemplari ejusdem Bas. edit. ubi notatae variae lectiones ad oras, invenio. Po-
tuit alioquin ὄρρης βασιλ. de nobiliore & minime vulgari indole rectè
accipi: & ita non unus loquitur.

111. 2. ὀρθοφλετειεψεψής επινοεῖτες πυρεζίας] Mirum tam absurdum
dam lectionem, quæ in Bas. edit. exemplari ex quâ manavit, multis
obelis confossi est à P. additâ ad oram correctione: [scribe, πυρη-
λαγιαδράς:] in hanc editionem receptam esse: quod imprudente illo
factum esse, nullus dubito; tam certâ scil. & quam multi alii, si quis
dubitet, Polybii loci firment correctione, quam absurdâ & importunâ
illâ voce, quæ locum illius occupaverat.

In Lib. II.

127. 20. οὐ πεισθεῖσαν τοῖς τίνοις αὐτῶν] Oræ Bas. [Αρχεῖ legit
interpres, & est omnino locus mendosus.] Quantum ex interpretatione
verb. licet augurari, videtur ὁ μακ. δέχεται αὐτῶν corrigendum cen-
suisse: certissima, ut ego quidem judico, conjectura. Ultimarum enim
syllabarum in duobus illis continuis verbis δέχεται αὐτῶν, similitudo,
alteram omittendi librario, quo nihil proclivius in manu scriptis
libris, occasio fuit. απογίνεται autem (pro quo mox απεπτυχεῖσθαι) quid
hic valeat, docebit Index Græcus.

128. δέποτε οὐ δέχεται οὐ Αἰτωλῶν ἔχοντο.] ὁ μακ. ad oram
novæ edit. [An Μυδιανίων? locus suspectus.] Cum enim επιχειρεῖ
pro more illius ætatis, non adictos, sed viatores pertineret; quid hic
ficerent Αἰτωλού, qui magistratum gesserant, nomina? Sed hoc
videtur præter ordinem factum à Mydioniis, ut tanto magis Αἴτοι
urerent, & ridiculam eorum confidentiam aliis ridendam propina-
rent, ut etiam Αἰτωλού prætorum nomina, planè ut decretum ab
illis fuerat, επιχειρεῖ suæ, facta etiam fortasse decreti ipsius men-
tione, apponenter, hoc tantum discrimine, quod quæ viatores eos
debebat,

debebat, ex proprio decreto ἵππαφη celebrare; quæ à Mydionis facta est, ea vanâ spe viatores, revictos, infamabat. Huc etiam spectat quod in Basiliensis edit. oris, et si non ad hunc locum reperio: [No: autem & viatorum ducum? hoc est; οὐκονίτων, & οὐκομήπων nomina apponi solita. Vide Suidam in Iphier. te.] Hoc igitur notat hinc Polybius de Ætolorum nomine appolito, quod observat ne dignissimum vitium est. De Mydioniis autem Magistratibus ideo nillet, quia in eis apponendis inos, haud dubiè, servatus, qui satis notus erat. nem- deut eorum nomina scriberentur, qui tum magistratu fungebantur, cum res gesta est: non etiam eorum, qui petituri erant, quod ridiculum erat. Cæterum solitos sèpè viatores, que victi stultè aut crudeliter voverant, mutatis personis & nominibus, in ipsis exequi, multa exempla in historiis antiquis. Illustre illud de Romanis, in bello Gallico, de quo Florus lib. 11. cap. 4.

136. 2. καὶ σωτῆρας τοῖς αρχαιλέσσοντις.] Oras Bas. [Scribe, αρχαιλέσσον.] & ita versio, qui ante ipsos navigabant.

146. 33. καὶ Νάλιν πεδία - - - καὶ Διγρά το π. ἐμπ.] Bas. ed. καὶ ναλινάδιν, καὶ Διγρά το π. ἐμπ. ubi εἰ μη. ad oras i scr. καὶ Νάλιν πεδία. tum lacuna est notanda. tali ferè modo suppleverim: καὶ Ν. πεδία νατι- χοντες, καὶ Διγρά π. ἐμπ. εἴναι ουτεὶν γνωσθεῖσας καὶ μεγ.] Ad hanc tive conjecturam, sive correctionem aptata versio: Cum quidem ἐρ campis circa Cap. ερ N. &c.

149. 39. ἔττι πεπίλω τυπορεγκόντες] ει μη. ad oras n. ed. Non potest ferri, nisi mendum in superioribus.

150. 3. αρέσ το γεγ. ελατθωμα της Παναγίου] Aliud versio. quain quod hic textus: sed convenient, si corrigamus ex oris Basil. scr. αρέσ το γεγενός ελατθωμα αὐτοῖς ει Παναγίος, μετ' ὀλ. &c. Expone ex Livo pag. 280. Senones absentibus Coll. legionem Romanam penitus cæ- ciderunt. deinde advenerunt Rom. & hanc viatoriam sunt confecuti] Cæterum ita fuisse tum Rom. ut in adversis tanto ferociores essent, & ut ait Poëta Lyr. ab ipso sumerent opes animumque ferro: alibi quo- que Polyb. auctor est, non uno loco. Proxime quod memini, accedunt ad hæc verba, que Excerpt. Legat. tmemate, 68. pag. 891. Ιδοιον γι τέτο πάντη ελατθωμα θέτο, καὶ πάτριον εἰσι, το εἰς μη της ελατθώσι. &c. ibi ελατθωσι, quod hic ελατθωμα.

164. 29. καὶ Διγκοτέρθως παρέδρον εστιον της φυχαῖς] Consentit hic quidem cum textu Graeco versio ἐρ μη. non blenda tamen (ita mihi vitium) apposita ad oras Basil. conjectura, quod pluribus ejusdem locutionis exemplis nitatur. istud autem quod hic est, an alibi sic usum atum in Polyb occurrat, non possum dicere. Quid autem ille? Scribe: εἰτι πασσον, ut in simili loco, p. seq. Οι δὲ Κελτι Διγρά το παρέ- δροντες εἰτι πασσον εἰτι πασσον.

169. 17. εἰς τὸν τὸν ἀνόδων χρέον.] Versio: *inditionem Romanorum.* Oræ autem Basil. *Suspecta vox* (τὸν ἀνόδων scil.) *vide Plut.* Sed quem Plut. locum voluerit οὐκέτι. cum nulli numeri, nullum libri nomen adscriptum sit, non possum divinare. Eadem quidem historia, Polybianæ narrationi per omnia ferè conveniens, in Marcello Putarchi extat: non tamen ibi de obesse Claustdio, quicquam reperio; nec aliud quicquam in tota illa historia, quod ad eruendam veram lectio nem, aut hanc falsi convincendam spectet. Ego per τὸν ἀνόδων, Rom. propriè Conff & Rom. exercitum cui praeerant, & de quibus sermo Polybio est, intelligo. Ita enim sapè solent Græci istis τὸν ἀνδ. vocibus loco pronominis, aut certè proprii nominis uti: ut hoc ipso Marcello Plut. editionis pulcherr & præstantiss. pag. 547. ἡ δὲ καὶ τὴν φεγγυνοῦ τοῦ μηνοῦ τὰς ἵδαιματα, αἱδεῖς τοῖς ἀνδράσι. Consules intelligit, quos paulo ante nominaverat, Scipionem Nas & Cnæum Martium. An igitur hunc ipsum locum in animo habebat οὐκέτι? non credo: neque de mendo locum suspectum habuisset, si hoc voluisset. Cæterum, per Coss. & exercitum Rom. (si nos benè conjicimus) Romanum in genere populum intelligi, & ita, *in ditionem Rom.* bene verti, etiam sine monitore quivis opinor intelligat.

171. 1. τὰ τελεῖται ἐπίστροφα τὸν τὸν εἰς μηνὸν ἄγειν τὴν ἀρχόντα.] Vertit οὐκέτι. Ut hujusmodi lusus Fortuna memorabiles ad posteros mem. tradant. Cum nullæ autem, ut interdum, ubi non tam salebroſi loci, notæ sint in textu Græco appositæ, quæ vitium aut defectum indicent; conjectore sagacissimo opus est, & in his exercitatiss. qui quid secutus sit οὐκέτι. cùm ita verteret, ariolari queat. Cùm ita verteret, inquam; qui quidem non ea libertate usus sit, quā Perottus, aliique non pauci: sed religiosissimè in hoc opere toto versatus sit. Dignus locus in quo experiantur ingenium suum, qui sae ipsi sagacitati confidunt. Aediant alii, quibus minus vacat, aut libet, Basilienses oras, quæ uno verbo expediunt: [Scribe, ἴωεισθεια.] Quod si quis in his studiis adeo tyro est, ut in hoc verbo, & quem habet hīc usum, adhuc hæreat, adeat ille doctissimum Stephanum, & quos ille laudat: Suidam in primis, cui consentit Etymologicum M. ἴωεισθειον, τὸν ἴωεισθειον τῷ σφράγει, γέλασθε χίετε, ἵετο τὸν ταῦτας ὅρον κατεγενεσθετος δὲ, τὸν ἴωεισθειον τῶν πεῖγμα.

175. 36. * εὑέπησε τὰ σωμάτεα τῷ Πυθ.] Oræ Bas. [Quis? an posuit activum pro passivo? Aliquid Tzetzes Chil. 205. Vide Laerzium.] Sed cur non εὑέπησεν, in plurali, cum nominativorum ejusmodi ellipſes, ut ad Catullum obſervat Scaliger, non ſint inuifitatae; imò ut ille judicat, elegantes? Ita crederem, niſi id diſplicuisse τῷ εἶγεν. ex ejus silentio (tam obviâ alioqui conjecturâ) conjicerem.

179. 13. εἰς τελεῖται τὸν τὸν ἀνόδων τὴν κακεῖται. ἴνεται.] Haud dubium, quin

quin alicui aliquando veniet in mentem, (ut sunt ad ista proclives multi) corrigendum esse *Ἄλεφθος;* qui lectori fortasse suam imputabit οὐσιῶν. Sciat igitur ille quicunque, damnatam hanc à Parente conjecturam, quod omnes aliter Mss. codices; ut ad oram Basil. notavit. cui judicio consentientem etiam ejusdem versionem hic habemus.

180. 1. *Ἄλεφθος καὶ τὸ Αχαιῶν.*] Oræ Bas. [Scribo Μάρκης. hic enim est Marcus Caryensis] Ita & versio: *Marcus & Achaorum opera.*

185. 41. *Περὶ ξενίας καὶ σωμάτων.*] Non in Basil. tantum edit. lineā transfixa diphthongus in voce σωμάτων; sed & ad oram n. edit. scriptum: [Fort. σωμέτων:] conjecturâ non minus probabili, quam obviâ. Versio vulgata lectionem expressit.

186. ult. *διοπτραγίας ἀντὸν Φίλος.*] Oræ Bas. [Deest verbum: *non dubitabat: vel. persuasum habebat.*] Additum illud verbum in versione; *bis argumentis motus, non dubitabat, &c.* Credo ego id verbum fuisse διηγόνθη. quod quia ab eadem syllaba, à qua & proximum διοπτραγίας, incipit, tanto facilius, ut qui in his exercitati norunt, potuit excidere. Cæterum τὸ δεῖγμα ποιεύμενο, in Bas. edit. cum superioribus verbis, non ut hic cum sequentibus, cohæret: *ἐν τῷ κτίῳ τὸ Αμ. φίλος διεργάζεται δεῖγμα ποιεύμενο*: quod quare mutatum sit, nisi ita suadebant Manuscripti codices, cauſam non affeſquor.

190. 20. 21. *εἰδὲν γε εἴναι ταῦτα πάλιον, εἰδὲ συμφερότερον.*] Oræ Bas. ad istud συμφερότ. [Absurdè pro συμφοράτερον. Sed ita Mss. & iterum p. 49. & p. 153. at in Fragm. συμφοράτερον: ut pag. 49.] Et mox, ibid. [Scribe φορ. ut Thucid. 276. 277. & τὸ σύμφορον, D. Halic. 359. συμφοράτερον, Arr. 94. b.]

196. 1. 2. *Ἄλεφθος τοῖς Μεγαλοπολ. καὶ Στυμφαλ.*] Ed. Bas. *Ἄλεφθος λιονταῖς, μεγαλοπολ. καὶ συμφαλ.* ubi ὁ μην. ad oram Bas. scriptis ille quidem planè nihil: sed plures notas appinxit defectus vel corruptelæ (decussatæ sunt illæ lineolæ, sive χαραγμæ) indices. Sed in versione plus est quam in textu Græco: *quod neque apud Cliterios, neque apud Megal. neque item, &c.* Clitorii igitur hic suppletum est: & ita debuisse, cuivis liqueat ex sequentibus, nisi si alicubi terrarum Liōnenſis reperire possumus, quos Perottus, opinor commentus est. quamquam ne id quidem sufficerit; cum Clitorios planè nominet infra Polybius.

197. 3. 4. *ἄστε πάντας εἰς ἔνσαται καὶ δακ. ταῦτα εἰπ. αὐτ.*] Ex duabus variis, quas exhibet Ed. Bas. (alteram in contextu: alteram in margine:) lectionibus, *ἔνσαται* scil. & *ἐπίσαται*: haud dubium quin hanc posteriorem pro verâ & genuina amplexus sit ὁ μην. quam etiam in versione eleganter expressit: *Ut Gr. omnes ea res adverteret.* Mem-

rum igitur παρόργημα fuerit, quod ἔκστασις, & non iniuria hic legitur in textu.

Ibid. 19. 20. Δεῖ τοι γε τὴν σύντασιν τὸν οὐκέτην.] Oræ Basili. [vel sumit pro εἰπώντειν, vel ita scripsit: quod constat ex pag. 265.] Vide ibi edit. Græco-Lat. pag. 721. ubi vox εἰπώντειν bis occurrit in hac ipsa re. Sed ecce, non multis ab hinc lineis, vox ipsa εἰπώντειν, ut tam longè testimonium accersere, non opus sit.

Ibid. 39. 40. καὶ τὸν ψευδὸν οὐχ τὸν αὐτὸν τὸν θεωρήσων] Cum prius dixerit, finem legitimæ historiæ esse, τὸ διδάξειν: Tragœdia autem τὸν ψυχαγωγὸν: addit hic pro diverso hoc fine mirum non esse, si diversa quoque sunt media: in tragœdia quidem, τὸ πιθανὸν, quamvis sit falsum, ex quo delectatio consequatur. in historia autem, veritas; ex qua utilitas ad usum vitæ. Non potest alia mens esse verborum, & ita dicet quisquis attentè consideraverit. Ut tamen hoc ex verbis conficiamus, pro αὐτὸν, corrigidum αἴσχυλον vel αὐτογενῆ, quod est (& ita ille postea non semel usurpat) δε'ēctatio. nam certè non αὐτὸν, deceptio: sed αἴσχυλον (dixit ipse prius ψυχαγωγὸν) est finis tragœdiae; ut ὁ πέλεια (pro quo prius δισκήν) historiae. Ceterum quod hic de Tragœdiis pronunciat Polybius, unicum illis si rem propositum esse, τὸν ψυχαγωγὸν: multa opponi huic illius sententiæ posse scimus, & longè aliter de prima illarum institutione & scopo sumimus Imperator & Philosophus M. Aur. Antoninus in divinis illis *Dē seipso & ad seipsum libris, libro xi.* adeo quidem ut ipsum τὸ διδάξειν & διδάσκειν, propria olim fuerint istius professionis vocabula, ut iam non unus monuit, & nos aliquando pluribus fort. dicti sumus, si unquam nostri in sapientiss. illum scriptorem prodibunt in lucem Commentarii.

211. 32. 33. Γεγέντες τὰς απειγας τὸν Αχαιῶν ἐρίψεις] Veritatem μην. animadverso Illyriorum cohortes subsidio Achæorum à tergo esse nudatas. & sic fortasse nihil mutandum est: quod alioquin fieri, si genitivum illum (τὸν Αχ.) ad priora, non posteriora verba referamus, res ipsa postulare videtur, ut ad oras suas Basil. notavit ὁ μην. his verbis; [De Illyriis videtur accipiendum. quare Αχαιῶν accipe hic, qui stabant ab Achæis: vel rescribe, Ιλλυρ.] Sed de hoc loco plura ὁ μην. in Præfatione ad Lectorem, quæ Polybio præfixa.

214. 27. 28. αὐτοκληθέντων ἢ τὸν παρ' ἕτεροις διζόντων] Oræ Basili. [Scribe, παρ' ἕτεροις.] atque ita versio quoque: *Tubis deinde ab ultraque parte concinentibus, &c. præcesserat etiam paullò ante, παρ' ἕτεροις γεδὲν τύπαζότων τοταν. &c.*

In LIB. III.

227. 18. 19. οὐλόγιος καὶ ψευδός κατηγορίαι.] Adverbiorum istorum, ἀλογ. καὶ ψ.. absurdè & falso, versio, operatum typographicarum, an interpretantis inadvertentiā, præterita est.

Ibid. 34. δέοντας σπουδῆς τὰς τοῦ συν. θερ.] Oræ Basil. [scribe, εὐσήμονας.] Ita & versio: curandi c. rectam viam infist.

230. 33. τὸ φύρω πεῖται εἰς πᾶν συγκριτέομενον] Versio: principio illi in hoc certamen de cōndere: quod minus rectum, & præter mentem Polybii m.hi videtur. Non enim, opinor, ille voluit, Carthaginenses bellum hoc initio suscepisse: sed illos, justis suæ causæ fretos, & jure cum illis contendere, καὶ ἐνγυρολογεῖν paratos, quod Romani postulabant, abnuisse. At recte hīc oræ Basil. [idem loquendi genus legat.

p. 41.] Ita utem habet ibi locus: παρεγγάλλετο αὐτὸν εἰς πᾶν συγκριτέομενον. Πάγκες δὲ καὶ μηδένα τέοτον Ρωμαϊούς. id est, ut ibi versio: Hortabatur nam ne ut nullam pacis conditionem recūtans, quocunque Rom. vocarent, sequeretur: Bello adversus Romanos modis omnibus ut absisteret. Ex hoc loco, & si qui sunt alii similes, liquere possit, εἰς πᾶν συγκριτέομενον, ut ποτε τὸ αφεστόμηνον (quod apud hunc nostrum crebro) sive κελσόμηνον, & id genus alia solemnia verba fuisse, de iis usurpari solita, qui ab aliena voluntate toti penderent, quæcunque imperata, sive aqua sive iniqua, parati facere. Hunc sensum cum hic requirat (ut mihi quidem videtur) ipse contextus, negativam particulam excidisse ratio suadet: & rescribendum esse, εἰς πᾶν τὸ συγκριτέομενον. Quid enim illi ubi velint quæ paullò post, τῷ λόγῳ τὸν εὐτεπολύτων τὸν Ρωμαϊον: Sed Rom. justa illorum non curantibus, &c. quam Carthaginenses, non in armis, sed in justis suæ causæ spes suas onines repositas habuissent? Ceterum, τὸ συγκριτέομενον alioquin, aliter usurpari quoque, ut συγκριτέομενον εἰς τὸ ἀγώνα, quod apud Polyb. lib. 1. & id genus apud alios alia; non ignoramus. Sed τὸ πᾶν hīc additum, & sermonis contextus, aliter bic suadent, si non evincunt.

247. 13. μηδὲ τέτοιος καὶ τὸν Βυζαντίον] Oræ Basil. [Scribendum erat Βυζαντῖον, nisi Stephanus doceret Polybium aliter extulisse hoc nomen. itaque hæreo; eum vide.]

258. 13. καὶ Διγρανάνας βιβ. τεττ.] ὁ μακ. ad oram novæ edit. [scribe, Διγρανάνα.]

259. 35. σινθαλεῖν τὴν ἑπότερην ἀντανταναποτελεῖν * δύπλιον.] Ex asterisco præposito verbo δύπλιον. satis constat pro mendoso τὸ μακ. habuisse. Idem quoque ad oram Basil. [Quid hoc verbū est? quid tibi vult?] Mihi non videtur iste locus adeo caliginosus, aut impervius, præter aliij inulti sunt in Polybico, paucis aliis, opinor, pervii, quos

ut inoffenso pede transmitteremus, fæliciter præivit ac præluxit nobis ὁ μακ. To δύσλαμβάνει pro simplici λαμβάνει non raro usurpari, satis notum est. Compositorum pro simplicibus, in genere, verborum exempla in Polyb. plurima suppeditabit Index; & hoc inter alia styli Polybiani idioma rectè statuit Henricus Stephanus, de Polybio, & omnibus Græcis scriptoribus ille meritissimus. Dicit igitur Polybius, aut legatus potius Rom. εὐθ. ἐπότ. ἀν καλέσωσι: Utrum eorum (pacem, ac bellum) promere jussierint Carthaginenses, δύσλαμψεις, accepturos, vel habituros. Non opus erat hoc verbo, fateor, & solum εὐθαλεῖν potuit sufficere. Sed sexcenti (ausim dicere) sunt in isto scriptore loci, ubi major verborum redundantia.

264. 33. & 37. οὐθὲν ἡ ἐγίση Δῆμος τὸν αὐτοῦ. ----- εἰπὶ τὸν αὐτοῦ.] Oræ Basil. [Ilego ἐγίση Δῆμος: & εἰπὶ ποτὲ τὸν αὐτοῦ.] Ita & versio.

267. 28. 29. ἔως τὸν ἀναστολῶν τὸν Αλεῖται.] Oræ Basil. [vel pro ἀναστολῶν posuit, vel legendum, ἀναστολῶν.] & ibid. in inferiore orā:] ἀναστολῶν passim pag. 79. Ex. pag. 155. apparet alta montium juga intelligi.] Sed & in collectione (quam in indice Græco sumus exhibituri) verborum Polybio priorum, ἀναστολὴ, ut hic ponitur. Ideo notandum duximus, ne cui postea minus attento, & cauto, suspectum sit hoc verbum.

270. 4. ἐξεπλευτὸν εἰπὶ τὸν αρχίταν] Oræ Basil. [scribe, τὸν τὸν αρχίταν ut pag. 67. Οὐδὲν ἀλλὰ πατέστοις χρηστόμ. τοῖς Δῆμοι. Ρωμ. μὴ τὸν τὸν αρχίταν.] Ita & versio, Ineunte vere.

Ibid. 16. ἵκε πεμπτῇ θρόνον εἰς τὸν καὶ Μασσαλίαν τοτεγμ.] Veratio: *quinto die Pisis Massi iam pervenit.* Optimè, si non ut edita sunt hic, & in Basil. edit. sed ut emendata sunt in oris Basil. Græca Polybii verba leges: [δέκτη Πισσῶν. Inde profectus Scipio, eodem mox redit: pag. 18. in fine. Vide & pag. 97. & pag. 46.] Nec tamen hæc emendatio sine scrupulo; quem doccebunt, & tollent exdem oræ: [No: tamen pag. 239. vocem ἀπέπτοντο. heic prærerea restant scrupuli duo: I. quod Livius pag. 305. vertens hac, Pilârum non meminit: II. quod de magna celeritate loquitur. at quinque diebus venisse Pisis Massiliam, non est celeritas. Immo vero magna celeritas in exercitu; & hoc expressè notat Polybius, quem vide infra pag. 83.] Ad Livii silentium, quod attinet, non est quod valde miremur, cum passim ille magna libertate Polybianis addat dematve pro arbitrio; quod plura loca cum curâ contendentibus apparebit. Alter autem iste locus, ubi vox ἀπέπτοντο, parum aut nihil huc facit, cum de fugientibus, & ex nimia quâ festinatione, qua constringatione animi, lapsis ex equis, ibi sermo sit.

284. 14. πᾶς τῇ πορείᾳ αὐτοῖς ἀπέπτοντο] Oræ Basil. [Iis qui longo agmine

agmine iter carpebant.] & ibid. sed recentiore scripturâ [sed legimus, ~~ανελασσόσιν.~~] quod, opinor, & versio sequitur.


285. 21. καὶ τὸν τὸν ἐγχειροσάνταν κατ' αὐτὸν ἀπώλειαν.] Oræ Basil. recentiore manu, [ἢ. τὸν ἐγχέρ. αὐτὸν ἀδικεῖν ἀπώλ.] Versio ambigua, sed vulgata lectioni propior.

288. 33. τοῖς δὲ τῶν * ἀνεγπήλων πορθομένοις] Oræ Basil. varias proponunt conjecturas, & interpretationes, quas non unius esse temporis ex diversitate scripturæ liqueat inspicienti. Nos quantum datur ex scriptura conjicere, ordine, quo scriptæ sunt, eas hic exhibemus. [Interpres & Budæus, *ἀνεγπήλων*, quam vocem non agnosco. Lego *ἀνεγπηλῶν*. & hoc refero illa Livii pag. 309. *Tetra ibi luctatio, ut à lubricâ glacie non recipiente vestigium.*

¶ An summas rupes, easque saxeas & angustas intelligit? nam πύλαι sunt fauces in montibus. (sed nota, quod hic quoque prior conjectura, ut potior, inserta.)

¶ Bau. *ἀνεγπήλων*. an intelligit? lutum ab equis calcatum, & postea concretum? an *ἀνεγπίτεων*, ut pag. 226. λασιγπίτεων. & pag. 212. πέτεια *ἀνεγπίτεων*.] Hactenus oræ Basil. versio, quoties per *lubricum glacie silum* inceditur: primam Γ μακ. conjecturam (*ἀνεγπηλῶν*) exprimit: unde mihi suspicio non aliam hic, quam vulgatam *ἀνεγπήλων*, sed asterisco notatam, exhibere illum voluisse. Cæterum vox, λασιγπίτεων etiū retrò, non ita longe: pag. scil. 206. *ανεγπίτεων* οχυρῷ &c.

301. 34. τοις δὲ λοιπώσιν εὐ μεταίτω κατεσθίσεις] Oræ Basil. adversæ: [Lege, κατόπιν, ex re ipsa, & Livio.] Ita quidem illæ sed aliæ, superiores scil. aliter. [εὐ μετ. An ferri potest. ut ita intelligamus, equites fuisse in cornibus præire jussos, hoc modo:



Posteriori huic interpretationi consentit versio: ac reliquis in frontem versis &c.

302. 27. εἰ μὴ πολλοὶ παρεγίδησ] Oræ Basil. [παρεγίδεσ: Urs. & Bau. sic Onof. 76.] & iterum in eadem voce pag. 225. l. 16. *ἀποχ.* μὴ δέχ. καὶ παρεγίδησ. eadem oræ: [ἢ. παρεγίδεσ. Sic Onosander, pag. 76.]

306. 20. αἴρεισθ. δὲ τῶν σπειλ. καὶ τὸ φόρον] Oræ Basil. [Videnum *φόρον*,

οὐδεὶς leg. nam οὐκέτι ibi fuisse nullus supra ostenditur.] Sed eadem orae paullo post: [Omnes libri ita habent. apparet ex hoc loco Tiberium cum dimisit militem, exegisse ab eo jusjurandum de quo genere alibi.]

310. 37. παρηγένετο τῇ τάξι ἀνδρῶν.] Oræ Bas. delent istud νυν : & mox eadem, ad vocem quæ proximè sequitur, ἔργον : [Livius videtur legisse εργαπτον.] & ad ista quæ paullo post εἰς πάντα τὸ πέρι οὐδὲ σπεῖραν. [fortasse ιδού τὸ σπεῖραν.] quod & versio videtur expressissime.

311. 10. οὐρανοῖς πελάσιν τῷ τὸν γαγοῦ καὶ οὐρανόν.] De hoc loco quod olim fuerit b. m. Parentis judicium non abs re erit, quod multi tales in Polybio loci, qui fortasse alias moraturi sunt, intelligere. Ita igitur ille ad oras suas Bas. [Aut scrib πελασσονες: aut mirum υπερεγγρ αρχητ. ο μακ. τὸ επιδιατάξιν, quod aliquin stilo Polybiano qui compositis uti amat pro simplicibus, pro simplici άγανακτην sumendum erat vertit, iterum transire; significazione minime vulgari, cuius vix alibi exemplum. Nondum autem, ut videtur, cum ita verteret Pater, venerat illi in mentem, quod postea diligentiore Polybii lectione observavit, solempne illi esse, ut pro futuris (qui sane mirus scriptoris alias tam præstantis & accutati idiotismi est) utatur aoristis, quæ praterita quædam sunt tempora. Hanc igitur ipsius observationem ex tractatu de Stilo Polybiano, quem inchoaver t, (cujus partem ut occasio se dabit exhibebit Index Græcus,) hic inferemus: dignam quæ non à solis Polybii lectoribus legatur, cum tales temporum enallages, intellectæ & observatæ, ad decidendas interdum magni momenti controversias in quocunque scriptorum genere non parum lucis afferre possint. Hæc igitur Ε μακ. ipsissima in hac re verba: [Aoristis utitur pro futuris: 79. σὺν ἀντοληφόρῳ τῇ ἢ ποιησατε. Etiam sine ἀντ.: ut sèpe: p. 97. vide. nam ita Mss. p. 106. παίσαι προ ποιήσας. & p. 109. 116. λοιπὸν οὐδὲ ποιήσας. 115. ἀμύνασθ. p. nostræ edit. 334. τολμησού, pro τολμησθ, & συστησατε. No. p. n. ed. 356. τολμησού. p. Bas. Ed. 172. μεταγενε: & statim ηὔσαι. Quid p. ηὔσαι ηὔσαιτείνεται. ita enim omnes libri. P. B. ed. 279. φησίν ηπομεψατε. dixit se cogitaturum. 207. ἀνύσαι: & Urb. 228. ηὔσαι.

318. 21. αὐτέχεος τὸν αὐτές φιλ.] Oræ Bas. [nempe Carthagin. vel scribend. αὐτόν.] Versio, amicitiam suam sequi: quod πάντα τὸν videtur exprimere. Sed & αὐτές in eandem sententiam potest ideo dixisse fortasse Polyb. quod suum illud οἱ αὐτοὶ τὸν Αν. quo ut plurimum utitur pro Arias, (de quo plura in Indice Græco:) in animo habe-

haberet; cui consequens fuerit τὸ αὐτὸς: ut & ipse vulgo loquitur. sic pag. 346 a. τὸ αὐτὸς φιλίας. præcesserat a. τοῖς ἀεὶ τὸ Αράγον. Sed & p. 410. c. αὐτὸς pro αὐτῷ, ut ad oram Basiliensem notat: μην. quod & in versione sic expressit.

319. 27. αἱ τὸ πᾶς οἰκεῖον οὐ τῇ φύσῃ τέττα τὸ μέρεθνος.] Edit. Basil. αἱ τὸ πᾶς οἰκεῖον τῇ φύσῃ τέττα τὸ μέρεθνος. &c. Oræ ibi eandem conjecturam exhibent, quæ hinc in textum recepta est: quæ sane quantum ad sententiam attinet ipsam (cujus nulla plane in vet. Interpretate vestigia:) certissima pariter & elegantissima mihi videtur. De verbis aliquis adhuc hæret scrupulus. Nam cum Polybius suum illud τέττα τὸ μέρεθνος in gulis fere paginis (plane ut & in N. Testamento ter aut quater legere memini) quacunque fere de re, & quavis occasione, ad naufragium usque coggerat; non memini tamen simplex τὸ μέρεθνος, pro τέττα τὸ μέρεθνος. in hanc sententiam apud illum ullibi occurrere. Scriberem igitur, αἱ τὸ πᾶς οἰκεῖον οὐ τῇ φύσῃ αὐτῇ τέττα τὸ μέρεθνος: vel, αἱ τὸ πᾶς οἰκεῖον οὐ τῇ φύσῃ αὐτῇ τέττα τὸ μέρεθνος: nisi forte simpliciter, ut aliquando, dixit Polyb. τῇ φύσῃ, pro, τῇ φύσῃ αὐτῇ: ut nihil nisi τὸ οὖτε supplere necesse sit, quod ad vulgatain lectionem proximè accedit.

320. 26. Αἴγαπες εργομ. καὶ Αἴγαπεπατημ.] Oræ Basil. [an Αἴγαπε πετ.] Ita certè paullo supra, δι' αἰχμ. τῇ εἰλῶ ποιεῦμ. τὴν πορεῖαν.

322. 8. αὔγοντος καὶ πετόφων] Oræ Basil. [valde suspicor scripsisse Polyb. πετόφλων). sed vide Hesych. in πετόφων), & St. in ih.] Verlio: Errat enim, ὅτι cæca mentis caligine laborat. &c. dubium quam lectionem amplexa; utramque ce. te non infeliciter complexa. Proprium enim est τὸ πορφύρα (ut vulgo pro nimia sui opinione & δοκισσοφίᾳ accipitur) dementare, & vel acutissimos alioquin ita infatuare, ut cæcā mentis caligine laborare rectissimè dici possint. Inde πορφύρα & ἄνοια, sepe juncta, ut vel eadem, vel valde affinia. Optime in hanc sententiam γνωμόγραφος sapientiss. & antiquiss.

Οὕτοις τοι δοκεῖται τὸ πεπονιόν ιδεῖνειν γένεν,

Αἴγαπετος μεντοντο ποικιλα δίνειν ἔχειν:

Καῖνος γ' ἄρρων εἰσὶ, νότιοι βεβλαμμένοι ιδεῖν.

νότιοι βεβλαμμενοι. ιδεῖν, plane quod hic Polyb. πετόφων). Hoc etiam volebat Hesych. cum πετόφων, exponebat μεμηνέα. Cæterūm, quod hic dicit Theognis gentilis; idem, ac iisdem fere verbis ante illum, θεόπνευστος Salomo, Prov. cap. xi. v. 12. ut ad illum nuper observabamus.

332. 18. ἐπέτειον τὸ Αργυραύλῳ] ο μην. ad oras novæ ed. [sc. Argyravalo. ex Steph. cogita, num sint potius Hirpini. nam Liv. 352. Hirpi sunt quos vocat ita Polyb. 105. Verumtamen & lib. 33. & seq. Arpos sæpe nominat Livius, & constat ibi diu consedisse Hannib. Cogita. vide Liv. Arpinos autem vocat istos Liv. p... non Arripinates. Arpi, & Arpinum diversæ erant urbes, ait Servius, & ex eo Scal. ad Euseb.]

341. 28. τὸ μὴ περὶ τοῦ ἐπιβάτη καὶ γλῶ] Ita & Basil. edit. sed appositā ad oram variâ lectione, καὶ θάλατταν. Parens autem ad easdem oras [vide num sit legend. καὶ γλῶ ηὐ καὶ θάλατταν, nam Liv. ait: *idem consiliis fuit.*] Dixerat autem paullo suprà de Asdrubale Livius, atque ita Carthagine profectus navibus prope terram, exercitum in littore ducebatur; paratus configere quacunque parte copiarum hostis occurrisset: Id verò est, γῆ κατὰ γλῶ ηὐ κατὰ θάλατταν.

347. 39. βώσωρ ἢ πυρινός. κατὰ τὸν ηλικ.] Orat. Basil. [Scribe, η κατὰ τὸν ηλικ.] & ita versio, non pro eā erat, quā erat &c.

348. 23. πίσεις ἑδίδε τῶν ἐπαγγελ.] Orat. Basil. Scribe, ὡς εἰρ τῶν ἐπαγγελ. ut pag. 201.

Ibid. 38. τοῖς ἑδίοις* ἐπιβολέν τῷ τάγμα.] Orat. Basil. [Hæc verba nihil tignificant. nos rem diximus, & legimus, σιζόσθοις. Locus præclarus, vel potes legere, σιζόσθοις.] Versio consulenda, quam intellegit οὐκαν. cum rem dixisse se profitetur.

355. 4. τὸν ιρενό. Εὐγέλειφήν Θ. λ.] Orat. Basil. [Ex pag. præced. videtur legendum, ηγεληφθ.] Ita & versio.

356. 28. ηγελαιος. τὸν τὸ Κάννας περιστερόνομον. πόλι. ἄνχαν] Ed. Bas. τὸν τὸ Κάννας περιστερόν. πόλι. ἄνχαν: quod Perottus interpres, Neapolitanam arcem occupat, &c. Parens autem arcem Cannarum occupat. Quia autem sunt multi eo ingenio, ut urbium, nobilium præcipue, nomina ubicunque occurrint, cupidè captent & arripiant, non minore studio & ambitione pro iis pugnare parati, quam si pro veris aris ac focis certandum esset; & fortasse tanto ferocius, quanto facilius est, verbis, quām telis rem gerere: imò reperti quoque qui urbium & regionum nominibus, scriptis antiquis per vim & fraudem inferendis, locis quibus faverent ipſi, falsam antiquitatem conciliare studerent: his adductus ego, quibus rationibus motus οὐκαν. parens intrusum huc Neapolis, urbis alioquin, quod libenter agnoscimus, & nobilissimæ & antiquissimæ, nomen & mentionem expunxerit, ex oris ipsius Bas. promere, ac lectori proponere operæ pretium credidi. Sed meminerit lector, nos ista κατὰ δέντρον πλάσν, & tauquam collectas ex naufragio tabulas, aut tabularum potius fragmenta, proponere. Quis enim dubitet, quin hæc eadem in Commentariis suis, multis partibus plenius, & ut nullus scrupulus esset reliquus, executurus fuerit? Ita autem illæ: [ζύτη, quis veterum Καννῶν πόλεων appellavit Neapolim, & quis hujus historiæ meminerit. Mihi stupor merus videtur putare, de Neapoli posse intelligi. nam Liv. pag. 338. 332. longe aliud de Neapoli in eodem anno. Est igitur Cannarum vicus, nam & infra numero singulari essent hujus loci appellationem. Obstat aliquid quod Liv. 344. Cannas Hannib. venisse multo post adventum Coss. ait. sed facilis responſio. nam tota ista historia aliter expo-

exponitur à Livio. Livius p. 346. ait victos Rom. Cannas per fugisse, quod & Silius ait.]

359. 35. πύρων οὐαῖς παρεσκευαζεῖς.] Oræ Bas. [Scribo, οὐαῖς] Ita & verlio; quum cetera omnia vobis ad vict. sint parata. non, vobis omnibus, &c.

360. 4. τὰ δὲ τὸν τὸν διορθώντας βαγχ. ἔχει Διόφατός] Vertit oꝝ μαꝝ. Et post pugnam spes statum in melius mutandi tenuissima. at qui non de mercenariis tantum loquitur hic Polyb. sed & sociis, quibus mutato statu nihil opus. Verterem potius, quod & contextus suadet; quis autem futurus est exitus pugnae, non est in magno discrimine: vel, quicunque autem futurus est exitus pugnae, propè in differens (ita loqui cum Cicerone, & aliis bonis auctoribus licet:) est. Id enim vult Polyb. mercenariis & sociis, in ipsâ pugnâ omne periculum esse: quod post pugnam metuant, aut valde cupiant, nihil admodum esse: longè aliam eorum rationem esse, quibus non pro vitâ tantum, sed pro patria, liberis, uxoribus, & quicquid in terris charum certaminis alea subeunda est. Ita se fatus aperte explicat in sequentibus ipse Polyb. Quare & ista quæ sequuntur καὶ πολλα πολιτείαν τὰ μὲν πῦρα συμβάντα τὸν διαφ. ἔχει τὸν εἶναι. οἷς κατόντων: & re, & verbis cōducentibus, ita potius verterim: Et longè majora post pugnam manent pericula, quam quæ in pugna ipsa subeunda sunt: monere &c. pro istis autem, τὸν εἶναι τὸν οὐδὲν. non dubito rescribere, τὸν εἶναι. αὖτε οὐδὲν. nec ille puto dubitabit, cui totus & rei ipsius, & orationis contextus bene perspectus.

365. 36. πυροτέχνες οὐδεὶς τὰς συμ. καθίσ.] Oræ Bas. [forte οὐδεὶς οὐδεὶς.] mox ibi sequitur, (quod ad hanc propriè conjecturam an pertineat, quia mihi Aelianus non est ad manum, nescio: [An similis sententia illi quæ apud Aelianum cap. ii.] Sed quicquid hujus sit, ex versione paret, οὐδεὶς istud vel textui restituendum, vel animo saltem supplendum credidisse τὸ μαꝝ. Vertit enim, signa magis conferta in extrema acie, quam in primâ statuit.

366. 33. τὸ τοῖς τὸν αερογενῆ μαꝝ.] Oræ Bas. [lego, τοῖς τὸν τὸν αερογενῆ.] Ita & verlio.

370. 18. Οἱ δὲ Ρωμ. μέχει μὴ διμάχου.] Oræ Bas. [forte, μέχει μὴ διμάχου. vel certè capiendum pro τὰς μὴ.] Ita & Versio.

In LIB. IV.

376. 1. τῶν τὸν Λακεδαιμον. βαζεῖται.] Oræ Bas. [scribe Λακεδαιμον., ex p. 51. similis error pag. 213.] Ita versio. quare autem p. 213. (quæ n. ed. pag. est 561.) τὸ Λακεδαιμον. in textum sit receptum, quod aliter hic factum, caussam non video; nisi si inde est quia ibi mendum aliquanto conspectius, & aliqui fortasse Mss. libri consentientes,

380. 19. οὐδέποτε τὸν ὄρδα καὶ πάτερα] Oræ Bas. [An pro ἀνθετικῷ πολέμῳ: de quo verbo ad Xenoph. Leoncl. p. 1029. & nos alibi multa. εἰσηγήθει τὸν ὄρδες, passim Græc. ut Plut. Arato. ἀναπτίλη, Xen. p. 13. ¶ Mīl. r. εἰσηρημένων. Turn. emend. εἰσιναὶ πρόσων. apud Dion. Hal. 607. εἰρήμητος τὸν δῆμον: qui captat populi ben. ¶ An intelligit virilitatem exactum, & tum corpore, tum animo effeminatum?] Ex pluribus quæ proponuntur hic conjecturis, τὸ εἰσηρημένων expressit verlio. Dorim. planè modis omnibus deditus. recentissima tamen apparebat ejus scriptura, quam postremam posuimus.

381. 13. εἰναι τὸν πολέμονα καὶ σκοτίαν. γεγον. τῶν ἐργῶν] Eum fuisse Dorimachum, qualis hic a Polybio describitur, cui πολεμώμενος, vel πολεμούμενος elogium (nisi hoc ei nimis molle, qui tam dira & atrocia commisisset,) rectè competet, non negamus: hic tamen isti verbo, ubi hoc agit Polybius, ut merum scisma & dicterium repentini ipsius abitus, & tantarum quas animo concepit irarum, caussam fuisse nos doceat, locum esse non puto. An non enim disertis ille verbis, οὐδὲ τὸ πόνηται; (propter id unum, ut vertit ἡ μάρτιον, quod dictum in illum fuerat scilicet:) & πολεμίαν αἴσιαν λόγον περιφερεῖ, illum habuisse, cur tam diro crudelique bello Messenios, ipsorumque amicos ac socios persequeretur? Puto ego Polybium non πολεμούμενον, sed παρανυμένον hīc scripsisse: παρανυμένον autem profalso, seu alieno nomine posuisse. Μετανυμένον, vel αἰτερογονίαν alias fortasse dixisset: sed hoc tamen, si vim præpositionis παρί, quam habet in multis compositis spectemus, non minus proprium. nec multo aliter, à Plutarcho τὸ παρανυμένον, vel (ut quidam scribendum censem) παρανύμενον (in ipsis De serânum. vind. præstantiss. edit. p. 994. παρανύμενον περιφερεῖται τὸ πόνηται) usurpatum. Utitur autem Polybius, cum dixit (ut nos quidem conjicimus:) εἰναι παρανυμένον καὶ σκοτίαν, figura valde sibi familiari, quam vocant veteres Grammatici ἡ οὐρανός: cuius exempla apud illum, εἰναι τὸν πόνηται καὶ μάρτιον, pro μάρτιον εἰναι τὸν πόνηται: δόχει καὶ σκοτίας, pro δόχει σκοτίας: δόχει καὶ περιφερεῖται, pro τὸ περιφερεῖται δόχεις: & alia plura quæ profert ex illo ἡ μάρτιον. editis in Lib. primum Commentariis. Ita igitur & hic, παρανυμένον καὶ σκοτία, erit, dicterium quod ex inverso, vel pervertendo sive mutato nomine. Nam qui Dorimachum, ipsum alloquens & compellans, debebat dicere: pro Dorimacho, Babyrtam (vilissimi ac propudosissimi nomen hominum: ex naturali illa quam narrat Polybius, & oris & vocis, catenique totius corporis similitudine petitâ joci, meriti quidem, sed peramari materiâ, extulit. Nec fortasse tam signanter hoc, & expresse Polybius sine caussa; ne minus attenti lectores, dum Babyrtæ nomen in Scironis oratione legerint, Babyrtam ipsum (quod mihi contigisse fatior, & diu hic hæsisse, priusquam me expedirem:) compellatum crede-

crederent. Sed & hoc nostram non parum conjecturam confirmat, quod si id voluisset Polybius, priora & propria scelera Dorimachum causam subiti discessus, & eorum quæ post discessum ab illo perpetrata sunt, habuisse, *εἰς ιδίας τὸ δραματικόν*, aut tale aliquid; & non (ut ego quidem judico) *εἰς τὸ δραματικόν*, simpliciter dicturus erat; quod valde ambiguum fuisset: præcipue cum *οὐαρημα* quod ut altera causa (si due statuendæ:) sequitur, non de proprio, sed alieno scommate intelligi vellet.

389. 18. *ωφελούχοις τὴν χάραν*] Oræ Bas. [fort. *ωφελούσις*. omnino ita melius, nam oportebat prius Aratum invadi, dum adhuc erat *πόλις*. & statim regionem vastari.] Hoc etiam & verlio videatur exprimere. Cæterum *πόλις* in verbis *Ε. μ.* quid sibi velit, nisi fortasse *αὐτῶν*. quod in Polybio paullo supra, habebat in animo, fautor ignorare inc.

392. 13. *οἱ φύλακες τῶν διηγέροντες*] Oræ Bas. [Lege omnino *Διεγέροντες*. sic, 188.] Ita & verlio; alii *huc illuc extemplo dilapsi*.

394. 23. *οἰσαρχίδεις καθόλε ποιεῖσθε παρέγρ.*] Oræ Bas. [videtur voculae transpositæ.] Ita & verlio, *quum in universum postuleret*.

403. 13. *καὶ εἰς τοὺς Διονυσιανοὺς αὐλοῖς εἰς τοὺς 9.*] Oræ Bas. [Diu hæsi in hoc loco. nam illa, *τοῖς Διονυσ.* videbantur denotare festum diem hujus solemnis ludicri: Liberalia nempe. at *αὐλοῖς* vox vix tum ferri queat, ideo scribebamus *αὐτοῖς*. Sed omnes libri aliter.] An ista post, vel ante versionem editam scripta, mihi incomptum est. aliter certè videtur tum cum ista scribebat, de verborum sententia statuisse P. quam cum ita verteret: quorum tamen commodiorem versionem vix aliunde speremus.

Ibid. 21. *οἱ δι' αὐτῶν ἀνὰ μέρη ἀδειαὶ αἱλλαγῆ.*] Bas. edit. *Διηγέροις εἰναι* p. ubi *οἱ μάκι.* [Sic & Mss. sic & Athenæus. nos legimus *οἱ αἱλλαγῆ*: vel, *δι' αὐλῶν.*] hoc iterum in superiore ora ejusdem libri: hæc autem (quam exprimit & verlio) conjectura, *οἱ αἱλλαγῆ*, posterior & potior mihi videtur.

Ibid. 30. *καὶ μὲν ἐμβατεῖσα μετ' αὐλᾶς καὶ τ.*] Oræ Bas. superiores: [*ἐμβατεῖσα* scrib. ut Athen. nam Mss. Pal. fallunt nos. Porro hunc locum neque Ath. interpres, neque P. intellexit.] Ibid. in orā inter. & infer. [Lego, *ἐμβατεῖσιν ἕσπειρα μετ' αὐλᾶς.*] Hæc, ni fallor, verissima & elegantissima conjectura; quam etiam expressit & verlio, *præliares modulos*.

Ibid. 37. *οἱ πάλαι ὁρεουσαγεῖν.*] Oræ Bas. [fort. *παρεστ.* sic *ταξεισαγ.* bis hæc ipsâ p. & infra p. 190.] Verlio quoque ni fallor, istud potius, quam illud expressit.

405. 20. ἦν ἄνποτε αὐτοῖς ὁ θ. εὐδῶ.] Bas. edit. ὁ θ. δῶ: pro quo, ut ex oris liquet Bas. ὁ μακ. ex conjectura reposuit, quod & versio sequitur, εὐδῶ: clementius egerit. Sed ad oras suæ edit. aliter idem, his verbis. [MSS. Urb. δὲ δῶ. quod rectum est. Eurip. in Oreste,

Οὐτανεὶς ὁ διάφυων εἰς θεᾶς, τὸ γένη φίλων;

Αρπεῖς γὰρ αὐτοῖς ὁ Θεὸς ὡφελεῖν γέλων.

Est & formula Græca, ἐάν ὁ γέρος διδῷ: ut in divina sententia Demosth. pro Ctes. φέρειν αὖ ὁ γέρος διδῷ γένουσαίως.] Aliiquid & in hanc sentent. ad oras Basil. ex Arist. Nicom. pag. 166. ubi eadem formulæ. Vertas igitur; Ut si quando divino beneficio: aut, Deo juvante: aut in eam sententiam: quod nos Christiani, De gratia: aut, divina gratia opitulante, dicceremus.

415. 17. ἐπύγχανεν τέτοις] Oræ Basil. [Scrib. εὐτύχ.] Ita & versio.

419. 5. οὐ σάρος Αρησιδ.] Oræ Basil. [Scrib. σάρις Αρησιδ.]

420. 30. οἰόμφοι δεῖν] De hac lacuna, quæ nulla in edit. Basil. comparet, sic ad ejus editionis oras ὁ μακ. [Heic in MSS. est lacunula, & in marg. λείπεται. Deest nomen illius, vel illorum qui hoc postulabant.] Aliam quoque rationem huic hiatui subveniendi decent eadem oræ, si περὶ Μακ. profici, proprium nomen scilicet, loco pronominis, (quod exemplo non caret) positum sit: ac tuum οἰόμφοι, non οἰόμφοι scribendum fuerit. Sed & in prioribus verbis, μετ' ὀλίγων: ex eisdem oris, corrige, (quod & versio sequitur) μετ' ὀλίγων.

424. 15. ἔπιστων ἢ τετοις αὐτοῖς] ὁ μακ. ad oras suæ edit. [scr. Ηλείς, ex emendat. Jos. Merceri.] Enimvero paullo post sequitur Αἰτωλοὶ ἢ αἴτωλοι φόρεις τὴν Ηλείων, οὐ Λακεδ. ἐζηρούσαι &c. Vertendum igitur: Eleis item persuasi Mach.

434. 13. οὐ τοῦ ἔμπασθεν ἀρίστοι κατέρρεω] Oræ Basil. [τοῦ. κατέρρεω: quam γενεθλιοὶ & ora Regii Cod. exhibet. Sed quid si vox scripta retineatur? nam γενεθλίοις, erit περὶ εἰς τὸ γένος. & cum eam vocem medici tam frequenter usurpent, cur non inter nautica locus illi erat, unde manavit?] Versio, utramvis amplectaris lectionem, eadem erit.

436. 32. ἴως εἰς Κλύνεεγο] Oræ Bas. [Forte leg. Cavarus & hic est ille Cavarus, de quo p. 124. sic p. 124. αὐτίσιαν, pro λαδίσιαν.] An ista post, vel ante editam versionem scripta sint, non liquet mihi. Versio certe, pariter & Græcus ibi contextus, Κλύνεεγο exhibit.

440. 2. αὐλιπετερίσκην τῷ Πρ. φόβος.] Oræ Basil. [Deest versio ηλπίσον.] Ita & versio.

446. 38. ἐπὶ λιθορόγεστ τετλεγο.] Versio; ad hec, catapeltas, quæ lapides mitterent quatuor: cur autem τῷ mitterent inter & quatuor, positus sit asteriscus, quod ad Latina verba alibi in hac versione fieri

fieri non memini, caussam non assequor. Fortasse ad τὸ λιθοφέγγες pertinet iste asteriscus. ita enim ad illud, oræ Basil. [an, λιθοφέγγες, qui vulgo πετροφέγγες;]

449. 29. ἔξω τὸ πέλεως, ὥδη βέσ. αὐτῆς κεκρυπτεῖ.] Oræ Bas. ως ὥδη βέσ. quod sententiae optimè convenire mihi videtur. Quomodo enim dicat Polyb. eos (Aetolos:) βεβαύως κεκρυπτέναι, qui mox cum magna suâ clade, ut pauci superessent, iunt ejecti? Fugitivi autem istius ως caussa (ut norunt his assueti) manifesta, præcedens vox, in ως definens. Verte-mus igitur; οὐτε quam ab hostibus, (irrecuperabiliter; vel, irresistibiliter dicere, si auderem:) ita ut recuperari non posset, jam teneri crederent.

451. 6. εὐεργέτερον δὲ μποσίον εἰς τὸ θόρ.] Oræ Basil. [an deest ali-
quid?] Ex vertione suspicor ὡς μακ. Icgisse, εὐεργέτερον, non εὐεργέτε-
ρον. Aliter quoque suppleri verba possunt. Sed ea tutissima pariter &
facillima via vifa est.

454. 6. οὐ τὸ *πέριον ἐπιπερ.] Oræ Basil. [lego, τὸ πέδιον ἐπιπερ.
τὸ τετράποδον Π. Urs. male corrigit. Vetus interpres non agnoscit, neque Rhium, neque Terium.] Ita & versio; *Ubi per planitatem &c.*

455. 34. ὡφεῖς νόσοπονδ. τὸς ὄντος τῶν Αἰλ.] Oræ Basil. [Scribe,
εὐόργον] Ita & paullò supra, κατεπλήξαρ τὸς εὐόργον. Et ita versio;
qui intus erant.

457. 16. οὐ . . . τὸν Ιθωεῖαν] Oræ Basil, [Deest verbum cui in-
nitatur τὸ πορφύρας. Scribe, τὸν χώραν οὐκεν εἰς τὸν Ιθωεῖαν.] Ita &
versio; *Agrum impune depop. &c.*

464. 28. ἔχειν ἢ οὐ τείχη Δειπόντες] Nihil hic oræ Bas. sed in ipso
contextu τὸ (ν) in verbo ἔχειν à P. deletum. An igitur ex mera ὡμοσοτεξίᾳ
hic remansit; an quod dubitaret ὡς μακ? Causa fort. dubitandi si bene
conjicio, 1. quod omnes MSS. repugnarent: 2. quod Polybio suum il-
lud ευμείνειν tam familiare, imò ferè perpetuum, ut etiam cùm non
palam usurpat & effert, in animo tamen habuisse, & ad id quod in ani-
mo habebat, cæteram orationem interdum effinxisse & protulisse, non
improbabile sit.

465. 21. διηπόρευν ἀλλήλοις δεδιότες] Oræ Bas. [fort. δημ. δι-
αλληλ. aut διηπίστευ.] Versio hoc posterius expressit; *diffidere sibi
invicem, &c.*

470. 1. τὸν ωρῶν πέντε τὸν ὁμελογούμενον.] Versio: quum præsentim
ad recuperandum jus immunitatis, nullum unquam tempus fuerit
opportunius præsenti rerum statu, in quo omnes acquiescunt. Fuerit
igitur τὸ, εἴσοδος τὸν αὐτοῖς, à Polybio positum, pro, τοῦ τὸν ωρῶν.
τὸν αὐτοῖς. ut ad oras Basil. ὡς μακ. At hoc valde durum. Sed & illud,
τὸν ωρῶν πέντε τὸν ὁμελογούμενον, pro, in quo omnes acquiescunt: non
unâ ratione suspectum mihi. Aliam lectionem & interpretationem
suppedirant oræ Basil. priorem tempore, an recentiore editâ versione,

non possum dicere: non contemnendam certè: [f. αὲς τὸ πλὸν πάντων ὁμολογεῖσθαι κτ. ad recuperandum immunitatem, quam omnes fatentur ipsis deberi.] Cogitet peritus lector. In proximâ sententiâ, pro ἐπὶ τὸ παλ. σωῆθ. ex iisdem oris corrigendum, (quod & res ipsa postulare videtur) ἐπὶ τὸ π. σωῆθ.

473. 27. οὐ Μεγαλόπολιν] ὁ μακ. ad oras novæ ed. [scr. Μεγαλόπολιν, ex emend. Jos. Merceri.] Versio igitur corrigenda. quæ ab initio Arcadii attribuebatur; ē Megalopolitanorum Alliada &c.

478. 17. πάντες αὐτές κατέσφυξε.] Oræ Basil. [scr. αὐτές] Ita & versio; in ipsa coenatione.

479. 16. τολείσω μὴ πόνων οὐ σύσσων ἐμφυλ] Oræ Basil. idque scriptura recentiore; [scr. φόνων.] Versio ut respondeat, immutanda: ad extremum, cedes plur. &c. vel, ad extremum cedibus multis factus, seditiones intef.

481. 32. Αμφιδάμῳ οὐ Ηλ. σπαλ.] Oræ Basil. [Αμφιδάμῳ, ut pag. 131. 132.] Latinum igitur erit Amphidamas: quod si hic; in sequentibus etiam, non uno loco, reponendum.

Ibid. 29. τοῖς ιδοις πράγμασι Διατηένος] Oræ Basil. [scr. πολιτεύματι] Quod, opinor, & versio, legibus suis.

482. 10. ἐπιτέψυχε τὸ ἄνθρ.] Oræ Basil. [an Διετέψυχε, ut p. 138. initio.] Versio: in aliam traduxisse sententiam.

485. 19. Μεγαλέας οὐτὶς γράμματα.] Oræ Basil. [n. p. 141. Μεγαλέας, quod videtur melius. Cogita: sed vide Plut. in Arato.] Locus Plut. quem habebat in animo P. ut eum Plut. præstantiss. editio exhibet, hic est opinor. Καὶ τὸτε τοῦτον Απελλᾶς οὐ Μεγαλέας καὶ πνῶν ἀλλῶν αὐλικῶν Διετέψυχον τὸ Αἴγαλον, &c. p. 1918.

In L I E. V.

492. 23. αὐτῆς τὰς μυκ., τοῖς τείχ.] Oræ Basil. [an, αὐτοῖς:] Ita certè versio: muris mach. admoveat.

495. 12. ἐπιλαβόμενοι. τότε τὸ Μακεδ. ἐπιτυχίας] Oræ Basil [an ἐπιτυχίας: lego ἐπιτυχίας, ut pag. 141. omnino ita rectè.] At priorem conjecturam exprimit versio: occasionem Maced. auxiliū amplectentes. Quod si τὸ ἐπιτυχίας, ut Basil. edit. pag. 141. novæ autem edit. pag. 363. d. reperitur, potius amplectendum, vertendum erit, Lat. igitur occasionem Macedonice prosperitatis amplect.

495. 38. ἐπὶ τῷ τοῖς Θερμοῖς τόπῳ] Oræ Basil. [Stephanus legit Θερμοῖς: cum vide] ita & in sequentibus, ἐπὶ τῷ Θέρμῳ: & αὲς τὸ Θ. &c. ubi versio. Thermum versus &c. Sed & ibi discrimen, ut ad easdem oras notatum, quod Steph. τῷ Θ. non τῷ Θ. ut hic.

499. 18. οὐ μείζων τῷ Διετέψυχος ἐπὶ τείχεις.] Quanquam verborum in

in quibus aliqua difficultas explicationem ad Indicem Græcum, consulto consilio (quale fortasse in præcedente στήθε Διον ambi-guitas, ex qua dicti jācti, seu scripti potius, acumen pendet:) re-servamus: non aliena tamen ab his Notis Criticis, quæ textui (ut vul-go loquimur) Polybii propriè dicatae, verlionis etiam pro re nata δέ-ρωσις: qualis hoc loco ex oris Basiliensibus se offert. Meritò enim dispuicit τῷ μακ. quod hic editum, *Regem quoque ipsum ejusque amicos, rei magnitudo velut in stuporem dabat*: cum longè aliud verbo οὐδέσταις voluerit hic Polybius: eos nempe quod agebant, plenā quadam quasi præclarri facinoris persuasione actos & impul-sos id egisse: qualem bonæ conscientiæ πληρόεσσιν solent etiam se-pe fanatici Christiani, à suis mystagogis pravis opinionibus imbuti, in similibus ostendere. Ea certe vis est vocis istius οὐδέσταις, hoc loco, ut certam persuasione fiduciam, quomodo ad illas suas oras exponit οὐ. οὐ διεφύκεται significet. Fuit autem Polybius ita ab omni superstitione (quod tot locis prodit & profitetur) alienissimus, ut tamen sacrilegium & divinorum profanationem odisset, & detesta-retur. Vertenius igitur: *Et regem quidem ipsum ejusque amicos certa quadam gestientis animi fiducia pertentabat, quum justè & honestè, &c.*

517. 24. απίχ. ωρὶ τὸ πολ. δύο μάλ. σαδ.] Versio edita: ad ducentesimum quinquag simum ab Urbe lapid. corrigenda sine du-bio: addūcentos & quinquaginta ab Urbe passus. Potuit & hoc in-ter operarum typographicarum, vel calami properantis errata, ut ejusdem, cuius & illa generis, referri. Nos tamen in his, plus æquo fortasse, sed consultò cautores, ne nimis nobis in alieno opere ipsi sumeremus.

522. 8. εἰς τὸ Τερψιλίαν] Oræ Bas. [In nostra editione locus corrigendus, cum Τερψιλία sit rectum, ex pag. 132. vide] Locus ad quem rejicit οὐ μακ. est edit. ipsius pag. 340. ἦντος εἰς τὸ Τερψιλίαν.

Ibid. 18. τὸ ἐπαγγελίου τῷ λεον.] In textu Bas. editionis τὸ (ε) in ἐπαγγελίου. à P. delectum reperio, qui sine dubio primam Alphabeti lite-ram loco illius substitutam voluit, ut legeremus ἀπαγγελίου non ἐπαγγελίου. Certè τὸ ἀπαγγελίου (vel, ἀπαγγελεῖν) pro, in carcerem ducere, vel ad supplicium rapere, notissimum: τὸ ἐπαγγελίου non item, nec ullibi pu-to reperiendum.

523. 11. διόπ τὰ κτ' τὸ Φιλ. ἔξω τελέως εἰς Δῆλο τὸ αἰχρην.] Oræ Basil. [an scrib. ἔξω εἰλπίδοι τελ. an potius εἴσωλη τελ.] sane posterius istud valde probabile est, & ad illud, opinor, versio à Pa-rente concinnata. Audebo tamen & meam hic conjecturam ponere, magis ut aliorum importunam φιλοσεικιαν præveniam, quam ut

illam lectori commendem. Εξίπλα εἴτε, vel ἐξίπλα πελέας εἴπει Δῆμος τὸν &c. Hoc eodem verbo usus in hac ipsa re Plutarchus in Cæstare (Stephani Thesauro eum me locum debere non diffitebor:) οἰόρδρος τοκύ τὸν ἀναλαμέντων ἐπιλαπόντα τὸν διώματον εξίπλων γενέσθ.

542. 19. οὐάστη τοῖς Σατραπείοις καλεγμένοις.] Oræ Bas. [supra pag. 64. in causis belli Punici II. & infra p. 155. ait Artobazanem principem fuisse τὸν Σατραπείων καλεγμένων. Est opinor regio Satrapenorum. Nam Satrapia, non unius provinciæ nomen est: erant enim plurimæ, ut docet Herod. p. 125. & passim historia.] Hæc ibi ὡραῖαι. & his fort. contentus abeat lector. Sed quid sibi vult igitur asteriscus præpositus: aut quare versio, *quos vocant Atropatios?* neque hic tantum ita res habet; sed & p. 155. quæ Græco-Lat. edit. p. 399. c. asteriscus item præpositus, & versio, *Atropatios* exhibet? Discamus hoc ex eisdem oris, ad quas, sed recentiore scriptura reperio. Legendum, τοὺς Ατροπατίους καλ. ex Strabone p. 361. nostræ ed. ubi eadem verba. Dionys. Periegetes hoc solum differt, quod ad Sept. Atropatios montes hos locat. eum vide, & facile concilias cum Strabone & Polyb. Cæterū quod de Populis sumus interpretati, dubito an rectè. nam gens vocatur Atropatena: & melius montes Ατροπάται dicantur, aut οἱ πόπαι.] Cæterū ad locum, p. 64. (qui Ed. Græco-Lat. 163. a.) εἰς τὸν οὐρανὸν σατραπεῖων quod attinet; ut & pag. 398. d. τοὺς πέρι της σατραπείας, & seq. 399. b. τοὺς ὄρων σατραπ. & mox ibid. τοὺς ἱωτὰς σατραπείους; & si quæ sunt alibi similia; ad ista dico, quod attinet, aliter ibi (tyrones alloquimur) capienda vox est: quomodo & versio; *satrapias*, vel *prefecturas*, in his & similibus exhibens: non vero, *Satrapenorum regionem*: vel *Atropatios*.

548. 6. ναὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ ναὶ ναὶ.] Oræ Bas. [f. ναὶ τὸν οὐρανὸν αὐτὴν. quid enim est, οὐρανός.] Ita & versio; *castra inde mouet*.

554. 2. ἐν εἶχον Γαλάτῃ * Pizgorīces.] Ex asterisco præposito, certum est τὸν μην. de vera lectione dubitasse. Dubitandi causâ, (ut ipse ad oras suas Bas. notavit) quod p. 163. & 164. edit. Græco-Lat. p. 420. b. & 421. b. scribuntur isti iidem Galatae, seu Galli, Αιγαῖοις, non ut hic Pizgorīces. & ibi quoque asterisci utroque loco præpositi. Versio autem non eadem (ut in re dubia) ubique: sed quæ tamē eodem redeat.

554. 26. τοὺς δὲ θυρεαφόρους τοῦ Γαλανίου.] τοῦ Χαλανίου, non Γαλ. editio Bas. ubi ὡραῖαι. [Γαλανία, Mil.] sed idem ibid. recentiore scriptura: [Scr. Chalonitas. Dionys. Perieg. 127.] Chalonitis etiam regio hac ipsa pagina, circa finem.

561. 16. οὐεῖς Δῆμος τὸν εὐ αὐτοῖς Δελοποτῶν] Oræ Bas. manu recentiore: [videtur delenda τὸν Δῆμον.] Ita, puto, & versio: *qui vertisse in eunir, voluntates ipsorum sentirent*.

562. 12. ἕρθε τὸν καὶ παρηγέτες] Ita & versio: *subjectum montem habet celsit. imm. & satis commodè fortasse τὸν καὶ* illud, seu *subjectum*, ad propinquitatē, non altitudinem referri possit. Non contemnenda tamen quæ ad oras Bas. conjectura: [an, τὸν καὶ?] Illa vero tempore prior, an posterior hac editione, non possum dicere.

570. 24. οὐαπισάμψω πολιορκίαν] Oræ Bas. [οὐαπισάμψω MSS.] Certe οὐαπισάμψω πολιορκίαν ut οὐαπισάμψω πόλεμον, μάχην, &c. (quæ passim obvia:) rectò more dicatur; & alibi Polyb. ipse, nī fallor, ita loqui ur. Σωπισάμψω πόλ. vel πολιορκ. neque Polyb. alibi, quod sciani; nec aliis, opinor, quisquam.

573. 16. ἐπεὶ περσῶν ὄρτες ἀλλεῖς εἰχον ἀμφέτ.] Mirum nisi lectori, qui paullò sit in his exercitacior, Ursini, viri doctissimi, conjectura, ἀλλεῖς, pro ἀλλεῖς, ex ingenio restituentis in mentem veniet: quam etiam ad oras Bas. invenimus. Non tamen ea mens τῷ μακ. fuit, quicquam mutandum esse. Sed τὸ ἀλλεῖς tamen quo sensu hic accipiendo crediderit, an ex ejus verbis & versione, bona alioquin & elegante, qui non Liviano sermonetritas aures habeat, satis assecuturus sit, dubito. quod cum alibi plurimis quoque locis pariter habeat, semel monitus lector meminerit, ne suam veteris & purioris sermonis imperitiam, vitium interpretationis immerito suspicetur. Hic interim commodè se offerunt oræ Bas. [Nota duriss. vocem. vide Hesych. Ponit hic pro defensione cauſæ. ita & regius codex. sic omnino Livius pag. 645. *propugnaculum* posuit.

577. 1. ἀεροπλεσίωψῳδὲ εἰσεκεγένετο.] Annon potius ἀεροπλεσίῳ. ut ὁ μακ. ad oras suas Basil. Hoc certè, propriè & usitate, lacessere: τῷ ἀεροπλεσίῳ. eo sensu vix alibi reperias.

Ibid. ult. εἰς τῷ Rabathānārā & Aegyptiā] In gratiam lectoris sacrarum literarum studiosi, cuius & studium mentio *Rabath-ben-Ammon* in versione Γ μακ. fortasse provocabit, ut diligentius advertendum locum putet: in ejus, inquam, si forte, gratiani, quod suppeditant super hoc nomine (quod in Basil. edit. aliter editum, ex MSS. & loco inferiore ita hic restitutum est:) oræ Basil. hic apponam. [Haud dubiè hæc est *Rhabath* filiorum Ammonis, ut toties vocatur in Vet. Testament. quare verum nomen est *Pæcar*. Αὔμων, vel, Αύμωνταν. aut *Pæcar* βεν Αὔμων. Sed Græci variè corruerunt. Accedit proprius scriptura Ptolomæi. No. aliud est *Aram Rebaboth*, de quo Scalig. in Euseb. pag. 24.]

584. 18. αἱ τέλοι ἵπποιντος τῆς ἀερευ.] Corrige ex otis Basil. ἵπποιντος: & ita versio, negotium confecturi, non, conjecturis.

585. 10. ἐπάγοσ. μὴ πρέσβαλον τῷ Μυσῶν.] Basili. editio, non Μυσ. ut hic, sed μισῶν. ubi ὁ μακ. [MSS. Μυσῶν. suspicor legendum, τῷ εὐαντίῳ, vel τῷ βίᾳ εἰσόντων.] Versio utrumque repræsentat: 700. ex hostibus (ii erant Μύσαι), cæde prostraverunt.

586. 13. Αἰγαῖς καὶ Λημνεῖται.] ὁ μακ. ad oras novæ ed. [scribe, Τημενῖται. Jos. Mercer] Temnus, Græcè Τημενᾶς, ΑΞολίδις (cujus urbes hic commemorat Polybius, urbs olim non incelebris; cujus & inter alios, Cicero meminit: Hermogenis Rhetoris patria).

587. 13. τὸν ἔξαντλαθθόντων αὐτῷ φίμῳ.] Oræ Basili. [imo ἔξαντλαθθόντων.] Ita & versio.

592. 3. τῷ θρῷ βασιλικῆς κέργητος.] Oræ Basili. ad ista, τῷ βασιλικῇ: [suspecta vox.] & mox ibid. recentiore scriptura: [Delebam ex suspicione hanc vocem: nunc deleo auctoritate Codicis Urbinatis.] Sane quamvis in textu Græco hujus etiam editionis remansit, in versione tamen τῷ μακ. præterita est, ut inspicient liquebit.

594. 18. τὰς ιπταῖς, καὶ τὰς ωτὸς τὰ διεισ τελεγμού.] Oræ Basili. [scribe, καὶ: vel, ἐπὶ τὰς ωτὸς τὰ διεισ.] Parvum in literis, magnum in re discrimen ex hac emendatione: quam sequitur & versio; adversus eos &c.

599. 21. πουκίων τετραγώνων] Vertit ὁ μακ. trabes à pice. Sed ibi ad oram istius editionis, scriptit ille: [imo fort. abiете, ut Livius pag. . . .]

Ibid. 39. εἰς σφυκίωνα λόγον] Vertit ὁ μακ. in usum cuneorum. Sed idem ad oras suæ edit. [Non sunt cunei, sed sunt figuræ ejusmodi:



citer afferes.]

602. 25. ωτὸς τῷ Κυπαρισσίῳ] Omissa, nescio quo casu, versio horum verborum. Adde igitur in versione à Cyperissensibus prohib. &c.

614. 2. Καὶ αὐτοτάχι τῷ Λασιῶνα καὶ τῷ εὐτοῖς ἐπειπίοις πύργῳ τῷ πολεμῷ.] Prius illud καὶ deleri jubent oræ Bas. & certe recta syntaxis (nisi quod talia nonnunquam in optimis etiam scriptoribus, ex incertia:) ita jubet. Sed leve hoc, præaut illud est, quod in proximis verbis, ex ingenio & sagacitate præststit ὁ μακ. Cum enim ante legeretur, καὶ τῷ εὐτοῖς αὐτοτάχι πύργῳ τῷ πολεμῷ. & in nulla vetere memoria Peripiorum nomen occurrat, ipse fœliciflma (ut ego censeo:) conjecturâ, τῷ εὐτοῖς ἐπειπίοις, ut hic est, primus correxit: addita etiam ad oras Bas. correctionis ratione, his verbis: [Lego, ἐπειπίοις, & puto Laſionem fuisse dirutam ex illa contentione, de qua Xenophon: & S. 131. sic in illo tractu sunt ἐρείπια multa, ut apud Pausaniam 152. Sane nec Strabo Laſionis meminit, nec diligentissimus Pausanias. Τεστία urbs est in eo tractu. Pausan. 229.]

619. 4. Οὐ γὰρ οἰδὲ ὅπως αἱ πότε Πελοπονν.] Versio, Accidit enim fere semper modo nescio quo, &c. Utrumque recte, & textus, & versio; meo certe judicio. Ne tamen & alii hic impingant, & dum mutatae lectionis caussam non assequuntur, suam ignorantiam (ut solent imperiti vulgo iniquiores & acerbiores esse:) caussam insultationis habeant, non pigebit quod orae Bas. super eo suppeditant, hic adscribere : [Οὐ γὰρ οἴδε. legendum, non δέ. videntur corrupisse, qui contraria tibi scribere Polyb. putabant, quia sequitur hujus rei caussa. Sed vide pag. 163.] Ibi vero ad ista, (edit. Græco-Lat. pag. 418.b.) σὺν οἰδὲ ὅπως καγκεῖ πνεύματα, οὐ νέοι τεῖχος τὰς τοιαύτας ἀπειλ. πεφύκησθε (locus est illustriss. quo ex omni animalium genere, genus humanum ut stultissimum, & decipi facillimum; quod quando verius inducitur:) ibi, inquam, ὁ μάκαρ. ad horas suas: [Negat caussam rei se scire: cuius tamen caussam mox subjicit; sic plane & pag. 172. in fine.] Iste vero hic ipse locus, in quo nunc versamur. Tali multa non ex vi verborum præcise sumptorum, sed ex usitata formula accipienda, apud omnes & linguas, & auctores.

621. 36. Αὐλον Τερέζας, οὐ Λ. Αἰμιλ.] Oræ n. ed. [Scribe, Γαϊόν: ex pag. 255.] Sed & ex Livio, lib. xxii. cap. 25.

623. 12. ουκέπει δὲ ψευδῶς γένονται φίλοι.] In edit. Bas. nulla est lacuna. Sed ad τὸ ψευδῶς illud, οὐ μάκαρ. [Videtur deesse negatio; imo omnino deest.] Hinc igitur haec in hac editione lacunula: & in versione negatio suppleta. Ego autem in totum hunc narrationis Polybii contextum, paulò accuratius intuens, plane ita judico, recte Polyb. & negatione uti & illam omittere potuisse; & utrumque proposito & scopo Polybiano tam bene conveniente, ut quid ille scripserit, non facile sit statuere. Ponamus enim numerosum ad millia decem vel etiam plura exercitum, qui diurna obsidione, oppidum aliquod usque adeò fatigaverit ut jam de ditione tractare, nulla spe salutis aliâ reliquâ, bona fide incipient; subito nuntio numerosioris exercitus adventantis terrefieri, & fugam longe lateque facere: re autem postea cognita deprehendi, qui numerosus exercitus perhibebatur, haud amplius ducentis aut trecentis armatis hominibus fuisse, qui casu aliquo in propinquuo conspecti fuerint: recte dicamus non de nihilo famam illam fuisse, cum revera fuerint armati homines, qui venire nunciabantur: nec minus recte, inanem ac de nihilo fuisse illum timorem, quum decem milia, ducentos aut trecentos, armatos quidem & illos, & verè milites; cæterū, nec infesto animo venientes, & numero tam impares, tam trepidè fugerent. Si quid tamen in re tam incerta & ancipiti statuendum est; & antecedentibus & sequentibus Polybii verbis congruentius ego crediderim, ut hunc timorem vanum & inanem planè fuisse dixerit, quam ut aliter. Omitto quod panicum timorem prius vocaverit.

Quid

Quid ille verò post hæc verba? An non id deinceps agit, ut ostendat magnam benè gerendæ rei Philippum per hunc falsum timorem opportunitym amisisse, & præterea, paucas illas naves, ex quibus falsus ille timor, potiri eum potuisse? Potius igitur verterem ego: *Hujus autem tanti timoris, qui Philippum corripuerat, causa planè nulla suberat, qua non falsa & inanis esset.*

Ibid. 20. οἱ δὲ Ποντίοις δέργα νῆσοι δύο τρία στάλα.] Oræ Bas. [scr. Δεκατεῖαν. elegans correctio. nam omnes libri mendoti.] Vox certe Δεκατεῖα etiam in vulgatis Polybii codicibus non uno loco: ut pag. 850. c. & 875. Necessitas autem hujus correctionis in eo est, quod sequuntur fœminina singularia, ταῦτα τὰ τοῦ Κένταυρος. ὥφθειον, quæ cum Δεκατεῖα rectâ syntaxi; non itidem cum Δεκατηναῖς, congruunt. Potuit tamen fortasse figurata locutione per syllepsin (syntheim quidam vocant) ita loqui Polybius: quale illud apud Poëtam Latinum, *Centauro invehitur magna*: cum navem in animo haberet, & passim apud alios alia. Durius tamen hoc, in historico præcipue; & credibilius, (niti dissidentium MSS. consensus aliquem moveat:) aliter Polyb. scripsisse.

624. 3. τὸν δὲ τὸν Τρωάδα κατέβιν. Αλεξ.] In textu Græco Basili. edit. observat ὁ μακ. (non verbis, sed lineis ductis:) transpositionem vocabulorum & rescribit, τὸν δὲ τὸν κατέβιν Τρ. quod rectum videtur.



ANTONIO PERRENOTTO CARDINALI GRANVELANO

Fulvius Ursinus.

AN T. Augustinus Archiepiscopus Tarragonensis, omnis politioris doctrinae vindex, & assertor, misit ad me superioribus annis Polybii fragmenta quædam, ut titulus indicabat, περὶ πρεσβειῶν, à Johanne quodam Constantinopolitano collecta, qui Rom. antiquitatem in capita, & locos communes digesserat; ut eum librum à mendis, quibus penè infinitis corruptus erat, vindicarem; & cum studiosis etiam, si videretur, communicarem. Cùm itaque quantum ego per varias occupationes potui, hæc scripta accurate, diligenterque legissim, proque ingenii mei viribus, quæ per exiguae sunt, omni ratione expolienda curassem; vel ob ipsum operis argumentum, digna maximè visa sunt, quæ prodirent in lucem. continent enim Pop. Rom. ad Reges, exterisque nationes, & Regum rursus, exterarumque nationum ad Pop. Rom. magnis de rebus ultrò citroque missas legationes, in quibus cùm alia multa sunt, unde nostras actiones veterum exemplorum regula metiri possumus, tum conciones præclaræ habentur, deque fœderum, & pacis conditionibus disceptationes ad rerum gerendarum rationem perutiles. In quo quidem genere iuprimis excelluisse inter Græcos videtur Polybius, qui rerum explicandarum prudentia, qua ita narrat evenitus, ut causas simul aperiat; & bellorum peritia, quibus Scipionem secutus interfuit, Rom. Historiam XL. libris tanta puritate contexit, ut eorum epitomen M. Brutus confecerit; Livius autem ita fuerit imitatus, ut ejus non tantum sententias, sed verba etiam

etiam ipsa, & ad verbum plane expresserit. Quo magis sit, ut sa-
tis mirari non possem, hominem ita de Romano nomine meritum,
pene silentio prateritum ab ipso, cum semel tantum, aut iterum
illum nominet, & quidem exigua cum laude, vel potius nulla
A U C T O R E M N O N S P E R N E N D U M appelle. Quo
quidem laudis genere quis est tam malus scriptor, qui se affici
& quo animo patiatur? Quantum autem Polybio debeat Livius, ex
utriusque scriptis quae reliqua sunt, & maxime e Polybianis iis,
qua in praesentia emittimus, intelligi potest. Ex quibus satis con-
stat Livium proposuisse sibi Polybium, quem non tantum ut du-
cem sequeretur in bellis Punico secundo, Persico, Antiocheno,
Achaico, Numantino, & Punico tertio describendis, sed cuius
insisteret vestigiis, & voces quasi ex ore ejus emissas exciperet,
dictatasque notaret. Atque has quidem antiquitatis reliquias
animus fuerat in Latinum versas cum aliis ejusdem argumenti
fragmentis, quae Gracce tantum nunc prodeunt, in lucem dare.
Sed mirum est, quam hoc nostrum consilium, aliud ex alio quo-
tidie impeditur. Itaque editus jam Polybius cum esset in publi-
cum proditus, ut ad te primum mitteretur, typographo tui
observantissimo mandavimus. Tu namque **P E R R E N O T T E**
C A R D I N A L I S is es, cui ob singularem rerum gerenda-
rum scientiam, excellentemque scriptorum hujusmodi intelli-
gentiam, imprimis haec debentur. Cum enim a prima ipsa atra-
te, in rerum gravissimarum tractatione, apud Imperatores, re-
gesque potentissimos, summa omnium cum admiratione domi,
forisque fueris versatus, ita tamen disciplinas omnes, litteras-
que coluisti, & quibus plurimum potuisti rebus, semper fovisti,
ut domus tua commune studiosorum perfugium habita sit. Te-
stis sum ego ipse, qui Romae cum esses, & pro tua humanitate,
comitateque tecum una essem ferè quotidie, vidi quam multis
ad te, tanquam ad artium honestarum patronum, doctorum
hominum fieret concursus, quamque tu eorum certis horis con-
suetudine declareris. Quin & artifices etiam ipsos, qui modò
in aliquo genere excellerent, ita interdum admittebas, ut pro
sua

tua rerum istiusmodi cognitione , ex eorum operibus voluptatem caperes non mediocrem . Quæ cùm recordor , recordor autem quotidie , nec enim quicquam mihi jucundius esse potest tuorum erga me meritorum recordatione , non possum non ægro animo ferre , te diutius à nobis abesse , his præsertim temporibus , quibus præclarum G R E G O R I I X I I I . Pontificis optimi , maximique institutum de sacrī libris , vel hominum incuria , vel improbitate corruptis , suo nitori restituendis , deque bibliotheca Palatina omnium vetustissima , locupletissimaque post Vaticanicū operibus magnificentissimis , & cum ipsa antiquitate comparandis exornatum , illūstriori loco aperienda , ordinanda que vehementer adjuvares . Cujus quidem Pontificis singulari non solum sapientia , sed etiam pietate effectum est , ut orthodoxæ fidei propagandæ causa , Græcorum collegio in urbe instituto , ædibusque , & censu liberaliter aucto , confluentibus eò jam undique è media Græcia præclaræ indolis adolescentulis , Græce litteræ ab interitu , qui jam imminebat , vindicatæ , reviviscant . Sed hæc , quando te in Regis post hominum memoriam maximii negotiis tue fidei , prudentiæque commissis occupato , optare magis possimus , quam sperare ; reditusque tui spes non illa quidem , ut tu scribis , erupta nobis , sed in aliud tempus est prolatæ , mittimus ad te librum benevolentiae nostræ argumentum , & tuorum erga me officiorum testimonium , ut non uni tibi , sed omnibus , & quidem illustrius mea in te pateat observantia . Vale Romæ XII . Kalend . Decemb . M . D . LXXXI .

FULVII URSINI NOTÆ IN LEGATIONES POLYBII.

I.

ME T A τὸν ἐπίσταλν τὸν καὶ Ιερωνύμος Γε βασιλέως. Livius libro xxiv. simulatur hoc fragmentum, & verbum ἐπίσταλν, verit, *conjuratio*: βασιλέως autem, *tyranni*. inquit enim, *conjuratio in tyranni caput facta*.

Εὐχωρίστῳ Γε Θράσοντο. Livius vertit; *Thrasone sublato ē medio.*

Οἱ δὲ τὸν Ζάΐσπον, νοῦ Αὐδραδόνεον. Livius habet, *Andronodoras* & *Zoilus*.

Πρεσβύτερος τοῖς τὸν Αὐδραδόνεον πίνακας. Livius, *Legatique ad Hannibalem missi*. & paulo post: Hieronymus legatos Carthaginem misit ad fædus ex sociitate cum Hannibale faciendum. Legati autem nominantur a Polybio, Polyclitus Cyrenensis, & Philodemus Argivus.

Στρατῆ πτλιν αἰτίην τὰς πεισθεῖς, οὐκ ἢ τίττος Αὐδραδόνεον τὴν Καρχηδόνα. Totum hunc locum ita vertit Livius: *Legatique ad Hannibalem missi: ac remissi ab eo cum Hannibale nobili adolescentulo Hippocrates & Epicydes, nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis, exule avo, Pœni ipsi materno genere: per hos juncta societas Hannibali, & Syracusano tyranno.* Ex verbis autem Polybii appetet doctos vires non recte apud Livium reposuisse: *ac remissi ab eodem Hannibale nobiles adolescentuli Hippocrates, &c.* nam Hannibal's tertii legati satis apertè à Polybio fit mentio.

Κατὰ δὲ τὴν εργα τὴν οὐτεγράφοιται Γε Λιλυσαῖς στρατηγοῖς τῷ πομοίων. Livius: *Ap. Claudius Pr. cuius Sicilia provincia erat: ubi ea accepit; exemplò legatos ad Hieronymum misit. qui cum se se ad renovandam societatem, que cum avo fuisset, venisse dicentur; per ludibrium audit, dimissique sunt ab querente per jocum Hieronymo, qua fortuna eis pugne ad Cannas fuisset; vix credibilia enim Legatos Hannibal's narrare: velle quid veri sit scire, ut ex eo utram spem sequatur, consilium capiat. Romani, cùm serio legationes audire cœpisset, reddituros se ad eum dicentes esse, monito &c.* Cùm autem Polybii locus mutilus sit, & mendosus, potest ex hoc Livii suppleri, & ita emendari: Οὐ δὲ τελεγράφοιται Λιλυσαῖς στρατηγοῖς τὰς Ρωμαῖας, τὰς πανταχοίρας, οὐδέ τις ἐπειδὴ πρεσβύτερος τοῖς τοιούτοις, τὰς ἀναστορθῆσας τὰς αἵτις τὰς απογέννατες αὐτῇ συντελεῖσθαις ουαγίκας.

οἱ ίεροι, εἰτ' αὐτὸν μίσος ὄντας τῶν πρεσβύτων, εἰτ' αὐτὸν ὄντας τῶν Καρχηδόνων, ἐφη συλλυπήσθε τοῖς Ρωμαῖς, &c.

Παρεγκλέντων ἡ μάδη πολεῖν ωρῷ τὰς οὐρανίας. Livius, Monito magis eo, quam rogato, ne fidem temere mutaret, &c.

Ἐπὶ τοῖς δὲ ποτεῖν τὰς οὐρανίας, ἐθελοῦσιν βούλειν καὶ ναυπολεῖν περιγῆς ὀντάμενοι, καὶ συνεπιτίθενται. Ρωμαῖς δὲ Σικελίας ἔτι διέλεσθαι τὴν καταστροφὴν, ὥστε ἐναντίων ἐπαρχίας ὅργη εἶναι τοῖς Ιπέργοις πολεμεῖν διατίθεσθαι τοῖς Σικελίοις. Ἐτιμὸν δὲν αὐτοὶ φησίνδησιν τοῖς Καρχηδόνες. Livius: *Pacto convenit, ut cum Romanos Sicilia expulissent (id autem brevi fieri, si naves atque exercitum misissent) Himera amnis, qui fermè insulam dividit, finis regni Syracusani, ac Punici imperii esset.* Polybii verba in manucripto exemplari corrupte leguntur: sed nos ita protulimus hæc, & alia, ut emendari debere existimavimus.

Μηδεὶς νοήσειν μέλλων τὸν αἰπάντα Σικελιανὸν δόχιον, αἰς ἀνείνῳ περῆπον ἢ Δέλτα τὸ Πύρρος θυγατέρες οὐκ εἴναι Νηρεῖδες. Tunc hunc locum ita imitatus est Livius: *Aliam deinde inflatus afferentationibus eorum, qui eum non Hieronis tantum, sed Pyrrhi etiam regis materni avi jubebant meminisse; qua aquum censibat, Siciliam sibi omnem cedi: Italie imperium proprium quari Carthaginensi populo.*

Tὸν δὲ ὅλον ἀναγνωστον, καὶ μανιακὸν πρᾶγμα Καρχηδόνοις οὐ μεραρχεῖ. Livius: *hanc levitatem ac jactationem animi, neque mirabantur in juvene furioso, neque arguebant, dummodo averterent eum ab Romanis: sed omnia in eo precipitia ad exitum fuerunt,* &c. Verbum ἀναγνωστον, Livius vertit, *levitatem ac jactationem animi. maniacus autem expressit, cum dixit in juvene furioso.*

Eīpi τὸ Ιανονογότιον. Videtur hinc dubio legendum, τὰς καὶ τὸ Ιανονογότιον: sequitur enim, πολις μετέχει τραϊνος, &c.

III.

Αἴτιον δὲ οὐτε τοῦ μεράλης περισσοτέρους εἰς τὸ Πειραιανόν. Livius lib. xxxi. totum hoc fragmentum expressit: inquit enim, *Rex Pireeum renovanda firmandoque cum Atheniensibus societatis causa trajecit.*

Αἴτιον εἰς αὐτὸν μεράλης περισσοτέρους: quod verbum rejecimus, & pro eo reposuimus περισσοτέρους: quo Polybius in xxx. fragmento usus est, & alibi, vertitque Livius libro xxxviii. comitatum.

Οὐ γὰρ μένον οἱ πόλεις δόξαις ἔχοντες, μη τῶν ιωπίων, αἴτιον καὶ πόλεις οἱ πολιτοὶ μη τένειν καὶ γνωστοῦν, αὐτούτων αὐτοῖς. Hunc locum ita expressit Livius: *Civitas omnis obviam effusa cum conjugibus ac liberis, Sacerdotes cum insignibus suis intrantem urbem, ac dii propè ipsi exciti sedibus suis exceperunt.* Cùm autem in manucripto exemplari legatur, μη τῶν ιωπίων, nos iσπέων emendandum esse existi-

existimamus, vel ex una Liviâna versione: quid enim equitibus opus est Athenis, ad mare positæ civitati?

E'πει οὐ εἰσῆγε τὸ Δίπυλον. Livius: *ad Dipylon accessit. porta ea velut in ore urbis posita, major aliquantiō, paten̄tiorque quam cetera, est.*

Tὸ δὲ πελώταιον ἐψηφίσαντες πηγὰς τηλικῶτας, ἥλικας ὁδεὶς παχέως τὴν περιπολεῖς αὐτὸς διεργετῶν γεγενότων. οὗτος γὰρ τοῖς ἄλλοις, καὶ φυλῶν ἐπάνωμον ἐπόνταν Αττάλων, οὐ πρέπει μηδὲν αὐτὸν τοῖς ἐπωνύμοις τῶν δραχματῶν. Livius: *Honoresque Regi primū Attalo immodi- ci, &c.* Tum primum mentio illata de tribu, quam Attalida appelle- larent, ad decem veteres tribus addenda, &c. De tribu Attalida me- minit Pausânias in Atticis, cujus verba ad illustrandum hunc locum subjiciam. Oideιδει εἰσιν Αἴγαυοις ἐπάνωμοι τῷ Αρχαίῳ. οὗτοι γάρ δέ τοι δε φυλαὶ ἔχουσιν, Αττάλης τῷ Μυτιᾷ, οὐδὲ Πτολεμαῖς τῷ Αἰγαπτίᾳ, καὶ κατ' ἐμὲ οὐδὲ βασιλέως τῷ Αἰδριανῷ. paullò post: αἱ πορτεῖς δὲ λόγοι καὶ τὰ εἰς Αἴγαλον δηλῶσα ἔχοντες ὅπερι καὶ τῷ τοῦτον ἐπωνύμων εἰσιν Αἴγα- υοις, &c.

Μετὰ δὲ τῶν τα σωματεῖτος σκηλοπίου, σκάλαν τὸν προειρημένον. τῷ διατεθέμενοι δὲ τῷ φάσιον Θεοῖς φορήσῃ, τὸ καὶ πρόσωπον ἐλέγοντες πλευρούσι τὰς διεργετίας τὰς αὐτὴς τῆς διπονθόσιν, τὸ εἰσόδιον πα- ρῆκε. οὐδὲ γάρ εἰ αὐτὸν ἡξίσιν ἀπόδεντας τοῦτον ἀπολαμβάνειν συμφέρει πρὸς τοὺς σκεπτούς καὶ τοὺς. Livius: *In concionem extemplo populi us vocatus: ut Rex, que vellet, corām ageret. deinde ex dignitate magis visum, scribere eum, de quibus videretur; quam presentem aut referendis suis in civitatem beneficiis erubescere, aut significationibus, acclamationibusque multitudinis, assentatione immodica pudorem onerantis, &c.*

Εἰσιν γέγονα τῶν ἐπιστολῶν οἱ πρεσβῖτες. Λᾶδι δὲ φάλαικα τὴν γεραμ- μένων, αἵρεσιν τοῖς πρεσβύτεροι εἰς αὐτὴς διεργετικοῖς ταῖς τὸ δῆμον. εἰσαγόμενοι τῷ πιπεριγμένῳ αὐτῷ πρεσβύτερον. Livius: *In litteris autem, quae missa in concionem, recitatique sunt, commemo- ratio erat beneficiorum primū in civitatem suam; deinde rum, quas adversus Philippum gessisset, &c.*

Τελεσταῖται δὲ τῷ πραγματοῖς εἰς τὸ Φίλια πόλεμον. Livius: *ad postremum adhortatio: capessendum bellum dum se, dum Rhodios, tum quidem dum Romanis etiam haberent, &c.*

Μετὰ δὲ τῶν παρέντες τὰς κηρύξεις, &c. αἰσχύσθεντος αὐτὸς τῷ πα- τέρι τοῦ φέρεντος. Livius: *Ne quicquam postea, si tum cessarent, pretermissam occasionem quia situros.*

Αἴλαδος τῷ Ρωμαῖον ἐπιστολοῖς. Livius: *Rhodii deinde Legati au- diti sunt, &c.*

Ἐργάζεται τοῖς Αἰόλωμοῖς σιφίσει τῷ Φιλίππῳ πόλεμον. Livius: *Ita- que*

que ingenti consensu bellum adversus Philippum decretum.

Kai πότε δῆμος ἐσφύρων ἀγριεῖσθαι σφάνω, καὶ πᾶσι Πόδοις οὐ πολιτείαι εἰναι φύσισσι. Livius: Rhodiorum populus corona aurea virtutis ergo donatus, civitasque Rhodiis data, quemadmodum Rhodii prius Atheniensibus dederant, &c. Videndum autem num in Polybii verbis αγριεῖσθαι, potius quam ἀγριεῖσθαι legi debent.

Tas τε ναῦς δημοκατεῖσθαι τὰς αιχμαλώτες φρουράς, καὶ τὰς αἰρέσες. Livius: Quorum recens erat beneficiū; quod naves longas quatuor Atheniensium captas nuper à Macedonibus, recuperata, que remiserant.

Αὐτῆς δημοκατεῖσθαι τὸν Κιονὸν ἐπὶ τὰς νήσους μὲν Εὔλος. Livius: Rhodii Ceam ab Aegina, indē per insulas Rhodium navigarunt, &c. Mirum quām bellè se Livius & Polybius mutuò emendent, apud Livium enim, pro Ceam, ex Polybio reponendum est Ciam; quæ insula est Eubœæ opposita, ut scribit Ptolemaeus: apud Polybium vero, pro ἐπὶ τὰς νήσους, ex Livio legendum videtur ἐπειγεῖσθαι τὰς νήσους, ut post μὲν Εὔλος, verbum αὐτοῖς τοιούτοις, vel tale aliquid desideretur: atque integrā lectio sit, οἱ μὲν διὰ περιστῆσι οἱ τῶν Ποδίων τεῖναι Διγυράζεσσι, αὐτῆς δημοκατεῖσθαι τὸν Κιονὸν ἐπὶ τὰς νήσους μὲν Εὔλος αὐτοῖς τοιούτοις, εἰς τὸν Πόδον.

V I.

Κυκλιάδας καὶ λιμναῖς. Ita legendum, & ita habet Livius lib. xxxij. Cycliades Praetor Achæorum. hæc autem de pace cum Philippo facienda, Titi & Græcorum consultatio, expressa fortasse fuit à Livio in ea libri xxxij. parte quæ desideratur.

Μετὰ γηλιάρχων πέντε. Livius: Quintilius cum fratre & Tr. mil. paucis.

Σωματεῖσθαι δὲ συμποροῦσθαι τῷ Φιλίππῳ καινολογησάμενοις οὐδὲν ηὔθετον. De simili re dixit Livius lib. xxxij. Et ipso mittere singulos ad edocendum Senatum, ne fraude Regis caperetur, placuit.

Ηδηκτὴ τὸν Ελλάδα τὸν δημοκρατίαν πιπολαζόντος, μὲν Εὔλος μηδὲν διερεύνει περιθειν. Ita hunc locum restituendum putamus, cùm in manuſcripto sit ἐπιπλαζόντος, & μηδὲν διερεύνει περιθειν, corruptè, ut opinor: licet διερεύνει retinere possit.

Kai κατέπινον ἐνέργειας αἴξιοι λέγει τὸ φαγόριμον. Locus hic fœdè in exemplari corruptus legebatur, κατέλεγον τοῦ ἐνέργειας αἴξιον. de Alexander autem Ætolorum Praetore meminit Livius libro xxxiii. Αἰτιαλός δὲ κατέργειας εἴη βελούδοις οὐδὲ σφῶν αὐτῶν. Ita videtur legendum. in manuſcripto autem exemplari, βελορήγεια, male (ut existimamus) scriptum est.

Oīde Tītō, τῶν μὴ ἄλλων σὸν ἔφη δεῖν εἰδεῖν. Θίβας δὲ μέρος τὰς Φθίτας. Verbum δεῖν mihi quidem intemperatum videtur. pro eo autem

libenter reponerem λαβάν, vel tale aliquid, quod ad δεῖ verbum prouis accedit. Sententia tamen, quovis modo legatur, vel ex ipsa Livii versione patet, qui lib. xxxiii. ita scribit: Αἰτοις Φάρσαλον, Λαρίσανque reddere: *Thebas non reddere.*

*Nῦν οὐκὶς ἂς τὸς πόλεις τὸς αὐτοῖς μεθ' αὐτῶν συμπολιτεύομέν-
νας.* Hunc locum respexit Livius in eodem libro. *Redd: renturque Αἴ-
τοις urbes, que quondam juris, aut ditionis eorum fuissent.*

*Καθ' ὧν καὶ εγώ τὸς Διογένους ἐποίησαν αὗτας Φίλιππον ἵγκανοντας
πόντος Ρωμαῖος.* Livius lib. xxxi. *Quid ad nos venitus Αἴτοι, sine
quorum auctoritate pacem cum Philippo fecisti?*

Λαζαρία τετραμήνος ἀρχής. Livius libro xxxiii. induciisque da-
tis in duos menses. Appianus tamen habet τετραμήνος, in Macedoni-
co; Polybium, ut videtur, sequutus.

V I I.

Ηὕρη εἰς τῷ Γαύλῳ, οἵτε ωρῆς Φιλίππων πείσθεις, οἵτε ωρῆς Τίτων. Livius xxxiii. brevi post legati & à T. Quinclio, & ab rege venerunt.

Αἴτοις ἢ πλειόνων γρυομέρον. Livius: *hanc multa urbā factā.*

*Εὐέστας ἡ σύγκλητος αἱρετος δέκα νεοφυῶν τοῦ Φιλίππου, ἐξέπιμψε
τὰς κατερέντας τὰς τῷ Επάνδρῳ Φιλίππων.* Livius: *Decem Legati
more majorum quorum ex consilio T. Quinclio Imp. leges pacis Phi-
lippo daret.*

Οἱ οὖτε Δαρεῖον τὴν Αἴταιαν Πύλην. Ita nos emendandum opinamur, cùm in exemplari manuscripto corruptè sit, τὴν Αἴταιαν, sed Αἴταια, non Αἴταια ut habet Stephanus, magis placet, quia ita inscriptum est in veteribus horum populorum nominis statibus.

Μεσολίνος οἵ τε Ασίας καὶ Πύλης. Opinor scribendum οὖτε αὐτὸν, ita enim habet Strabo lib. viii. & Stephanus, αὐτὸν, inquit, πόλις
μεσολίνος, ωρῆς τῷ Λακωνικῷ οἰκισθεῖσα τὸν Αργεῖον, &c.

Περὶ τῆς Ηραιῶν πόλεως. Ita nos emendari debere existimamus, cùm in manuscripto legatur, οὖτε τὴν πόλεων, sine dubio mendose. Ηραία
verò, cuius Strabo & alii meminerunt, πόλις ἡστ., ut scribit Stephanus,
Αρκαδίας τὴν Μεσολίνον αὗτας πελοποννησον, cuius fecit Livius mentionem in libro xxxiii. Corinthus, & Triphylia, & Heraea. sed Heraea apud Livium scribendum esse, & alii jam admonuerunt ex eo, quem modo protulimus, Stephani loco.

V I I I.

*Τίτων ωρῆς Καρπίδον τὸν Ελατίαν Βαιωπὸν συγχέοντες αἰνεγμά-
τας τὰς αὐρηλιανὰς, τὰς παρ' αὐτῶν σεριδοτανῆς τὴν Φιλίππον, διε-
περσόδοντο, &c.* Livius libro xxxiii. *Hibernabat eo tempore Atheneis Quinclio, is à quo cùm multa socii peterent, Βεοτιοι petierunt, im-
petra-*

petraveruntque, ut hi, qui sue gentis militassent apud Philippum, sibi restuerentur, &c. Omnia recte Livius, nisi quod pro Elatiae, habet Athenis, contra hujus historiæ fidem. & tamen hoc ipso in libro dixit: Eodem hoc anno T. Quinctius Elatiae, quo in hiberna reduxerat copias, totum hiemis tempus juridicando consumpsit.

O Ἰ βελόδηρος οὐρανοῖς τὸς Βοιωτὸς περὶ τὴν σφινέαν δύοντα,
Ἄλιπη περιστρέψας τὸν Αντίοχον, εἰσιώντας σωμάτων. Livius ibidem: Id
à Quinctio facile imperatum: non quia satie dignos eos credebat,
sed quia Antiochus regem jam suspecto, favor conciliandus nomini Ro-
mano apud civitas erat. verbum Livianum suspecto, indicat iφο-
ρεθαι legendum esse apud Polybium.

Τέταρτον παντανέαν αναγνωσθέντας εἰς τὰ Μακεδονίας, εἰς οὓς λῦντα Βερ-
γύλλους, τέταρτον πάντας Βοιωτούχους κατέσπουν, &c. ἐπιμένειν ὃντας
περιστρέψας τὸν Φιλιππὸν τὴν δικαιοσύνην ἵνα τῇ τοῦ νεανίσκου, γε-
γόδῳ, λυμανόνδρου τὴν τοῦ Τίτου γένεν. Livius ibidem: Restitutis con-
festim apparuit, quād nulla mita apud Beotos gratia esset. nam ē
ad Philippum gratias agentes pro redditis hominibus, perinde atque
id ipsi à Quinctio ē Romanis datum esset: Επειδή τοις προξενοῖς
Βασταρχεῖν nullam aliam ob causam Barcillam quendam, quam quod
prefectus Bœotiorum apud Regem militantium fuisset, fecerunt prate-
ritis Zeuxippo & Pisistrato, aliisque qui Romanae societatis auctores
fuerant, &c. in manuscriptis Livii codicibus est, Brachillam, minus
corruptè. Legendum autem videtur: πρὸ τούτῳ atque id ipsis non à
Quinctio, & Romanis datum esset. nam eorum lectio, qui emen-
dant, perinde atque ab ipso hi, & non à Quinctio & Romanis dati
essent, nimis longè abest à vulgata scriptura.

Δυζερῆς ἴφεον πεφορέωμεν τὸ μέταν, καὶ δεδίοτες καὶ σφῶν αὐτῶν.
Livius ibidem: id agere & in presentia passi, & in futurum etiam
metum ceperunt.

Ως ἡτού μὲν Ρωμαῖοι χωρισθῶν εἰς τὰ Ελαδον. Livius: profectis in
Italianum Romanis.

O Ἰ φίληππος μάρτυρες τῷ πλέον πλεύσαντες σωματιζόντες τοῖς περὶ τὸν σφῦν
ἀνπολιτεύοντος. Livius: Philippus ex propinquo socios adiuvante,
& infesto his qui partis adversæ fuissent.

Βεργύλλους πανελόνδρους. Livius, tollere Barcillam principem fau-
torum Regis statuerunt.

Τρεῖς πάντα Αἰτωλικῶν σωμάτησε, τετραῖς ὁ τοῦ Ιταλικῶν νεανίσκους, τὸς
πεφορέοντες τοὺς χῆρας τῷ Βεργύλλῳ. Livius: ab sex armatis,
quorum tres Italici, tres Aetoli erant, circumventus occiditur. In
hoc autem fragmento, cum multa essent in exemplari male scripta,
nos illa partim ex Liviana versione, partim ex conjectura emendavimus.

I X.

Η̄κην εἰς Ρώμην οἱ δέκα δι' ὀνειρείας χειρίζεσθαι καὶ τὸν Ελλωναν
καμίζοντες τὸ τὸ συγκλήτον δόγμα, τὸ τοῦτο τὸν Φιλιππον εἰρίων.
Livius libro xxxiii. Post paucos dies decem legati ab Roma vene-
runt: quorum ex consilio pax data Philippo in has leges est, &c.
decerat in manuscripto exemplari vox δόγμα, quæ tamen necessariò
requiritur.

Ελλων πάντας τὸν καὶ τὸν Ασιαν καὶ καὶ τὸν Ευρώπην ἐλαύησε
ταύροχον, καὶ νόμοις χεῖνος τοὺς ιδίους. τὸν δὲ ταπεινόρρετον Φιλιππον.
Livius ibidem: Omnes Graecorum civitates, que in Europa, queque in
Asia essent, libertatem ac suas leyes haberent. que earum subdivisione
Philippi essent, praesidia ex his Philippus duderet.

Εὐρωπον δὲ τὴν Πύδασαν, καὶ Βαργύλιαν, καὶ τὸν Ιαδέων πόλιν, ὁμοίως Αβύ-
δον, Θάσον, Μύριναν, Πέρειναν, ἐλαύησεν αὐτοῖς. Livius ibidem: Eu-
ropa, Pedasissque, ἡ Bargyllis, ἡ Jasso, ἡ Myrina, ἡ Abydo, ἡ
Thaso, ἡ Perintho. eas quoque placere liberas esse, &c. in exemplari
corruptè legitur τὸν Ιαδέων πόλιν. pro quo iuxtas reponimus. & pro
Βαργύλια, scriptum est βαργύλια, tum hic, tum aliis infra locis. nos
tamen βαργύλια, ut est apud Stephanum, retinendum putamus, Livia-
nam sequuti scripturam.

Περὶ τῶν Κιανῶν ἐλαύησώντων, Τίτον γείψῃ τοὺς Πρεσίαν, καὶ τὸ
δόγμα τὸ συγκλήτον. Livius ibidem: De Cianorum libertate, Quin-
ctius Prusse ac Bithyniorum regi scriberet, quod senatui ac decem
legatis placuisse, &c. ex Graeco autem Polybii loco corriguntur Li-
viana verba de Cianorum, quæ in unam tantum vocem mutata erant,
Decianorum.

Τὰ δὲ αὐχεῖνα, καὶ τὰς αὐτοιόδους ἄπαντας διποντούσι Φίλιπ-
πον Ρωμαίοις. Livius ibidem: Captivos, transfugasque reddere Phi-
lippum Romanis.

Ομολας δὲ τὰς νησεφορίας ναῦς, τῷλια πέντε σκαφῶν, καὶ τὸν οἰκο-
δεικήρας. Livius ibidem: ἐν naues omnes tectas tradere, præter lem-
bos: quin ἡ Regiam unam inhabilis propè magnitudinis. quam sex-
decim versus remorum agebant, &c. ex Polybii verbis apparet apud
Livium scribendum esse, præter lembos quinque ἡ Regiam unam.
confirmat hanc lectionem Appianus, apud quem ita est in Macedonico,
ναῦς τεῖοντος ἐχειρὶς χωρὶς εἴκερες μῆνας καὶ σκαφῶν πέντε καὶ φορίατων, &c.
pro χωρὶς, Polybius habet τῷλια, quod vertit Livius, præter.

Οἱ φίλοι ἀλλοι πάντες διῆφοροι ήσαν καὶ τοξοφοροί, μόνοι δὲ Αἰταλοί.
Livius ibidem: Omnibus Graecie civitatibus hanc pacem approban-
tibus; soli Αἰτοι id decretum legatorum clām mussantes carpe-
bant, &c.

Φάσκοντες δὲ πειρυκέτων, αλλαζόμενοι μόνον ἐχειρὶς Διογέτον. Li-
vius

vius ibidem: litteras inanes vana specie libertas adumbratas esse.

Kαὶ πνευματικοὶ πιθανότητες. Livius: nec tota ex vano criminatio erat, &c. in exemplari manuscripto Διοσκευή legebatur nullo sensu, pro Διοσκεύη ταῖς αὐτοῖς, hoc est, ad incitandos animos audentium.

Tὸν δὲ ἐπέγραψε τὰς φρεγάς ἐλέγειν τὰς πόλεις. τὰς μὴ γνωστές γεγράφας, οὐδὲ ὄντας τοις δηλώσας. ταῦτας δὲ εἶναι τὰς κατ' τὸν Ασίαν· τὰς δὲ τῆς χερσοπεριουσίας Ρωμαϊκές, Φανερόν, ὅπερ τὰς κατ' τὸν Ευρώπην. εἴρης δὲ ταῦτας, Ωρίον, Ερέτριαν, Χαλκίδαν, Δημητριάδαν, Κίσερον. Livius ibidem: Curenim alias Romanis tradi urbes; nec nominari eas? alias nominari, & sine traditione jubere liberas esse? nisi ut que in Asia sint, liberentur longinquitate ipsa tutores: que in Gracia sint, ne nominatae intercipiantur, Corinthus, & Chalcis, & Oreum, cum Eretria & Demetriade.

Καὶ γένεται αεθέρων δεποτῶν, σὺν ἐλέγεσσι οὐ Ελλήνων. Livius: ad liberandam Graciām, non transferendum à Philippo ad se imperium, se mare trajecisse.

Οὐδὲ τίτοις οἱμέσσας εἰν τῶν οἰλῶν. Livius: ibi consilia decem legatorum tractabantur, &c. alibi vertit, de summa rerum consultabat.

Πλεοναχόστοις δὲ τῶν Αἰτων ὁν Διοσκεύη, &c. Totum hunc locum ita vertit Livius: Identid m Quinctius: librandam omnem Greciam, si Ἀττορούμ linguis retundere: si veram caritatem, majestatemque apud omnes nominis Romani vellent esse: si fidem facere, ad liberandam Graciām, non ad transferendum à Philippo ad se imperium, se mare trajecisse.

Ταῦτα δὲ οὐδέσσαντα γένεται τὸν διποτίαν εἰν τῷ οικείῳ, Διοὶ τὸ τοῦτο μὴ τῶν ἄλλων, εἰν τῇ Ρώμῃ αποδιεληφίναν, καὶ μητραὶ εγένεται τὰς δέκα αὐτοῦ τῆς συγκλητες τὰς εἰν τολεσ. αὐτοὶ δὲ Χαλκίδης καὶ Κορίνθος, καὶ Δημητριάδης, επιτρεπούσι αὐτοῖς διδέξας Διοὶ τὸν Αντίοχον, οὐα βλέποντες αὐτοῖς τὰς κηρύξεις, Εὐλογίωντες τῶν απειρομέτρων πόλεων καὶ τὰς αὐτῶν απεγγένετος. Livius: nec tota ex vano criminatio erat. dubitabatur enim de Corintho, & de Chalcide, & de Demetriade, quia in S.C. quo missi decem legati ab urbe erant; cetera Gracia atque Asia haud dubiè libabantur: de his tribus urbibus legati, quod tempora Reip. posculassent, id è Rep. fideque sua facere, statuere jussi erant, &c. Expressit autem Livius veterem senatusconsulti formulam, I. V. E. E. R. P. F. S. V. hoc est, ita ut eis è Rep. fideque sua videbitur: ad quam etiam respexit Polybius verbis illis, βελούδωντες τὰς αὐτῶν απεγγένετος, &c.

Οὐδὲ Αντίοχος ἔβλεπε τοῦ, επίγειαν πάλαι τῆς κατ' Τευζαρίων περιήγησεν.

μεττον. Livius: *Antiochus rex erat, quem transgressorum in Europam, cum primum ei res sua placuerint, non dubitabatur.*

Tuū μὲν Κορινθοῦ ὁ Τίτος ἐπέστη τὸ σωμήδεον ἐλαύηρεν, καὶ αὐτοῖς οὐκ εἴη τοῖς Αχαιοῖς ἡ γνωστότερη πόλις ἢ ἡ Κόρινθος ἡ γνωστότερη. τὸ δὲ Ανεγνένθον, καὶ Δημητρία, καὶ Χαλκίδης αὐτοῖς γνωστέρες. Livius: postremo ita decretum est: *Corinthus redderetur Achaeis; ut in Acrocorinthon tamen presidium esset: Chalcidem, ac Demeiriadēm retineri, donec cura de Antiocho decessisset.* Καὶ τὸ ιδμίων πανηγύρεος ἐπελάθεον, καὶ γεδὴν διὰ πάντας τὸ οἰκετέρων τὸ ἐπιπανῶν αὐτῷ σωεληνθότερον. Livius: *Isthmiorum statum ludicrum erat; semper quidem et alias frequens, cum propter spectaculi studium insitum genti, quo certamina omnis generis artium, viriumque ac pernicitatis visuntur; tum quia propter opportunatatem loci per duo diversa maria omnium Grecorum undique conventus erat, &c.*

Διὰ τὸν περιπολοῦντα διπλοῦρόν τον. Livius: expectatione erecti, qui deinde status futurus Gracia, que sua fortuna.

Αὐτὸν καθ' αὐτῶν, καὶ τὸν τὸν αὐτὸν αὐτοῖς σύροσι λογίας. Ita hunc locum emendavi, cum in exemplari desit καὶ, & σύροσι λογίας legatur nullo sensu, pro λογίοις: eadem sententia usus est infrā Polybius, cum inquit, *μέντος ἡ Βαζαλλήντες οἱ τὸν αὐτὸν αὐτὸν, οἱ τὸν αὐτὸν σφῆς αὐτὸν.* quam ita vertit Livius: *alii non taciti solum opinabantur, sed sermonibus etiam cerebant.* καθ' αὐτῶν, valet, perse, ut idem Livius vertit. paulò suprà, pro φέοντι, ut mendosè erat in exemplari, reposuimus φασκόντων, &c.

Αλεξανδρεῖ τὸν τὸν αὐτὸν εἰς τὸν στάδιον ἐπὶ τὸν αὐγένα, προσελθὼν ἐκηρύξει, καὶ σταυρούντων τὸν τὸν αὐτὸν τὸν τὸν στάδιον αὐτὸν τὸν τὸν σταυρούντες. Livius: *Romani ad spectaculum consederunt;* & prece, cum rubicino (ut mos est) in medium arenam, unde solenni carmine ludicum indici solet, processit, & tuba silentio facta, ita pronuntiat.

Η σύγκλητον τὸν Ρωμαῖον, τὸν Τίτον Κοινοῦ σεστητός. Livius: *Senatus Romanus & T. Quinctius Imp.*

Κατεπαλεύοντες βασιλέα Φίλιππον καὶ Μακεδόνας. Livius: *Philippe rego, Macedonibusque devictis.*

Αφιέπτεν ἐλαύηρες, αὐθερήτες, αὐθοεγλούτες, νόμοις χωριότες τοῖς πατρεσίοις. Livius: *liberos, immunes, suis legibus esse jubet.*

rebant his verbis; nam pro Ρόδον legebatur Ράδον. & pro ἐξεργάσουσι,
ἐξεργάσαται scriptum erat in exemplari.

Τὰ καὶ τῶν δρόχων αὐτῶν. Ita videtur legendum, cùm in exemplari
corrupte sit αὐτῶν, pto quo αὐτῷ possumus etiam emendare, ut ad ver-
bum σωτεῖα λέγεται referatur.

CXXI.

Καὶ τοσῦτον ἐφιλοφρεῖτο, καὶ σωκύζετο ἦται παλον. Ita emenda-
vimus, cùm in exemplari scriptum esset ἐφιλοπονεῖτο, pro ἐφιλοφρεῖτο.
paulò suprà, καὶ πλεόνων ἵτερων, deerat in manuscripto conjunctionis
nota, quæ tamen necessaria est.

CXXII.

Φάσκων διηγεῖται πεπονθέντας τὸ Γναῖον. Ita omnino scribendum, non
ut in exemplari legebatur, πεπικέντητο· quæ lectio nullo pacto ferri
potest.

Περὶ τὸ μὴ Ἰαναγελέντες παρέβασι φῆμον τοῖς Ρωμαῖοις τὸ γεγρόν.
Corrupta hæc erant in exemplari, in quo αναγδις etiam pro αναδῆς
mendosè legebatur.

Μὴ δεδίενται τὸ Γναῖον φόνον. Ita videtur legendum, pro φόνον, ut est
in libro manuscripto.

Οἱ Ισηροίταις. In exemplarierat σωκράτης· sed ισηράτης ex locis
superioribus reposuimus.

Εὖτες αὐτίτες ψήσαλα διῆπε πρωρίστοι. Ita placet; ut ad vocem σύ-
κλητον referatur: malè enim ψήσαλα διῆπε scriptum est in exemplari.

CXXIII.

Υπὲρ τὸ Δηλίων. Ita omnino legendum. mendosè enim in exem-
plari scriptum est υπὲρ τὸ Ροδίων.

CXXIV.

Οἱ τὸ Νισιών, καὶ τῶν Λαοστῶν. Pro Νισιών non est dubium quin
Λισιών sit legendum. estenim Λιστον, πόλις Ιλανείας, ut scribit Stephanus, cuius in superioribus fragmentis mentio facta est, de ea ita scri-
bente Livio: rex Lissi Gentius erat. pro δωρεῶν verò, aut Δααρεστῶν
legendum, quod Ιλανείας ἔθνος dicitur à Ptolemaeo: aut Δααρεστῶν,
quod & ipsum Ιλανείας ἔθνος ēst, docente Stephano, ex auctoritate Po-
lybii in libro VIII. nos manuscriptam lectionem non mutavimus, quod
fortassis ex multis Illyricis gentibus una sit hæc, cuius nomen sit præ-
termissum à Ptolemaeo.

Οἱ Δελματεῖς τῶν ζώεσι ἀδικεῖσι, καὶ τοῖς πόλεις τὰς μετ' αὐτῶν πα-
τημένας,

τορφας, &c. De hac re ita scribit Livius in epitoma lib. XLVII. C. Marcius Cos. adversum Delmatas parum prosperè primū, postea feliciter pugnavit: cum quibus bello configendi causa fuit, quod Illyrios populi Romani socios vastaverant.

Αὐταὶ δὲ εἰσιν, Επίπονοι, καὶ Τεγχύλιοι. Επίπονοι inter Illyricas urbes numeratur à Ptolemaeo. pro Τεγχύλιοι verò, suspicor legendum esse Τεγχέλοι, unius tantum litteræ mutatione, si modò Plinii codex est emendatus, à quo Tragurium Delmatiæ adjacens oppidum nominatur.

Μέγε τὸ εἶναι Πλάστραὶ οὐταίκεσον ἐνείρω. Corruptus erat hic locus in exemplari.

C X X V.

Ἄδικοις σωματῖσι. Ita legendum. in exemplari autem scriptum est σωματῖσι, mēdose, sine adverbio ὡσε, quod nos addidimus, ad sententiam necessarium.

Μὴ καζίλουμα δοῦλοι αἱ Φίσι, μή τε παρεχθῆ. Hinc intelligere possumus, malè eos fecisse, qui apud Ciceronem *parochiis* emendarunt, pro *parochis*, quæ lectio reperitur in veteribus libris. locus est ex epistola secunda libro XIII. ad Atticum, in qua ita scriptum est: *Ariarathes Ariobarzanis filius Romanam venit*, &c. *omnino eum Sextius noster parochis publicis occupavit*: quod facilè patior. veruntamen, quod mihi summo beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, invito eum per litteras, ut apud me diversetur, &c. Parochi autem dicebantur, qui legatis salem, & ligna, & familia præbebant. de quibus Horatius meninuit lib. I. Serm. Sat. v.

Proxima Campano ponti, quæ villula, tectum

Præbuit: οἱ parochi, quæ debent ligna, salemque.

Porphyrio in hos versus ita scribit: *Parochi, Copiarii dicuntur*, δηπτὸς παρεχεῖσ, id est, ab exhibere. hodieque à Copiariis præstantur hæc iis, qui reip. causa iter faciunt.

C X X VI.

Τόπε ἢ παρεληφότων τῆς δόρυς, τῷ αἵπετο Σεξίπποις Ιάλιοι. Ita locum emendavimus, cùm in exemplari, præter alia menda, τρέπον abundaret, post verbum παρεληφότων. Sex. Julius describit, qui consul fuit cum L. Aurelio, anno V. C. DCCVI.

Τὸ δὲ αἴτιον συγκατέστησθε τῷ Αεταρχῷ. Ita legendum ex iis quæ suprà habentur. in exemplari verò τῷ Αεταρχῷ, pro τῷ Αεταρχῷ, corruptè prorsus scriptum est.

Τὸ δὲ λεγέμδους ἀνυπάρχοντος λόγου. Hujus loci sensus poscit, ut ἀνυπάρχοντος legatur, quemadmodum nos emendavimus, non τὸν λόγον, ut est in exemplari.

C X X VII.

Οὐδέποτε τοῖς τρίτοις σύγχλασ τῆς δοτοῦσθαι οὐδέποτε πρεσβύτεροι εἰς τὸν Ιανουάριον

Ιλλυρίδη μὲν Γαῖς Μαρχίς. Ita omnino legendum ex Livii epitoma lib. XLVII.

C X X V I I I .

Αλλ' ἔτενόγεντος τὸν Απίσταντον, βελόμβρον αὐτὸν ἐπιβαλεῖ τῷ Πρεστί τὰς χεῖρας. Ita legendum, cùm in exemplari sit βελομέρων αὐτῶν, omnino male.

Αὐφιδεξίουσιν αὗται τὸν αεροπτήνων ή σύγκλητον. In exemplari corruptè legebatur συμφιδεξίουσιν pro quo nos reposuimus αὐφιδεξίουσιν, hoc est, cùm anceps esset, & hæreret Senatus, &c.

Μετά τοῦτο τὸν Πόδαλιον. P. Lentulum intelligit, de quo in sequenti fragimento facit mentionem.

C X X I X .

Καὶ Τηλεκλέα τὸν Αἰγαίτην. Legerem Τεγεάτην, pro Αἰγαίτην, nisi in sequenti fragmēto Τηλεκλέα τὴν Μεγαλοπολίτην scriptum esset. utraque tamen Arcadiæ urbs, & Tegea, & Megalopolis. est autem hoc fragmēntum ex libro XXXIII. Polybii, ut ad oram libri manuscripti notatum est.

Περσέποντος αὗτος τὸς μὴ φάσκοντος δεῖν δύο λύειν. In exemplari αεροσένησιν scriptum est, ex quo unius litteræ mutatione fecimus αεροσένησιν. respexit enim ad antiquam formulam in Senatusconsultis faciendis, de qua ita Festus: *Qui hoc censetis, illuc transire; qui alia omnia, in hanc partem,*, &c. hinc dixit Cicero in epistola ad Plancum libro x: *Eum Senatus reliquit, & in alia omnia discessit.* & Hirtius lib. VIII. de bello Gallico, *Discessionem*, inquit, faciente Marcello, *Senatus frequens in alia omnia transit.* Erit igitur αεροσένησιν, in sententiam ierunt, vel, ut dixit Livius libro IX. *pedibus in sententiam ierunt.* id quid sit, clarus patebit, si Ciceronis verba ex epistola secunda lib. I. ad Lentulum adscriperimus. *perspiciebant enim*, inquit, in Hortensi sententiam mulis partibus plures ituros. Multum autem ad antiquum hunc morem intelligendum confert Polybii locus, purgatis præsertim mendis, quæ hærebant in verbis ταύτῃ, & αὐθιερῷων, pro quibus in exemplari ταύτης & ἐφιερῷων mendosè scriptum erat.

C X X X .

Εὐέλπιδες γνώμης καὶ μετεωροθέντες. In exemplari male scriptum est αὐέλπιδες, quod contrarium est verbo μετεωροθέντες.

C X X I .

Καὶ τὸν κυρεὺν, ἦγε πρεσβύταν, καὶ τὸν Μασαλιατῶν· οἱ πάλαι μὲν κυρᾶς πάρχοντες ιστὸν τὸν Λιγυστιῶν, τέτε γε συγκλειόμβροι τελέων, καὶ αὗτος τότοις καὶ πολιορκεύμβρων τὸν πόλεων Αινιπόλεως καὶ Νινεῖας, ἐξαπίσταντον, &c. Locus erat in exemplari mutilus & corruptus, quem nos emendavimus additis vocibus πρεσβύταν, & οἱ, quæ deerant, &

ιξαπέ-

τέξαπέσθλε verbo in τέξαπέσθλαν mutato. de hac re ita scribit Livius in epitoma lib. XLVII. Q. Opimus Coss. Transalpinos Ligures, qui Massiliensium oppida Antipolim & Nicaam vastabant, subegit.

CXXXII.

Καθ' οὓς τέξεπερψφεν ή σύγκλητον τὸ Οπίμιον ἐπὶ τὸν τῶν Οξενίων πόλεμον. Ita legendum, cùm in exemplari corruptè ιππόνιον scriptum sit, pro διπίμιον, de quo videndus Livii locus in superiore fragmento adductus ex epitoma lib. XLVII.

Αλλὰ τούτης μὲν ἀπανάγνωσιν τὸ Ρώμην. In manuscripto erat ἐπανάγνωσιν, quod non placet.

Τῷδε γένεται πρεσβυτερίας κατάστασις τούτης τοῦ Γναῖον Μερέλαν, καὶ Λαζίκιον Θέρμην. De hac Ptolemai in Cyprum reductione videndus Livius in epitoma lib. XLVI.

CXXXIII.

Τούτης τοῦ Γναῖκον Ανίκιον, καὶ Γαῖον Φάνυτον, καὶ Κόινηρ Φάσιον Μάζιμον. Pto ανίκιον, in exemplari, corruptè, ut videtur, scriptum erat τανίκιον. nos in ανίκιον mutavimus, scripturæ similitudinem sequuti. nam hujus legationis mentio apud Livium non extat. Anicia vero gens in veteribus monumentis nota.

CXXXIV.

Παραχρῆμα κατέσησεν Φλαμίνιον καὶ Πότωλον Λαγύατον, καὶ Λαζίκιον Ποπίλιον. Vereor ne satis emendata sint hæc legatorum nomina. in quibus duo fuerunt Popillii, P. & L. Lænates, si veterem lectionem sequamur. suspicor autem prænomen Λαζίκιον, post verbum κατέσησεν reponendum, & nomen Ποπίλιον post prænomen Πότωλον, ut duo tantum fuerint legati L. Flamininus, & P. Popillus Lænas. pro ποπίλιον in exemplari πότωλον scriptum erat.

Πρεσβέχων τὸ Οξενίων χωρεῖς τοῦ πόλειον Αιγαλέον. Vel hic Αἰγαλέων reponendum, vel infrà scribendum est Αγαλέον. nos, quia urbis hujus, ut viderur, maritimæ, nomen nusquam invenimus, undè utra scriptura emendatior sit, appareat, nihil mutandum putavimus. hunc autem Polybii locum de Oxybiis & Deceatibus citat Strabo in lib. IV. cùm scribit: τοῦ μὴ δινού Λιγύων, τῶν μὴ δινού Ιγγανέων, τοῦ δὲ Ιντερελίων, εἰκότες τοὺς Διποίκιας αὐτῶν ἐπὶ τῇ θαλάτῃ, τῶν μὴ δινού Αλεσίων, Ιντερελίων, οἷον Αλπιον. τέλος δὲ ἐπιτελειηδρίων μαρτίου, Αλενιγασίων. Πολύδιον δὲ αρχεῖον τοῖς δυντοφύλοις τῶν Λιγύων τοῖς λεκχεῖσι τό, τε τοῦ Οξενίων, καὶ τὸ τοῦ Δεκιήπαν. Sed præter Polybium, Ptolemaeus Deceates inter Transalpinos Ligures numerat, licet δικιάποιοι, pro δεκιήπαι, in vulgatis editionibus scriptum sit. Plinius etiam non modo Deceates, sed Oxybius, trans Alpes Ligures nominat lib. IIII. cap. V. & Pomponius Mela.

Οἱ δὲ Λευκοπίνοις αὐτοκηρύγοτες. Placet ut ita legatur, cūm αὐτοκηρύγοτες sit in exemplari.

Παραχεῖμα τὸν τῶν ιππάτων Κόινον Οπίμεον, ἐξ απέσχλεις τοῦ δυνάμεως, πολεμήσαντο τοῖς Οξυδίοις καὶ Δεσπιτίαις. Ita legendus hic locus ex Strabone, cuius verba attalimus suprà.

Παρὰ τὸν Απειρωνα ποταμόν. Fluvii nomen. alibi non extat, quod sciam: nisi forte sit is, qui σάρθρον à Ptolemaeo dicitur.

Καὶ λαβόντες ὀμήλου τοῦ θεραπευτοῦ. Ita emendavimus, cūm in exemplari sit ὀμήλου τοῦ θεραπευτοῦ, &c.

Καὶ διελάτησθε δύναμιν τοῦ πόλεως. In exemplari corruptè scriptum erat, καὶ ἐλάτησθε δύναμιν ἐπὶ τοῖς πόλεσι.

CXXXV.

Οἱ δὲ συμβοσίζοντες αὐτῷ τῷ Κάθει. Ita legendum, cūm in exemplari scriptum sit Κάθει. Κάθει autem Stephano Μυσίας πόλις, &c.

Διεσάρχειν αὐτῷ τῷ τοῦ θεραπευτοῦ συγκατάτο. In exemplari est τῷ, male. & infrā αὐτῷ ποντῷ, pro eo quod nos emendavimus αὐτῷ ποντῷ. & mox τοῦ θεραπευτοῦ scribendum, ut nos correxiimus, pro παρεποδούλευν, quod habebat liber manuscriptus.

CXXXVI.

Καὶ τὸς αὐτὸς καρπὸς Αἴθινοις κατέπλουτε ναυοῖ καὶ οὐρανοῖς. In exemplari corruptus erat hic locus, & pro αἴθινοις, qui fuit Attali frater, αἴθινοις legebatur.

Eis τῷ κληρονόμῳ πόλεμον. Suspicor legendum esse Κερτίνον, ex superioribus fragmentis, & inferiore cxxxviii.

Τοιχὸν τότε καὶ μέρον χιλισμὸν εἰσήγει τὸν παγκαταν. Ita scribendum, cūm manuscriptus habeat ὅ, τε, pro τότε.

CXXXVIII.

Εὗτοι δὲ θερεῖας ἀκμαζόσις. Θερεῖας corruptè scriptum erat in exemplari. de Laodice & Alexandro videndus Appianus in Syriaco. οὐδὲ Ασυρίδης οὐ Ρόδιον πρεσβύτερον τῆς ἀκμας καὶ ναύαρχον πατεραρχῶν εἶναι αὐτῆς εἰς τὸν σύγκλητον, διελέγεται τῷ τοῦ πολέμου τοῦ Κερτίνοις. Ita sunt interpongenda hæc verba, non satis in libro manuscrito emendata. ex quibus appetet in cxxxvi. fragmento Κερτίνον πόλεμον, pro κληρονόμῳ legi omnino debere.

CXXXIX.

Τὸς τῷ Αὐτοφάτων Τιλεμαΐδος Γορτύνιον. Ita legendum ex loco inferiore. in exemplari præter alia mendanda, decit τὸς τῷ. infrā: Αἴθινον τοπέρα τῷ αφειρημένος Τιλεμαΐδος. Locus erat mutilus in exemplari.

CXL.

Ηκεὶ δὲ Δημητρῖος. Demetrius Ariarathis filius designatur, de quo suprà mentio facta est.

Μάλιστα δὲ συγκατέστησαν, &c. infrā: βασιλέως εὐγένοιος. & mox τῷ κα-

τὸν κατεργούσιν τὸ δράματον εἰσίσχεν. Corruptè legebantur hac in exemplari.

Τιμησπεύδης οὐδὲ τὸ Ηρακλεῖδες γένειας. Adverbium δέ περ deerat in manuscripto.

Εγίνετο τοῦτο τὸν ωρίζοντας. In exemplari scriptum est ωρίζει τὸν ωρίζοντας. omnino aliquid deest post verba ἵππανταν αὐθόπων.

CXL.

Καὶ τὸν Εργάσιαν πόλιν καὶ κατά τὸ ιδών. Ptolemaeus appellat Εργάσια. sed scriptura veritas ex Augusti aere numismate petenda, in quo inscriptum est, MUN. ERGAVICA.

Τὸν μὲν ωρίζει τὸ Βελῶν, τὴν Τίτλων. Scribendum Τίτλων, ex loco inferiore, τῷ Ptolemeo. Appianus tamen in Hiberico habet Τίτλους. Σεγήδη, inquit, πόλις ἐστὶ Κελλισίρων τὸ Βελῶν λεγεμέρων μεγάλη τὸν διωματί, καὶ τὸν Σεμπεσώνιον Γεράκης σωμήκας εὑρετήσαπτο. αὐτὸν τοὺς βασιχυτέρους πόλεις αὐτούς οὐ τὸν, καὶ τοῖχον τὸν πετράνγραφον τούτους κύκλῳ ωρίζειται, πιθετό τον ὄμφατιν γέροντον αὐτὸν σωματίγκαζεν τοῦτον, &c.

Καὶ τὸν εἰσῆγετον τοῦτον τὸν συμβίχυτον. In exemplari pro αρχετογερ, legebatur περὶς, corruptè: & Διοφάγων, paulò post, pro Διοφύγων, &c.

Ἐπὶ δὲ τούτοις. σωθὲν τούτοις, male habet manuscriptus liber: & νεοπεπταικότες, pro οὐτεπεπταικότως, ut nos emendavimus.

Tέλος δὲ εἶναι τὸ λόγον. Suspicor legendum esse, τέλος δὲ εἶναι τὸ λόγων, &c.

Εἰ φύτον ποτὲ ἡράκλιον τεργόσπιγνον. Ita emendavimus, cùm in exemplari δὲ pro δεῖ scriptum sit.

Ἐπὶ τοῖς καὶ Τιτσέρονος ἴμψιον. Videndus Appianus in Hiberico.

Αὐλῶν Ποστύμων, καὶ Λαζίνιον Λαζίνιον. Livius in epitoma lib. XLVIII. L. Licinius Lucullus, A. Postumius Albinus Consules, cùm delectum severè agerent, nec quemquam gratia dimitterent: à Tr. plebis, qui pro amicis suis vacationem impetrare non potuerunt, in carcerem conjecti sunt.

Οὐ μέντοι Αραδάνας κατέβιβον. Locum, ut apparet, mutilum, asterisco notavimus.

Ενέπετε τοῖς πλοῖοι. Ita videtur legendum: in exemplari autem vox πλοῖον prorsus corrupta.

Eis γὰρ τὸ αργύρον τὸν διποδεκτίας, ὥστε μήτε γελιάρχυς αφεπερύσσεις περὶ τὸν δέρχοντας ίκανος, αὐτὸν εἰσεῖν τὸν χώρας, τὸ περιτερον εἰσισμέρων πολλαπλασιάναν αφεπορύσσειν τὸν καθηκόνταν μήτε τὸν εἰσφερομέριον τὸν τῶν ιππάτων πρεσβύτορον τὸν ακάθετον, εἰς ἔδρα πορθεῖσθαι τὸ τερατηγόνον. τὸ δὲ μέγιστον, τὸν νέον Διογκίνεν τοῖς καπηλογεφαῖς, καὶ τοισθεν ποείζειν αφάσσεις ἀσ λέγαν μὲν αἰχθέν, ιξεβίζειν δὲ αἴπειν, εἰπείνειν δὲ αδικίατον. τέλος δὲ τὸ συγκλήτον, καὶ τὸν δέρχοντας εἰς αμηχανίας οἴτην, πότον πέρας έσται τὸ τῶν ιππάτων φαινομένας (τεταγγύ-

Λιανηράστοντες τῷ πύματι οὐ ποιεῖσθαινοντα) Πότελι Θυ Κορηίλι ΘΑφεικαὶ, νέοι μὲν ἄν, &c. εἰ γὰρ αφετερον διποδειλιάντες, σκηνόμενοι τὸν αὐτοφέροντα ἔλεγχον, οἱ μὲν πρεσβύτεροι ἐθελοντῶν ἐπηγέλλοντες τριπτυχῖς, οἱ δὲ αὗτας τρικλινῆς καθεγέλλονται αφετεροδύος, &c. Florus in epitoma libri XLVIII. Polybii locum hunc à Livio, totidem fortasse verbis expressum, ita concidit. Hispaniense, inquit, bellum, cum parum prospere aliquoties gestum, ita confudisset civitatem Romanam, ut ne ii quidem invenirentur, qui aut Tribunatum exciperent, aut legati ire vellent, P. Cornelius Ämilianus processit, & excepturum militiae genus quodcumque imperatum esset, professus est. quo exemplo ad militandi studium omnes incitavit. in verbo Polybii ἐπιλέγειν suspicor inesse mendum, & ἐπιλύειν emendandum esse.

Tοὺς τὸν πατέρα τοῦτον. Livius alibi, reip. tempora, vertit.

CXLII.

Πῶς ἀπαντῶσι * τὸν Ρωμαῖον δύοπερον. Hoc quoque fragmentum ex libro XXXIIII. descriptum esse, ex annotatione ad oram libri didicimus. Videtur autem deesse verbum δεῖ, & adverbium αὗταις, vel talc aliiquid post verbum ἀπαντῶσι. itaque locum stellula notavimus.

Καὶ τὸν Ιτυκαῖον ταῦτα μηδέποτε τῶν ἐπίνοιαν αὐτῶν, τοῖς Ρωμαίοις τῶν ἑαυτῶν αὐτοῖς διδόντων πόλιν, ὁλοκλήρον ἀμυναρίαν αἰτεῖται τὸν αὐτοφέροντας. Livius in epitoma lib. XLIX. Uticenses legati Romam venerunt, sed, quæ omnia dedentes. ea legatio, veluti maximum belli omen, grata patribus, acerba Carthaginensibus fuit.

Ei τοντολοῦσιν. Ita legendum, pro συνηγορείαν, ut est in exemplari.

Οὐδὲ τὸν αὐτοφέροντα. οὐδὲ τὸν αὐτοφέροντα erat in exemplari, sed malè.

Βλέποντες αὗτας τὰ παρεγένετα, αφείτερον τὸ δεκάτην συμφέρειν τὴν πατέρα. In exemplari deerat verbum συμφέρειν, quod ad sensum necessarium requiritur. vereor autem ne legatorum nomina, quæ sequuntur, satis emendata sint. Videndum Appianus in Libyco.

Ἐπὶ ποσὸν ἡ πόρησιν, πότε Δῆμος τὸν αὐτοῖς ἐστιν αὐτοφέροντας. Non dubito quin sit legendum, πότερον δικαὶον τὸν αὐτοῖς ἐστιν τὸν αὐτοφέροντας, &c. Confirmant hanc lectionem ea quæ sequuntur, νῦν Δῆμοπορεῖν πάλιον τὸν αὐτοῖς αὐτοφέροντας, &c.

Ενδεξομένως. Ita scribendum: & infra, φασὶ Μάχανα τὸν Βερέπον: uterque autem locus corruptus est in exemplari.

Ἐπιλεκτέον εἴσι. Ita emendavimus, pro ἐπιλεκτέον, ut est in libro manuscripto.

Εδῶκαν τοὺς ἐπιτρόπους αὐτοῖς αὐτῶν, &c. καὶ τὸν αὐτοφέροντας τριπτυχίας τὸν πάτερα, ἐξέπειπον μὲν μεζούλην οἰμωγῆς καὶ δακρύων, &c. εἰκέλευτον αὐτοφέροντας ταῦτα ὅποιαν τὸν βέλη πάντας χωρίς δόλων η ἀπάτης. Livius in epitoma libri XLIX. ita de hac re: Legati triginta Ro-

mam uenerunt: per quos Carthaginenses se dedebant. Catonis sententia pervicit, ut decreto perfaretur: & ut Consules quamprimum profici serentur ad bellum. Qui, ubi in Africam transierunt, acceptis, quos imperaverant, trecentis ob fidibus, & armis, omnibusque instrumentis belli, si qua Carthagine erant: tunc, cum ex auctoritate patrum juberent, ut in alio loco procul a mari decem millia passuum, nec minus remoto, oppidum ficerent; indignitate rei ad bellum Carthaginenses compulerunt.

Eis τὸ δὲ οὐγγιδεῖται νέων. Opinor legendum esse eis τὸ οὐγγιδεῖται νέων, &c. cum enim plura essent Romæ navalia, ut ex Livio, & aliis colligitur; verisimile est, numeris ea distincta fuisse, & unum, primum navale, alterum, secundum, & deinceps ex incisis notis, significari solita esse.

Ἐκεῖνα δὲ λαβόντες δοπτήσασθαι. Ita videtur legendum, cum in exemplari μὴ απλούστερον corruptè scriptum sit.

CXLIII.

Οὐ γὰρ ὡς καὶ τὸ πεπέτυσμένον εἰπεῖν αὐτὸς οὐκοῦν. Τὸ δεῖνας διεστάθει, αὐτὸν ἀπέγραψεν αἴρεται τὸν Αχαιῶν εἰπεῖν τὸ πεπέτυσμα τούτους. Livius in epitoma lib. LII. ita de hac re: *Belli Achaici semina referuntur hæc, quod legati populi Romani ab Achaicis pulsati sunt.* hoc autem fragmentum ex libro Polybii XXXVIII. descriptum est, ut ad oram libri manuscripti notatum animadvertisimus.

Απεριστεράδεις τὸν αγγοιαν εἰπεῖν τὸν αἵπατον. Ita scribendum, cum in exemplari sit απεριστεράδεις, sed corruptè.

Οὐ διεστάσης βελομένην. & particula deest in exemplari, quem tamen necessaria videtur:

Καθ' ιστίκεστιν τὸν Ρωμαῖον. Videtur deesse τὸ ποιεῖν, vel tale aliquid.

Αρασθήσοντες. Hic quoque videtur deesse verbum κατεπλήσσειν, vel aliquid tale, quod sensum compleat.

CXLIV.

Οἱ αὐτοὶ τὸ Σεξῆν αρχαῖον εἰπεῖν τὸν Παύμανον εἰς τὸ Πελοπόννησον, απλωθεῖν τοῖς αὐτοῖς Θεοῖδαν. Totus hic locus de Achaici belli seminibus, ex Polybio, ut opinor, à Pausania sumptus, peti potest ex libro rerum Achaicarum.

Τηπέρ τῶν εἰς τὸν αὐτὸν τὸν Αυρήλιον θυμούνταν αὐσελγημέσταν. Corruptè αληγημέστα in exemplari scriptum erat. αὐσελγημέστα enim, hoc est, placula commissa ab Achaicis sunt, cum populi Romani legatos pulsarunt.

Οἱ δὲ τὸν Δίανον καὶ Κελέας. Ita legendum, cum ex Pausania, tum ex Livio, cujus verba sunt hæc in epit. lib. LII. *Dux eorum Critolassus sibi mortalem consivit, in cuius locum Dius Achaici motus*

primus auctor ab Achæis dux creatus, &c. Orosius lib. 5. cap. 3. Polybii locum designat, cùm inquit, *Valerius Antias in Achæia pugnatum, & viginti millia Achæorum cum duce suo Dico, cecidisse confirmat.* Polybius Achivus, quamvis tunc in Africa cum Scipione fuerit, tamen quia domesticam cladem ignorare non potuit, semel in Achæia pugnatum Critolao duce afferit. Dicunt verò adducentem ex Arcadia milites ab eodem Metello pretore oppressum cum exercitu docet.

Tò δὲ ἔθνος, ναζάτης οὐ παρεγμένης φη, & μένον τὰ διδόμυνα τῇ δεξιᾷ τῷ δέξιᾳ Ρωμαίων εἰδέχονται, τῇ δὲ μακριᾷ χεῖ. Locus, ut videtur, mendosus, potest corrigi, si ita legatur: τὸ δὲ ἔθνος, ναζάτης οὐ παρεγμένης φη, & μένον τὰ διδόμυνα τῇ δεξιᾷ τῷ δέξιᾳ Ρωμαίων εἰδέχονται τῇ δὲ λαμπρᾷ χεῖ. Proverbium extat apud Ciceronem in ep. 5. lib. 6. & in ep. 17. lib. 15. ad Atticum, sed multilum & mancum. omnino apud Polybium adverbium πόντον expungendum suspicor, & pro eo πόντον facile lapsu in μένον à librario mutatum, reponendum, quod sequenti adverbio δὲ respondeat; ut proverbii sententia sit: dextra manu solere accipi, quæ dentur sine furo & fallaciis; lava, quæ contra. Achæos igitur, quibus persuasum esset Romanos non vere, & ex animo, sed metu Carthaginensis belli, quod imminiebat, & Hispanientis quod nondum confectum erat, similitè secum agere; accepisse quæ dabantur, non dextra, ut dicitur, manu, sed sinistra: in quo falsam eos de Romanis opinionem habuisse, queritur Polybius, cùm inquit, παθέλεις δὲ καὶ συλλογὴδιν αὐτοῖς ποιεῖται λογισμοῖς. ὑπέλασσον γέ, &c.

Παρεγμένοις δὲ εἰς τὸν Τέγεας τῷ ποτὶ τὸ Σέξιον, καὶ τὸς Λακεδαιμονίους ἐπιπασχόμενοις γάρ οὐ πιθανον αὐτοῖς γένεσθαι τὸς τὸς Αχαιῶν τὸν τῷ ποτὶ τὸν παρεγμένοντας ιγκλημάτων διηγοδοσίαν, καὶ τὸν κατὰ τὸ πόλεμον ἐποχήν, &c. In exemplari erat Καρχηδονίας, pro Αχαιῶν, corruptè prorsus. quis enim hic Carthaginensisbus est locus? & copula καὶ deerat post vocem διηγοδοσίαν. de hac re ira Pausanias: καὶ ἔτυχον γέ τοτε οἵδιοι τῷ δέξιᾳ Ρωμαίων ἥπαντες τὰ Λακεδαιμονίων καὶ Αχαιῶν διηγοδοσίαν. αὐτοῖς τοῦτον τὸν Τέγεας τῷ Αργιόδον τοῖς αἱδράσιν οἱ λόγοις οἱ Κερτίλαοι, &c. ἐκελευτῶν τοῖς τοῖς αἱδράσιν οἱ λόγοις οἱ Κερτίλαοι. Pausanias in Achaicis: ιδίας δὲ τοῖς σωμάσιοις ἐπίσελεν οἱ ταῖς πόλεις δύολειποις ζεῦς γέ συλλόγοι, &c.

O πότεν παρεγμένοι. Ita legendum, cùm οἱ μὲν παρεγμένοι sit in exemplari.

Ἐπιποίουν δὲ τοῖς Αχαιοῖς εἰς τὸν ἔξην ἕφη σωμάδον, ἵππος ἐρεπλευν γένεσθαι μένοντας εἰδεῖ. Ita hunc locum emendavimus ex Pausania, cùm in exemplari corruptè prorsus scriptum esset, οὐδὲν οὐδέδον αὐτῷ γένεσθαι, &c. Pausanias verba sunt hæc: οἱ αἴτιοι σκέλουν αἱ αἱδράσιν αὐτοῖς Αχαιῶν σωμάδον, οἱ μένοι εσσωμένοι εἴσονται. αὐτὸς δὲ οὐδὲν οὐδέδον αἱδράσιν αὐτοῖς αἱδράσιν εἴσονται.

εὐδοξίας τῆς Αγεωνός ἐφαπτε. καὶ οἱ ψὲ εἶπεν αἴπαταύρος σωτῆκεν,
ἀπηλάσασον τὸν Ράμλιν, Κερέλας ἥ, &c.

Οὗτος οὐδὲν οὐδὲν τοῦτον τὸν Αγεωνόν πεπλάσασθαι τοῖς Πιλοποννήσοις, καὶ τὸν
αὐτὸν οὐδὲν τοῖς Πιλοποννήσοις, &c. Ita legendum; & videndus Livius in epitoma
lib. LII.

Καὶ τὸν εὐώτερον Σεπτιώνα Αφελκανόν. Ita emendavimus ex corruptis
verbis ἀλιάνα μαῖνον, quae sunt in exemplari. in quo περιγράψας, pro πε-
ριγράψας scriptum erat paulò suprà.

Παραχωλησίοις τοῖς ωρῶν τὴν Σιέζην. Ita legendum. vel si τὴν Σιέζην
retineamus, quod est in exemplari, τοῖς τὸν αἰεὶ τὴν Σιέζην legendum erit.

Μήτε Δῆμος τὸν Λακεδελευμούσας περιφόροντος. Δῆμος τὸν deest in exem-
plari.

Εὐλεάδας τὸν Ρωμαίους φίλους θαρράστη. In exemplari erat Ρωμαίου.
omnino aliiquid mendi hæret huic loco. & pro πολιτισμόν, κηπομε-
ρίας fortasse legendum.

Καὶ τὸν πολιτισμόταν ἔσται. In exemplari erat πολιτισμόν: quam
lectionem si retinere volumus, εἰς est scribendum.

Τὰς ἐξ αὐτῶν σωματιγόρυστας τοῖς ἐγγροῖς. Ita videtur legendum ex
emendatione ad oram exemplaris notata, cum in contextu τοῖς αὐτοῖς
scriptum sit.

Ευαγόραν τὸν Αἰγία, καὶ τὸν Τερέλαιον Στρατήγον. Opinor legendum
Ευαγόραν τὸν Αἰγία, καὶ τὸν Τερέλαιον Στρατήγον. Τερέλαια enim πόλις
Αζαίας Stephano, à qua ὁ πολιτης Τελταύδος, &c.

Περὶ τὸ περιγράψαντεν. Ita legendūm; cum in exemplari corru-
ptum sit hoc verbum.



HENRICI VALESII
ADNOTATIONES
AD
FRAGMENTA POLYBII
IN
COLLECTANEIS
de VIRTUTIBUS & VITIIS.

IN ARGUMENTUM OPERIS.

Pag. 1363. versu 8. οὐσὶ τῷ πάλαι.] Hoc proœmium præfixum erat omnibus Excerptorum libris Constantini nostri, quemadmodum videre est in Excerptis legationum, quibus præfixus hic prologus iisdem placè verbis legitur. Unde cum in exemplari nostro maxima pars hujus proœmii ita delecta esset, ut prorsus non posset legi, ex editione Hœschelii id supplevimus. Hujusmodi autem proœmia Galeata vocantur à Latinis.

1364. 35. Καλεντυγάνειν τὸς τροφίους τῷ λόγῳ.] Sic in codice nostro legitur rectius quam in Hœscheliano, εἰς τὸν τροφ. quo vitio scripturæ inductus Caſaubonus verterat, eorum scriptorum que ingenia alunt, lectio니 incumbere. Sed hac in parte ejus interpretationem corrixi. confirmatur autem lectio nostri codicis verbis sequentibus, καὶ εἰπυπόλη τοῖς, scilicet τοῖς τροφίους τῷ λόγῳ.

1365. 29. Ιωάννης Φίλιππος μελέλαι.] Hujus Malelæ meminit Joannes Tzetzes Chiliade v. histor. 25. ubi μελέλαις dicitur. ταῦτα μὲν Ιωάννης τοι μελέλαις γένονται φθονο.

IN EXCERPTA POLYBII MEGALOPOLITANI.

Pag. 1367. 14. Οὐδεὶς ἔξειν.] Addidi ἔλαστον, ex Suida in Λόγιον.
1368. 2. Ωστε οὐωοικεῖν.] Legendum ουωδιοικεῖν, ut recte Ämi-
 lius à Porta conjecterat in interpretatione Suidæ, apud quem hic locus
 legitur. Sed & Diodorus Siculus habet ουωδιοίκης. ή πόλις τῶν κτή-
 τον βασιλείαν ουωδιοίκης τῷ βασιλεῖ. quæ ex Polybio sumptissime videtur
 Diodorus. Porrò recte hoc fragmentum lib. 6. Polybii adscribi patet
 cùm ex serie ipsa fragmentorum, quæcunque enim præcedebant, ad
 libros v. priores Polybii pertinebant: quæ nos consultò, quia edita
 erant, omisimus, tum verò quod in lib. 6. Polybius universam populi
 Rom. historiam & antiquitatem breviter complexus fuerat, à regibus
 ipsis exorsus. Vel illud fragmentum quod profert Stephanus Byzantius
 ex lib. 6. Polybii ἐκποτε ἢ η πόλις Ωσίαν ἵππη Γερμενίδη, nonne ad
 Ancum Marcium regem Rom. manifestè spectat, qui Ostiam condi-
 disse ab omnibus historicis memoratur.

1369. 34. Διαφυλάξαι τὸν τρόπον.] Idem agit Salustius in con-
 junctione Catilinæ, initio. Nam imperium facile iis artibus retine-
 tur, quibus ab initio partum est. Verum ubi pro labore desidia, pro
 continentia & equitate libido atque superbia invasere, fortuna si-
 mul cum moribus immutatur. quod exemplo Philippi demonstrat Po-
 lybius in fragmentis sequentibus ac libro x. rursus inculcat pag. 606.
 (hujus editionis 845.) ubi de Carthaginensibus, qui causis Imperatoribus
 Romanis, insolentiæ elati, socios acerbè tractare institerunt. quo fa-
 ctum est ut eosdem ex amicis hostes habuerint: neque immeritò. ἀλ-
 λως μὴ γένεται αἰτία δεῖν πεπονθεῖ τὰς δόζας, ἀλλως ἢ τηρεῖν τὸν ἔμπορον. ἢ.
 διόπειραισαν φυλάττεσθαι τὰς υπερβολὰς οἱ μελίσσαι Διομένειοις ἵππη τὸν αὐ-
 τὸν αρχαιότερον, αἷς ἔξαρχος καλεῖτον τὰς δυναστίας.

Ibid. 35. Πεντήκοντα ηγέτες βασιλεῖοι.] Quot annos regnaret
 Hiero, Hieroclis filius, inter autores non convenit. Lucianus in Long-
 gævis 70. annos ei tribuit ex Demetrio Calatiano. Pausanias libro 2.
 Heliac. scribit Hieronem regnum iniisse anno 2. Olymp. 126. Ita-
 que cùm Olymp. 141. anno primo sit mortuus, relinquitur ex Pausa-
 niæ sententia ut sexaginta annos regnaverit. Sed Polybius 54. annos
 Hieroni duntaxat attribuit, qui ex anno 4. Olymp. 127. consurgunt,
 quo anno victis ingenti prælio Mamertinis, Hiero qui tum Prætor
 Syracusanorum erat, Rex publicè est salutatus. ut refert Polybius lib. 1.
 quamquam Diodorus Siculus lib. 22. in ejus prælii descriptione Hie-
 ronem Regem vocat, quasi jam tum Rex esset. Quocirca facile addu-

cor ut credam quosdam regnum Hieronis ab initio Prætutæ ejusdem deduxisse, quam suscepit Hiero anno 2. Olymp. 126. Certè verba Pausaniae tam de Prætura quam de regno accipi possunt. Ait enim, τῶν δέκατων εἰχεν ἐπιδιάρητον τὸ έπος Ολυμπιαδόν εἰπεν τοῦτον εἴησθαι σημεῖον. Itaque in Luciano mendum esse puto, ac pro ἐσδομήνγρᾳ, legendum esse ἐξήγενον.

1370. 16. Γέλων.] Intelligo Gelonem Hieronis filium, Hieroclis nepotem. Porrò hæc fragmenta de Hieronymi interitu recte à nobis libro 7. assignari docet caput primum libri 7. in quo de Leontinorum urbe agitur, in qua Hieronymus à conjuratis obtruncatus est. Ad has enim insidias Hieronymo factas illud caput pertinere existimo. quod patet ex ultimis illius capitibus verbis, ὃν μετέβη καὶ τὸ παρεμβατόν τῶν περιηργίων ὅδον ταύτην. Intelligit enim viam angustam quā in forum ibatur. cui imminentes aedes conjurati occupaverant, ut docet Livius lib. 24. Quare errat Casaubonus, qui id caput ad Leontinorum expugnationem à Marcello Cos. fictam ait pertinere. Atqui capite sequenti refertur fœdus inter Philippum & Hannibalem istum, quod longè eam Leontinorum expugnationem præcessit. Non ergo de Leontinorum expugnatione hic agebat Polybius, sed libro 8. potius ut arbitror. Cæterum illud etiam sciendum est, primum caput quod inter Excerpta legationum Polybii editum est, ad librum vii. Polybii pertinere, ut satis patet.

Ibid. 24. Πόλεων Μεσσηνῶν.] Ex Messene urbe Peloponnesi. de quo viro loquitur Polybius initio libri 5.

1372. 6. Πατρῶν καὶ ταῖς.] De Cretensium intestinis motibus, & legatione ad Philippum vide lib. 4. Polybii.

Ibid. 34. Καὶ τὸν πίμεντὸν βίβλον.] Intelligit locum qui legitur pag. 362. editionis Casauboni (hujus edit. 504.)

1373. 28. Ως φασιν ὁ Πλάτων.] Locus est in libro ix. de Repub. pag. 565.

Ibid. 32. Τὸ πῆγεν εὐ τοῖς πολιτιγῆσ.] Hæc non sunt Polybii verba, sed ejus qui hæc Excerpta compilavit. intellige autem illud consilium quod Demetrius Pharius dedit Philippo, ut bovem utroque cornu teneret, quod habes in lib. 7. pag. 507. (h. ed. 703.) qui locus à Constantino Porphyrogenneta relatus fuerat in librum, οἵ πολιτικῶν διοικήσεως. qui liber una cum reliquis ferè omnibus periit. Hujus mention fit in Excerptis Diodori, ubi ad marginem notatum reperi, ζήτει εὐ τοῖς πολιτικῶν διοικήσεως.

1376. 18. Εἰ γάρ τις λύ.] Hic locus Theopompi integrior extat apud Athenæum lib. 4. pag. 167. & lib. 6. pag. 260. ubi post λάσσους, additur, ἡ βελυγεῖς, & pro παράδος, legitur παράδην rectius, illud enim nimis peccatum est.

1377. I. Οὐχ ἔτιπος.] Addidi ex Athenæo, ἀλλ' ἔταιχες. In quo tota sententiæ venustas posita est. quæ quidem allusio et si urbanitatem aliquam videtur habere, tamen historiæ scriptore prorsus indigna est. Eiusmodi sunt & quæ sequuntur, αὐδροφόνοι, & αὐδροπόροι, quæ & turpia & nimis affectata sunt. Ex quibus appetet Theopompum verborum curiosiorem fuisse quam rerum.

Ibid. 8. Καὶ τοστῶν μοι παγυμάτων.] Versatus est in Republica Theopompi Chius, in qua administranda adversarium habuit Theocritum Chium oratorem ex Isocratis schola, ut testis est Strabo lib. 13. & Suidas, contra quem invehitur Theopompus in Suasionibus ad Alexandrum, ut refert Athenæus libro xii. ubi Θεόκριτος οὐ φάει dicitur perperam, cum σοφίσης legendum sit ex Strabone. Clemens Alex. in Protrept. ἀγαπαῖ τὸ Θεῖον σοφίσην. Θεόκριτος ὄνομα αὐτῷ. lege Xios.

Ibid. 10. Καὶ τοιχον τεόπον.] Legendum videtur, τοιχοτεόποντα.

Ibid. 31. Η ἐπιχειρή.] Hoc Epigramma integrius legitur apud Clementem lib. 2. σπωμ. & Athenæum lib. 7. sed Cicero in v. Tusculana distichon tantum agnoscit, quod sic vertit :

Hec habeo quæ edi queque exsaturata libido

Hauſit at illa jacent multa & preclara relata.

1378. 9. Καὶ μετ' Αλεξανδρῷ.] Deesse videtur, μετ' ἐκένοντο Αλεξανδρῷ. paulò post, τὰς εἰατῶν δόξαν emendavimus cum in ms. esset εἰαττά.

1379. 27. Μεγαλαῖνον ἢ τὰς ταῦτας.] Legendum videtur μεγαλαῖνον, idque ex sequentibus manifestè ostenditur. Theopompus historiam rerum Græcatum scripsit à pugna navalı ad Cynossema in qua definit Thucydides, usque ad prælium navale ad Cnidum libris 12. ut scribit Diodorus Siculus lib. 14. cui accedit Photius in bibliotheca. qui xii. librum τῆς Ελληνικῆς Theopompi abs se lectum esse testatur. Suidas xi. tantum enumerat. Idem Theopompus Philippica scriptit libris 58. teste eodem Diodoro orsus ab anno 1. Olymp. 105. Itaque inter utramque historiam Theopompi intervallum erat quinque circiter ac triginta annorum.

1380. 19. Οὖν Καύαρος ἡ βασιλεῖσσ.] Hæc ad librum 8. pertinere docet Athenæus lib. 6. apud quem hujusmodi fragmentum Polybii legitur, quod non procul ab Excerptis nostris aberat. Πολύβιος δὲ τὸν ὄγδοον ἵστοραν. Καύαρος, φασιν, ὁ Γαλάτης ὃν τὰς αὐτῆς αἰχθός ταῦτα Σωτράτες Φιέλαρχος διερίφει, δοὺς λινού χαλκοῦντος τὸ γῆρας. Hujus reguli corruptum nomen est, apud Polybium lib. 4. pag. 314. (hujus edit. 436.) Λινογῆρον φέρει τελεῖν κατ'. σιναττὸν εἴσισ κλύαργυ, ἐφ' ἧς καλεῖθη μὴ οὐ βασιλεῖα, τὸ δὲ γῆρας αὐτῶν ἐξεφθάμη πάντα ταῦτα θρακῶν. legendum puto εἰς Καύαρον. Porro hi Galli regiam habebant in oppido Thraciorum Tuli, ex quo in agrum Byzantinorum excursionses fa-

cere solebant, teste ibidem Polybio, οὐτε τοι διασπάμενος βασιλείου της Τύλης, lege Τύλης auctore Stephano, qui ait Τύλης πόλις Θρακης ή Αιμιλία πόλισσον, καὶ κλίνεται Τύλεως.

Ibid. 27. Πόλεως Αρμόσατα.] Civitas est Armeniæ majoris in ea parte quæ meridiem spectat. Ptolemæo Αρμόσατα & Plinio.

1381. 30. Διονύσιος.] Legendum Andromachus, ut mox recte scribitur. Sic enim Polybius semper appellat quem Livius & Zonaras ex Dione Indibilem. Polybius lib. 9. hunc Ilergetum regnum vocat, sed in eo loco λεγομένην non ἴλαργηταν habebat noster codex. Livius quidem lib. 29. initio Indibilem Ilergetem nominat.

1382. 13. Διακονία Μυτήρων.] Hic est qui Mutines à Livio dicitur in fine lib. xxv. Libyphœnicum generis Hippone oriundus. quem in locum Hippocratis Hannibal in Siciliam miserat ut testis est Livius. hic postea præfectura sua spoliatus ab Hannone, ad Valerium Lævinum Cos. transfugit, eique Agrigentum prodidit. quam ob causam civitate Rom. donatus est, ut præter Livium lib. 27. docet Varro apud Aſtonium in Pisonianam. μυτήρας dicitur à Zonara tomo 2. Annalium ex Dione.

Ibid. 19. Οὐτα μέγα παρεῖμα.] Hanc sententiam ex codice Urbini refert Casaubonus pag. 1030. (hujus edit. 1541.) & libro ix. infirmam fuisse testatur. ex quo patet rectè hoc fragmentum lib. ix. Polybii à nobis adscriptum fuisse.

Ibid. 24. Εἰς ἐπίστασιν ἡμᾶς εἶχε.] Legendum est οὗτος.

1386. 13. Διογένεδεις Αριθα.] Legendum διογένεδεις, fit enim ἀπὸ θεοῦ διογένεστα, quod est ad inopiam consilii redigi. qua voce utitur Polybius apud Suidam in διογένεστάθησθαι. Paulò post lege
civiles γεννηθεὶς τῷ φραστοῦ δεῖν ιστέμενος.

1387. 7. Ρωμαῖοις οὐ αὔματος.] De Hannibalis crudelitate passim loquuntur scriptores Romani. Testis sit Cicero in dialogo de Amicitia apud quem Lælius sic ait: Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum Pyrrho & Hannibale. ab altero propter probitatem ejus non nimis alienos animos habemus. alterum propter crudelitatem semper hac civitas oderit.

1388. 12. Εἴης ἐπιτυχῶσιν.] Deest τοῦτο aut quid simile. Paulò post ubi legitur οὐτε εἴη αὐτῷ πεποιημένη λόγη. malim τοῦτο αὐτῷ.

Ibid. 41. Κλέανθρον.] Apud Plutarchum in vita Philopœmenis perperam Κάσσωνος scribitur contra auctoritatem codicis Vulcobia-ni, & Pausaniam in Arcadicis & Suidam qui hunc Polybii locum ex Constantini nostri Excerptis more suo descripsit.

1389. 5. Εκδῆμα.] Ita etiam nominatur à Plutarcho in Philopœmenis vita, sed in vita Arati perperam Ecdelus scribitur. οὗτος Εκδηλος Αρεακαλης εἰς μεταλλικὴν πόλεως. lege Εκδημος. quamquam & Pausanias

in Arcadicis Ecdelum nuncupat ac Megalophanem, sed corruptè utrumque. cum Ecdemum ac Demphanem dicere debuisset.

Ibid. 11. Συντησάμδροις δέ.] τὸ ἥ expungendum est. Pauloque post pro σωελάδησθε malim σωεπελάδησθε.

1390. 10. Συμβούλιοι λόγοις.] Deest αὐλαὶ aut quid simile.

Ibid. 25. Τὸ μὲν Διάδημα καὶ τὸ πορφύραν.] Juvat videre quomodo hæc Livius verterit. Et si enim quædam ex Polybio sumpsit, tamen multa omittit de industria, nec pauca de suo addit. ex quo apud alios fortè plagiarius audiat, à me quidem optimi interpretis laudem referet. Ejus igitur verba hæc sunt lib. 27. *Letitiaque ingenti celebrati festi dies, èò magis etiam quod populariter dempto capit is insigni, purpura atque alio regio habitu, aquaverat ceteris se in speciem quo nihil gratus est civitatibus liberis. præbuissetque haud dubiam eo facta spem libertatis, nisi omnia intoleranda libidine fœda ac d:formia fecisset. Vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritimas domos dies noctesque, & submittendo se in privatum fastigium, quo minus suspectus èò solutior erat, & libertatem cum aliis vanam ostendisset, totam in suam licentiam verterat. Neque enim omnia emebat aut e blandiebatur, sed vim etiam flagitiis adhibebat, periculosemque & viris & parentibus erat moram incommoda severitate libidini regie fecisse.*

1391. 18. Αὐτῷ οὐκεῖς.] Legendum videtur, τοῖς ἄλλοις οὐκεῖς. & mox, ὅπερ οἱ λοιποὶ τῶν συγχραφέων.

1392. 25. Οὐδέν εἰσιν τὰ τέτοια.] Legendum videtur & δὲ ένεσιν, id que in versione mea sumi secutus. videtur tamen hic deesse quidpiam.

1393. 6. Δερψελῶν οἰκείων μοτιχῶν.] Aristotelis sententiam de Rep. Locrorum secutus est Dionysius Characenus lib. de situ orbis,

Τῇ δὲ ὕπο Δοκεῖ γένεσιν ὅσαι πρεπεῖσι εἶτε οὖν

Ηλίου εἰς Αὔστρινα (φετέρης μιχθέντες αὐτοσαίς.

ubi vide quæ Eustathius notat. sanè Polybius lib. 12. pag. 657. scribit aliquot Locrensum matronas sponte cum servis in coloniam profectas esse.

Ibid. 12. Σοφιστὴν ἀψισθῆ, &c.] Hac prius Aristoteli objecerat Epicurus in Epistola τοῖς ἐπιπλεύματος. cuius verba refert Athenaeus lib. 8. Καὶ τοι εἰδὼς καὶ Επίκουρος ταῦτα εἰπόντα τοῖς αὐτῷ ὅπηραφαγῶν τὰ πατέρων ἐπὶ στρατείαν ἀριστος, καὶ ὅπερ τὸ ταῦτα κακῶς προστίνειπι τὸ φαρμακηπωλεῖν ηλίθευ. εἴτε αὐτοπεπζεύδητος Πλάτων Θεοπάτας, φησι, ωρθοβαλῶν ἔσω τὸν προσενεγκτούς τοῖς λόγοις σὺν αὐτῷ αφύπτεις. καὶ καὶ μηκογύ εἰς τῶν θεωρεύμάρων ἐξηλίθευ. sic legendum est ille locus. male vulgo ei's τοὺς θεωρεύμάρων.

Ibid. 22. Μέτροι μὲν γαῖα.] Fortè μέτρα legi debet.

Ibid. 33. Κατὰ τῶν αὐτῶν βίσθον.] Intellige librum ix, hoc enim libri

libro Timæus de Rep. Locrorum in Italia contra Aristotelis sententiam disputaverat. ut docet Athenæus lib. vi. qui hæc Timæi verba refert quæ ad hanc disputationem pertinent. καθόλες δὲ ἡ πάντοτε Αριστοτέλη διμωρτηκέναι τῶν Λοκρῶν ἔχει. εἰδὲ γὰρ κακηθαῖς νόμον εἴναι τοῖς Λοκροῖς, ὅμοιως τε εἰδὲ Φωκεῦσιν ἐπειραποίουσι, ἐπεικέντας τῷ λόγῳ ἴγγος τῶν χρόνων, &c. quam quidem objectionem Timæi refellebat Polybius hoc libro ut docet idem Athenæus in finelib. 6.

1394. 2. Υπογεγράφθαι τὸν δέχτων.] Existimavi legendum esse ἵππογεγράφθαι quod sensus ipse poscere videtur. probare enim vult Timæus coloniam Locrorum non ex fugitivorum colluvie conflatam fuisse, idque ex eo concludit quod apud Locros in Græcia tabulae foederis cum Italicis percussi legantur hoc exordio, οὐς γρεῦσις ἀρχὴς τίνει.

Ibid. 3. Οὐς γρεῦσις ἀρχὴς τίνει.] Coloniæ eundem honorem originibus suis exhibebant quem filii parentibus. Itaque Metius Fufetius Albanorum dux, apud Dionysium Halicarn. lib. 3. pag. 143. ait Romanis Albanorum colonis. ὅντος γένες αἰξιώσι πρᾶς τυγχάνειν οἱ πατέρες τῷ τῶν εἰργίων, τοσαύτης οἱ κόπιστες τὰς πόλεις τῷ τῶν αἰωνίων. Ita & Curtius lib. 4. quippe Carthaginem Tyr:i considerunt semper parentum loco culti. Apud Herodotum quoque lib. viii. Themistocles negat Jonas justè agere qui contra patres militent. Quænam porrò fuerint hæc jura quæ originibus debebantur, non alienum fuerit paucis hoc loco perstringere. Primo igitur ii qui in coloniam mittebantur, armis & commeatu à civibus suis instruebantur de publico, ut docet Libanius in Argumento Orationis Demosthenis, ἀντὶ τῶν τοις χειρονόσι. Præterea publica iis diplomata dabantur, quæ αἰωνία vocabant, teste Hyperide in Orat. Deliaca apud Harpocrationem. quorum exemplar, ut opinor, in archivis publicis servabatur, quo eos cives optimo jure esse, & bonis omnibus in hanc aut illam coloniam missos appareret. Jam quod præcipuum est, sacra patria coloni secum asportabant, ignemque sacram è penetrali urbis depromptum & accensum. quod docet auctor Etymolog. in πευρεῖα. ὃν τι ιερὸν πῦρ ἐπὶ τοτῶν ἀπόκεται καὶ τὰς ἐποιητὰς δομικὰς σέλαντος ἔθετο αὐτήν τοις διότι τὸ ιερόν τὸ ιεραῖς πῦρ. Herodotus etiam lib. 1. de Atheniens. colonia in Joniam missaloquens sic ait, οἱ δὲ αὐτῶν διότι τὸ πευτανεῖς τὸ Αθλωτικὸν ὁρμῆτες εἰς γυναικας ἱκανότεροι δομικίων. qui quidem ignis si casu extinxetus esset, ex prytaneo conditorum accendi eum oportebat. Moris quoque erat ut coloniæ quotannis legatos in majorem patriam (sic Curtius lib. 4. vertit quam Græci μητρόπολις dicunt) mitterent Diis patribus sacra facturos. Polybius cap. 114. legationum ναυαὶ εραγογόν, εἰσὶ οἵ τις τὸ Τύρον επικυρεῖαι Καρχηδόνιος τὰς παραγόντας τοῖς θεοῖς. & Cur-

& Curtius de iisdem Carthaginensibus ait lib. 4. *Carthaginensium legati ad celebrandum sacrum anniversarium more patrio tunc venerant.* Itaque Corinthios graviter infensos Corcyraeis fuisse legimus, quod more reliquarum coloniarum sacra patria Corinthum mittere neglicerent, *Ἄλλο τὸ μόνον τῶν δοπικῶν μὴ τέμπεται παραπομφής οὐδεῖς τῇ μητροπόλει,* ait Diodorus Siculus libro 12. Sed Thucydides lib. 1. ubi eandem narrat historiam, aliud dicit his verbis. *ἄλλα δὲ μίσος τῶν Κερκυραίων ὅπις αὐτῶν παρημέλεται οὔτε ἀποιγεῖ. οὔτε δὲ παντούρεσι τοῖς κηρύκειοις διδόντες γέρεα τὰ νομιζόμενά. οὔτε Κορενθίῳ αὐτῷ παραπομφής οὐδεῖς τῶν ιερῶν ἀποτελεῖται ἀποιγεῖσι. ubi Scholiares Graecus, παραπομφής οὐδεῖς, inquit, *Ἐτούτοις διδέντες ταῖς ἀπαρχαῖς.* ἔτος γδὲ λόγος δοξείας εἰς τὴν μητροπόλεων λαμβάνεται. Moris erat, inquit, ut coloniae ab originibus suis pontifices acciperent. qui mos in primis notandus est. Ex hoc enim, ut opinor, unico hujus interpretis loco id discimus. Supereft ut dispiciamus quænam fuerint illa *γέρεα* quæ à coloniis præstari mos erat in publicis solennibus ac ludis. Scholiares quidem ille Thucydidis interpretatur *ταῖς πημάσιν παραπομφής.* id est principem in consesso locum. Sed & multa alia privilegia intelligi puto, cuiusmodi sunt *ἐπιχειρία*. *κτησίες γῆς*, & cætera quæ in Decretis Graecorum passim leguntur. quin etiam si quando coloni aliam coloniam aliquò deducere vellent, moris erat ut ducem à majore patria postularent. quod testatur Thucydides lib. 1. de Epidamno. *οικιστὴς δὲ ἐξέπειρ φάλις Εραποκλείδης Κορενθίῳ γέρει τῷ αὐτῷ Ηρακλέους, καὶ δὴ τὸ παλαιὸν νόμον εἰς τὴν μητροπόλεων κατεκληθεῖς.* Porro ad hæc jura μητροπόλεων & coloniarum non incommode, ut arbitror, revocari possunt, & invicem componi jura Ecclesiæ Romanæ, quæ matrix est & μητροπόλεις reliquarum. Sed hæc indicasse nunc quidem sufficiat.*

Ibid. 26. *Δύω ἰθυη Λοκρῶν.*] Duæ sunt gentes Locrorum in Graecia, Epicnemidiæ scilicet & Ozolæ, teste Strabone lib. 9. ac Plinio, quorum Ozolæ ab Epicnemidiis profecti sunt. Locrus enim Locri & Caphyæ filius ob quasdam causas infensus patri, cum magna civium manu profectus, Phycænenses & Hyanthiam condidit, ut narrat Plutarchus cap. 15. Quæstionum Graecarum, & Athenæus in fine lib. 2. Vide Eustathium in Homeri catalogum, pag. 277.

1395. 12. *Αλλὰ πειριν τὸ δῆμον.*] Legendum, *ἀλλ' ἀπερίξει.* ut & Casaubonus conjecterat ad pag. 1030. (hujus edit. 1542.) ubi hic locus legitur inter Excerpta ex codice Urbinate.

Ibid. 27. *Τῷ ἑφόρῳ περὶ ταῖς βασιλεῖσι.*] Lacedæmonii annos ab Ephoris computabant, ut ex Thucydidis & Xenoph. lib. 2. hist. colligere est. Erant porro Ephori quinque, iisque anni, ut docet Suidas Ephoros οὐδέποτε Λακεδαιμονίοις πέπλε, εἰς Εφόρες ἐκάλεγον δημοτοῖς ταῖς

πὰ τὸν πόλεων. εὐ Αἴγαδοχῆ ἡ οὐσία. Idem testatur Plutarchus in vita Cleomenis, initio. Malè igitur apud auctorem Etymologici ἐφορεῖς σέργουτες οὐσίας εὐ Λακεδαιμονίας οὐσία. lege ε. sic Athenis post cladem illam ad Ἀεγospotamos cùm Reip. inclinatio fieret, primum quinque Ephori sunt constituti, teste Lysia in Orat. contra Eratosthenem. Jam ex illis quinque Ephoris unus fuit ἐπάρχοντις, qui anno nomen dabat. quod patet ex Thucydide ac Xenophonte in locis citatis. idque confitmat Pausanias in Laconicis, ἐφορεῖς ἡ οὐσία παρέζηται ἡ ἐπάρχοντις.

Ibid. 30. Τὰς ιερεῖας τὰς εὐ ξέργα.] Uno verbo ἱερεῖας dicebantur sacerdotes Junonis Argivæ, à quibus Argivi tempora numerabant, teste Etymologico. Scholia festes Thucydidis, ηειθυεν ἡ τὰς χρόνους οἱ δόγατοις διπλῶν ιερεῶν. unde Hellanicus indicem harum sacerdotum, & quid sub quaque erat gestum pluribus libris scripsérat, teste Dionysiō Halic. lib. 1. & Stephano Byzantio. Prima hoc sacerdotio functa est Callithya, seu Callithoë, Piranthi filia, ut ait Eusebius in Chronico, numero 376. de qua Scaliger multa ibi adnotavit. Longo dehinc intervallo post Hypermenestra Danaï filia apud Argos sacerdotio functa est, ut scribit idem Eusebius in Chronico, numero 581. Tertiam invenio Alcyonem aliquot ætatibus ante bellum Trojanum, de qua Dionysius Halic. lib. 1. τὸ μὴ δύν στικελικόν γένος θεος ἐξέλιπεν Πελίαν αἰς μὴ εἰλαύνεις φυσι τείτη γένους αφέτεον τῶν Τρωικῶν Αλκυόνης ιεροῦ θεοῦ εὐ Αἴγαδος τὸ ἔκθνον τῇ εἰργον ἔτις. Locus Hellanici extat apud Constantium lib. 2. Thematum in Sicilia. Quartam reperio Admetam Eurysthei filiam, quæ id sacerdotium obtinuit annos 38. post quam sacerdotes Junonis Argivæ Phalides deinceps sunt dictæ, ut scribit Eusebius in Excerptis Scaligeri, pag. 31. ἀδμήτη τη θυγατρὶς οὐρανοῦ εὐ Αἴγαδος εἰργίσειν ἔτη λη. αἱ δὲ τεώπις τῶν ιερωνύμων Αἴγαδειά μηνα φαλίδες εἰναλένει. Lege ἀδμήτη, non ἀδμήτητα. Sic enim dicta est Eurysthei filia ex Apollodoro lib. 2. Biblioth. & Isacio Tzete in Lyco-phronem. Hac Admeta post mortem Eurysthei ab Argivis expulsa, Samum se recepit, in eaque insula ædem ac simulacrum Junonis custodivit, ut narrat Menodotus Samius apud Athenæum lib. 15. Fuit & Cydippe sacerdos Junonis Argivæ, cuius filii Cleobis & Biton, pietate in matrem memorabiles fuere, teste Hygino fab. 244. & Palæphato in fine lib. 1. Postremò Chrysis recensetur à Thucydide & aliis. cuius anno 48. cœptum est Peloponnesiacum bellum. anno autem ejus belli nono cùm templum Junonis per sacerdotis negligentiam conflagrasset, Chrysis Phliuntem se proripuit. post cujus fugam Phætinis sacerdos ex lege capta est, ut memorat Thucyd. in fine lib. 4. Sxpē autem dubitavi ne apud Georgium Syncellum pro φαλίδες, legendum sit φα-ειδες, ab hac Phætinide, cuius meminit Thucydides.

Ibid. 35. Οπισθοδέμης σίλως.] Legendum διπλοδέμης. quid autem sit

fit ὁ ποιόσ. docet Varro lib. 4. de lingua Lat. in ædibus sacris ante cel-
lam ubi sedes Dei sunt, Græci dicunt, αερόμον, quod post ὁ ποιόδομον.
Similiter Pollux lib. 1. τὸ δὲ αέρα σηκῆ αερόμον, καὶ τὸ κατόπιν
ὁ ποιόδομον.

Ibid. 37. Τῶν νεῶν αερέσιας.] Videtur mendi quidpiam latere in
voce νεῶν. quod si mendo vacat, fortè intelligere oportet hospitii jus
inter templo duarum civitatum publicè constitutum fuisse. ac eodem
fortasse pertinent stelæ illæ in postica parte ædis repertæ. Mendum
quoque est in illis verbis εἰς τῆς φλιάς.

Ibid. 38. Οὐτ' οὐδέγειται τῶν τοιέτων.] Legendum puto οὐδέγειται
τῶν τοιέτων.

1396. 19. Καθίκνεται διαχωρεῖ.] Post hæc verba collocari debet
locus ille qui legitur in lib. 12. Polybii pag. 656. (hujus edit. 913.) εἴμοι
ἢ συμβάντι, &c. qui quidem locus ita pendet ab iis quæ edidimus, ut
sine his vix intelligi possit. Itaque ne verbum quidem unum inter hæc
duo fragmenta interpositum fuisse pro certo habeo.

Ibid. 23. Τὸ εἴργυν πῦρ φυσᾶν.] Hinc adagium, ὡς τὸ εἴργυν πῦρ σὸν
ἴξεστι φυσῆσαι. de homine impudico & impuro, teste Zenobio & Suida.
sed in Zenobio confusum est id proverbium cum præcedenti φενάς, le-
gendum enim est à capite. ὡς τὸ εἴργυν πῦρ σὸν ίξεστι φυσῆσαι. οὐ μὴ κα-
ταρθούν.

Βότευτος οὐδεμιᾷ καὶ φιλάγνιδος.] Philenæs σὺν χημεῖται
ἀφεγένεσις scripsérat, quod opus tamen Æschron ajebat scriptum fui-
sse à Polycrate Atheniensi sophista, ac Philenidis nomine evulgatum,
ut honestissimæ matronæ notam turpitudinis inureret. ut refert Athenæus lib. 8. Eiusdem meminit Clemens Alex. & Suidas in Αγναίασι.
Botrys vero Siculus fuit, ortus oppido Messana, qui primus τὰ καλύ-
μφρα παγγύνα conscrispit, teste Alcimo in rebus Siculis apud Athenæum
lib. 7.

Ibid. 29. Απὸ τέγνες.] Emendavi εἰπὲ τέγνες quod est in lulanari.
est enim τέγνη proprio oīημα αερόγενος, seu cella. malè apud Suidam
ἀπὸ τέλας legitur.

Ibid. 34. Κώμινγον πνευ μέρτυρε.] Archedicūm hunc poëtam in-
fra Polybius appellat. Suidas tamen ex Timœo Democlidem dicit.
Τίμαιος, inquit, εἰς λήιστον ισορεῖσι οἱ τῷ θεῷ Δημοκλείδην καὶ Δημ-
οκλείδης εἶπον ὅπ μέντοι τῷ πνεύμαντι οὐδὲν εἴπειν τὸ θέμα πῦρ φυσῆσαι.

1397. 20. Εν ταῖς ἴσορείσι.] Democharis historiam laudat Lucia-
nus in longævis, & Athenæus lib. 6. à quo malè Δημοχάρης αἰνεῖσθαι
indigitatur, cum sororis filius fuerit. Itaque Athenæus memoria la-
psus videtur, cum εἰσφέρει vocavit quem ἀδελφοῦ debuerat dicere. Sic
enim præter Polybium scribit Plutarchus in vitis decem Oratorum, &
Ælianuſ lib. 3. variæ hist. Erat autem Lachetis filius, Democharis ne-
pos;

pos: pago Leuconoënsis. Malè enim apud Plutarchum in Demetrio, Δημοχάρης ἡ Λακωνίας scribitur. Apud eundem in vita x. Rhetorum. Δημοχάρης Λάζης οὐ Λακωνίας. lege utroque Λακωνίας. Jam quod ejus avum posui Democharem, firmatur auctoritate Demosthenis qui in Orat. contra Aphobum ait amitam suam nuptam fuisse Demochari Leuconoënsi.

1398. 12. Τὸ μὲν ἐπιμετέχει.] ἐπιμετέχει hic significat τὸ αὐτόν καὶ λόγον. quæ quidem amplificatio conceditur interdum historiæ scriptoribus modo sobria sit & cum judicio fiat. Sic supra in lib. 7. ubi de morte Hieronymi. ὅσῳ γὰρ αὖ τοις δύλοις τάξεσθαι τὸν αἰσθητηράν ταῖς βίβλαις καὶ τὸν ἐπιμετέχεντα λόγον τὸ διηγήσεως εἰς Ιερώνα πλέοντα. & in fine lib. 15. opponit Polybius, τῷ πυρίᾳ καὶ σωματίῳ τὸ περιγραφαῖς τὸν ἐπιμετέχειν λόγον. Igitur ἐπιμετέχει τὸν απερθεῖας, est amplificatio & exaggeratio profecta ab odio. Ut lib. 5. pag. 359. (hujus edit. 500.) ἐπιμετέχειν τῷ θυμῷ.

Ibid. 14. Τῆς περιθέσεως αὐτῶν.] Legendum videtur αὐτόν. Timæum enim intelligi puto, in quo reprehendendo ait Polybius se id quidem quod nimis asperum & virulentum erat consulto evitasse, illud vero quod ejus instituto consentaneum erat minime omisisse. Ferri tamen potest αὐτῶν, si intelligatur de iis quos odii causa laceravit in historiis Timæus.

Ibid. 22. Τοιαύτης δύσφορος.] Inter quas erat illa à Timæo prolatæ sententia, Callisthenem jure ac merito occisum ab Alexandro.

1399. 7. Καρίνας εἰς ὕξιναθα.] Proverbium est ejus simile quod latini dicunt lauream in mustaceo querere.

1399. 15. Καὶ Θεοφράστης.] Reprehensus erat Theophrastus à Timæo, quod Zalecum leges Locris scriptissime dixisset. At Zalecum istum Timæus ullum negabat fuisse. ut scribebat Cicero in 2. de legibus & lib. 6. ad Atticum, ep. 1.

Ibid. 32. Οὐ φάγειν.] Hunc Timæi locum intelligit Athenæus lib. 8. cum ait. Τίνουσθαι οὐ ταυρομήτης, καὶ Αεριστέλης τὸ φιλόσοφον οὐ φάγειν φοῖται γεγενέναι.

Ibid. 37. Ανάγκη τὸν αὐτόλιγον.] Deesse hic quidpiam nemo non videt. Ego ita sum interpretatus quasi legeretur. ανάγκη τοινυις τοῖς Τιμαίοις τὸν αὐτόλιγον, & cæt.

1400. 8. Καρίνας εἰς τὸν παρέγγελτον.] Legendum puto, καὶ ταῦτα παρέγγελτα.

Ibid. 29. Περὶ ταῖς ουωμοσίαις.] Legerendum esse putavi Cunamias, quod est interscaplia. Porro de hoc taurio Agrigentino differit & Diodorus lib. 13. Biblioth. ubi Timæum ipso eventu postea convictum esse prodit. Nam Scipio Africanus multis post annis capta Carthaginæ illum eundem taurum restituit Agrigentinis. cuius rei testis est Cicero in Ver-

in Verrem de signis. P. Scipio bello & unico tertio Carthaginem cepit. quia in victoria convocatis sicutis omnibus, quod diutissime & pessimeque Siciliam vexatam à Carthaginiens. esse cognorat, jubet omnia conquiri. Tum illa que quondam erant Himera sublata, Thermitanis sunt redditæ, tum alia Gelensibus, alia Agrigentinis. in quibus etiam ille nobilie taurus. quem taurum Scipio cum redderet Agrigentinis dixisse dicitur, aquum esse illos cogitare utrum esset Agrigentinis utilius, suisne servire an populo Rom. obtemperare, cum idem monimentum & domestica crudelitatis, & nostre mansuetudinis haberent.

Ibid. 40. Καὶ πολὺς δέ πνευμα.] Malim πολὺς γέ πνευμα. hæc autem verba dubitari potest an Polybii sunt, an potius breviatoris.

1401. 17. Τῶν τριῶν.] In Timæi verbis id mihi videtur reprehendisse Polybius, quod universum orbem terrarum qui sub cœlo est (τὸν τοῦ κόσμου κατεύθυντος.) hac divisione orbis in partes tres, Atiam scilicet & Africam, & Europam comprehendendi putavit. cum tamen ea divisione τοῖς τρισθίντι tantum fuerit, id est, orbis cogniti, teste Strabone ac Mela, & Gemino, atque ipso etiam Polybio in lib. 3. sed is non unius Timæi error fuit, sed multorum veterum, atque inter hos, quod mire re, Plinii. Sic enim is scribit. Terrarum orbis universus in tres dividitur partes. Excusari tamen uterque potest, si dicamus eos ex more vulgi esse locutos, λαοῖς γαληνῶσι, ut de Eratosthene ajebat Polybius.

Ibid. 23. Οὐδὲ Αἰτωλοί.] Hunc Polybii locum refert Athenæus lib. 13. τοῖς δὲ Αἰτωλῶν Πολέμοις οὐδὲ τὴν τοῦτον τὴν φύσιν, οὐδὲ τὸν πολέμου συνέχειαν, εἰς τὸν τοιούτοις κατέγραψεν οὐδὲ ποτέ. ex quo patet rectè hoc caput libro 13. adsignatum esse, ex Athenæi auctoritate.

Ibid. 41. Τὰ λέποντας οὐδὲ βίαια.] Legendum censeo τὰ λέποντα.

1402. 10. Οὐκ ἡρκεῖσθαι.] Legendum videtur τὸν δημοσθεῖς τύπον, οὐτὸν αὐτογραφη, ut Casaubonus edidit inter Polybiana fragmenta. & mox αὐτοσηπτήσκε τῷ χειροτεχνίᾳ, ut idem habet Casaubonus, seu potius Fulvius Ursinus. Quæcumque enim fragmenta Polybii ad calcem editionis Casauboni leguntur, ea scias à Fulvio Ursino primum collecta atque edita fuisse unde cum Excerptis legationum.

Ibid. 17. Δαμοκλῆς.] Is fortè est Damocles Argivus, qui paulò post à Pythagora Præfecto arcis Argivæ Nabidis tyranni genero interemptus est, cùm res novas agitaret, ut narrat Livius lib. 34.

Ibid. 33. Τῶν λυστελῶν.] In ms. erat, λυστελῶς corruptè. possit tamen & λυστελῶν legi. rectius fortasse.

1403. 22. Οὐτων δέ πνευμα ἐπιπορεύεται.] Fortè legendum est, εἴτε δέ πνευμα. Hæc porrò ad librum 14. pertinuisse satis indicant fragmenta libri 14. ex Athenæo collecta in quibus de secta ac moribus Ptolemæi Philopatoris agitur, cuius historiam à libro quinto intermissam nunc demum repetit Polybius.

Ibid. 32. Τὸν ἀεὶ καίλων Συρίαν πόλεμον.] Bellum intelligit quod inter Antiochum Magnum Syriæ, & Ptolemæum Philopat. reges gestum est ob Syriam Cœlen. quo bello victor Ptolemæus, Antiochum ad Raphiam Syriæ oppidum profligavit, Olymp. 140. anno 3. ut narrat Polybius in lib. 5. In Prologo lib. 30. Trogi Pompeji sic lego, *ut mortuo Ptolemaeo Tryphone, filius ejus Philopater Antiochum regem vicit Raphia. ipse amore Agathoclez corruptus decessit.* In Polybio legi etiam posset, τὸν ἀεὶ καίλων συρίας πόλεμον.

Ibid. 35. Ζύγιον σύνελεπε.] Hæc in fine capitinis locari debuerant: nam hoc certè loco nulla lacuna est.

Ibid. 38. Καὶ Αρσινόην.] Hæc moribus Ægyptiorum eadēa soror atque uxor fuit Philopatoris, quam Philopator post partam de Antiocho victoriā, missō cum percussoribus Philammone interfecit, ut scribit Polybius lib. 15. in fine, & Justinus lib. 30. apud quem perpetram Eurydice scribitur.

Ibid. ult. Εἰς τὸν αὐτὸν δὲ δηλωρθόν πόλεμον.] Bellum intelligo quod Ægyptii socordiam ac molliciem Regis gravati ei intulerunt. secundâ enim ad Raphiam pugnâ elati, parere posthac Regi dedignabantur, dum duntaxat & caput requirebant, idoneas sibi vires ad resistendum esse rati. Itaque brevi in apertam defectionem erupere, ut scribit Polybius in fine libri quinti.

1404. 6. Παῖδες.] Lego παῖδες εὔρεται. qua voce utitur alibi Polybius.

Ibid. 16. Παροχὴ τῶν κιοῖς.] Apud Suidam κιοῖς legitur. Ego Κιανοῖς legendum esse existimavi. Neque enim adeò opulenta, ut opinor, Ceos insula fuit, ut oratores aleret & δημαρχούσι. Sed omnem dubitandi locum adimit ipse Polybius: qui Cianos ideo in gravissimas calamitates incidiisse ait, quod pessimum quemque semper extollerent, eosque qui se improbis opponerent, morte mulctarent, quod eorum bona inter se dividerent. lib. 15. pag. 709. (hujus edit. 987.) quæ profecto similia ac planè germana sunt eorum quæ hic de Molpagora dicuntur.

Ibid. 17. Πλεονέκτης.] Hic locus uno verbo auctiōr est apud Suidam. καὶ τὸν αἴρεσιν δημαρχοῦσι καὶ πλεονέκτης. Est autem δημαρχούσις, ut uno verbo reddam, popularis.

Ibid. 40. Καὶ πολυχρόνιον.] Hic est Sosibius, vir aulicâ solertiâ ac versutiâ instructissimus, qua inter varias Regum successiones semper principem locum in administratione rerum tenuit, ut ait Polybius lib. 15.

Ibid. ult. Λυσιμάχῳ.] Hic Ptolemaei Philadelphi filius fuit, ex Arsinoe Lysimachi Thracum regis filia, frater Ptolemaei Euergetis, de quo præter hunc Polybii locum loquitur Scholiaestes Theocriti in Idyllium xvii. his verbis. Πλεονεκτῷ τῷ Φιλαδέλφῳ Κωνσταντίνῳ περεργῇ Αρσινόῃ.

Αρσινόη ή Λυσιανής αφ' ἦς καὶ τὸς παιδας ἐγένετος Πτελεμαῖον καὶ Λυσίανην ή Βερενίκην.

I405. 3. Μάγα τῷ Πτελεμαῖον.] Sic corrixi, cùm in exemplari scriptum esset, Μάγα τῷ Πτελεμαῖον, absque sensu. Erat enim hic Maga Ptolemæi Euergetis filius, cuius avus maternus nomine Maga, frater uterinus fuerat Ptolemæi Philadelphi, & occupato Cyrenarum regno, multa cum eodem bella gesserat, ut scribit Pausanias in Atticis. *Hic pinguedine ac sagina suffocatus interiit*, cùm quinquaginta annos regnasset, teste Agatharchide apud Athenæum lib. 12. sed ante infirmitatem ad finienda cum Ptolemaeo fratre certamina, Beronicen unicam filiam ejus filio despondit, ut ait Justinus in lib. 26. Ex hac igitur Beronice Magæ filia, & Ptolemaeo Epiphane ortus est minor Maga, quem Philopator sub initia regni, unā cùm Beronice matre interfecit ministerio & opera Sosibii, quemadmodum refert Polybius lib. v. & Plutarchus in Cleomene. Zenobius in adagio, Λέστερον τὸν πλιάναν à Theogo quodam occisum ait esse inter lavandum aquæ ferventis lebete superjecto, ubi μέγας corruptè dicitur pro μέγας.

Ibid. 4. Βερενίκη.] Hujus cædis meminit, & Zenobius in adagio, σύντονος φάντασμα.

I406. 28. Τὸ Νικηφόρεον.] Lucus fuit juxta Pergamum, quem lucum ab Eumene constitutum esse refert Strabo lib. 13. excisus enim fuerat à Philippo Macedonum rege, ut narrat hoc loco Polybius, & initio lib. 17. Meminit & Livius lib. 31. quo tempore Philippo circa Pergamum urente sacra profanaque, &c. & lib. 32.

Ibid. 35. Τὸ Θῆβαν πεδίον.] De hoc campo qui Thebes dictus est, non Thebe, ut perperam in Pomponio Mela prescriptum est. sic Livius lib. 37. *Hostiliter itinere factō petiit agrum opulentum, quem vocant Thebes, campum carmine Homeri nobilitatum.* qui locus ex Polybio translatus est legatione xxI. sed Polybius eum campum ab Homero esse celebratum non dicit. itaque id de suo admensus esse videtur Livius. Homerus quidem Thebes oppidi meminit lib. I. Iliad.

Ωχέαθ' εἰς Θῆβαν ιερᾶν πόλιν ἡσπάωνται. sed campum Thebes non nominat, nisi forte eum locum ex hymno in Apollinem intellexit Livius: Θῆβαν αὖ πεδίον πυρηφόρον. Sed ibi Homerus de agro Thebanō loquitur qui in Græcia est. Itaque vix est ut se Livius purgare ab errore possit. Strabo certè lib. 13. post Trojana tempora hunc campum ita cognominatum esse scribit.

Ibid. 39. Ιερὰν κάρπου.] Stephanus Byzantius hunc Polybii locum in mente habuit cùm notaret, ιερὴ κάρπη δῆμος Καρέας. Πολύβιος 15'. ex quo apparet rectè hoc caput libro 16. Polybii à nobis adscriptum fuisse. Hujus oppidi incolæ Hierocomitæ dicuntur à Plinio libro v. qui ad Pergamenam jurisdictionem conveniebant.

1407. 2. Οὗτος Ζεῦξις.] Hæc postrema addidi hic ex Suida in σωματοποιίᾳ, quæ quidem quin ibi locum habere debeant ubi ea collocavi, nemo, ut opinor, inficiabitur. Erat porrò hic Zeuxis Lydiæ Satrapa, ut docet Polybius legat. 24 Cujus meminit Livius, & Josephus lib. 12. Antiquit.

Ibid. 22. Αἰταλοῖς Ηλείοις Μεσσηνίοις.] Messene & Elis extra concilium Achaicum erant, & cum Aetolis sentiebant, ut scribit Livius lib. 36. versus finem. & causas quidem cur Messenii ab Achæorum concilio seorsim agerent, refert Pausanias in Messeniacis. Inter Aetolos vero atque Elidenses cognatio intercedebat, ut scribit idem Pausanias in Arcadicis, sub finem. Oxylus enim ex posteris Aetoli qui gentis Aetolorum auctor fuit, cum Heraclidas in occupanda Peloponneso adjuvisset, ab iis Elidem accepit, quemadmodum refert Strabo.

Ibid. 27. Παρατρόποιοι τοῦ Μεσσηνίου.] De hac Nabidis perfidia sic Flamininus apud Livium lib. 35. Nam & Messenen uno atque eodem iure fidei quo & Lacedemonem in amicitiam nostram acceptam socius ipse sociam nobis urbem vi atque armis cepisti. Capta est à Nabide tyranno Messene eo anno quo Lysippus Prætor Achæorum erat, teste Plutarcho in Philopœmene, id est, anno 2. Olymp. 144. Vide & Pausaniam in Messen. & in Arcadicis, sub finem.

Ibid. 39. Ζήνων καὶ Αὐλούτων.] Zenonis Rhodii historiæ scriptoris meminit Diogenes Laëtii filius, in vita Zenonis Stoïci: τετράζων Ζήνων Ποδός τινα τὸν τερπνὸν γέργαφοις ιστεῖαν εἰναιούσιαν. Eundem Zenonem laudat Diodorus Siculus lib. v. Bibliothecæ, τετράζων οὐδεὶς ποτὲ τὸν δέργαφον γέργαφον τοῦτον Ποδόν τινα τινὲς ιστορῆσιν τὸν οἷς τὸν Ζήνων ὁ πατέρα των των οὐδεὶς ποτέ ξέρει. Antithenisi Rhodii historiarum scriptoris meminit idem Diogenes.

Ibid. ult. Καὶ τὰς καυράς.] Legendum videtur, καὶ τὰς τὰς καυράς. & mox, καὶ ταχέως πεπολιτεύεται.

1408. 14. Τὸν τεττάκιον λαδίου ναυπαραγίαν.] Lade insula est in Jonia Mileto prætenta prius Late dicta, teste Plinio ac Strabone. Stephan. Λαδὸν τῆς Αἰολίδος. Circa hanc insulam Philippus prælio navalí decertavit cum Rhodiis, Olymp. 144. anno, ut opinor, 2. quippe ea pugna contigit ante expugnationem Messenes à Nabide factam, ut Polybius hic testatur. Sequenti autem anno victus est idem Philippus navalí pugna ad Chium, quam describit Polybius lib. 16. Utriusque pugnæ meminit obiter T. Livius lib. 31. sub initium: Εο μακιμὲ tempore Αβύδῳ oppugnabat, jam cum Rhodius & Attalo navalibus certaminibus neutrō feliciter prælio vires suas expertus. id est, neque illo ad Laden, neque altero ad Chium prælio. Itaque absque hoc Polybii nostri loco, Livii locus intelligi non poterat.

Cæterūm

Cæterum quin pugna ad Laden præcesserit prælium ad Chium, dubitari non potest tum ex his quæ dixi, tum hoc argumento. Constat enim Attalum post utrumque illud prælium statim Athenas venisse ex Livio ac Polybio, legatione 2. ac tum Athenienses ei publicè ob rem feliciter gestam gratulatos esse. venit ergo post pugnam ad Chium, in qua pugna Attalus & Rhodii superiores fuerant.

1409. 24. Τὸν Ἡρακλεῖδην.] Hic Heraclides erat Tarentinus, vir omnibus flagitiis contaminatus, quem describit Polybius lib. 13. ob cujas amicitiam cum Philippus omnium se invidiæ expositum cerneret, tandem eum in vincula conjectit, summo omnium gudio, ut ait Livius lib. 32.

Ibid. 31. Εὐ τῷ πεντετέρῳ.] Prytanem vertimus, Livium auctorem secuti. Is lib. 42. Cyzici in prytaneo, id est penetrale urbis, ubi publicè quibus is honos datus est, vescuntur. sed & apud Ciceronem ea vox Latinè ita enunciatur.

Ibid. ult. Παγγὰ τὸ Οἰωνίτιον.] Hoplites rivus memoratur à Plutarcho in Lysandri vita, qui Halicartum Bœotiae præfluit. quamquam alii torrentem esse dicebant juxta Coronam qui in Phliarum annem influit: sed alius hic Hoplites intelligitur.

1410. 2. Καὶ Εὔας.] Corruptus est hic locus. ego Σελασίαν legendum esse existimavi, quod sequentia demonstrant. Sellalia, sive Selasia (utroque enim modo scribitur) oppidum fuit in agro Laconico, non procul ab urbe Sparta: quod sua aetate dirutum fuisse testatur Pausanias.

Ibid. 12. Ταῖς Κυρωῖσι.] Haud dubiè legendum est ταῖς Σκειρωῖσι. hic & statim infra. sunt enim Scironia taxa prorsus ad Orientem Corintho, ut docet Strabo lib. 7. & 8.

Ibid. 13. Τὸν Πονθοεῖαν.] Legendum est Κοντόπειαν. sic enim vocabatur via qua Corintho ibatur Argos. Athenaeus lib. 2. Πόλεμοι οἱ ὑβριστές τὸ δοτέρῳ κατηγοροῦτον. ἐπὶ Κορίνθῳ περιήγησε, φησιν, ἡμῖν Διὸς τὸ Κοντόπειαν ηγέτευε, &c. Pausanias in Corinthiacis duplice ait fuisse viam Cleonis Argos, alteram homini expedito permeabilem & compendiosam, alteram angustam quidem etiam, sed curribus & carpentis perviam, quæ Διὸς τεττάς diceretur; priorem, Διὸς τὸ Κοντόπειαν dictam esse existimo.

Ibid. 29. Θαλαμῖα.] Legendum θαλάμης oppidum Laconicæ teste Pausania, ita dictum à Castorum templo qui in eo agro geniti esse dicuntur. θαλάμης enim propriè dicitur τὸ διονύσιον ιερόν. ut notant Grammatici.

Ibid. Φάραι.] Pharæ oppidum est Messeniarum quod etiam Φάραι dicitur ab Homero. Apud Ptolemaium φαραι perperam scribitur pro φαραι. Sic enim παραι quod est oppidum Megaricæ etiam παραι dicitur

dicitur Dorica dialecto. Cornelius Nepos in Conone Pharas coloniam Lacedæmoniorum vocat. Livius lib. 35. Pheras dicit. *Et duarum portarum itineribus que Pheras quaque Barbothenem ferunt.* Hujus oppidi cives φαράται dicuntur teste Strabone. Stephanus φαραῖται dicit. Pausanias in Messeniacis φαραῖται.

1411. 5. Εἴρας πείνον.] Forte Μεσσηνιαν.

Ibid. 20. Πέρος Λυκόφαν.] Hujus oppidi meminit Pausanias in Arcadicis, & Stephanus.

Ibid. 21. Τὸς Λυσίας ρῆμα.] Legendum est Λυσίας. Sic enim vocabatur hic fluvius eo quod Jupiter postquam ex matris utero prodierit eo ablatus fuerat ut scribit Pausanias εὐ τῇ φεγγήσῃ τῷ Ελαώθῳ lib. 8. sane Λυσίας legitur apud Suidam in Αλφείος ubi hic Polybii locus refertur.

Ibid. 22. Ζηνός.] Hic vero deesse quædam tametsi haud moneret antiquarius, facile erat reprehendere. restabat enim alter Zenonis error longè gravior: qui Alpheum dixerat circa Lycoam Arcadiam in mare evolui, cum tamen constet eum amnem per Pisatem agrum & Olympiam fluentem in Elide, tandem paulò supra Cyllenem Eleorum navale, teste Strabone, Ptolemaeo ac Pausania, in mare egeri.

1413. 4. Αὐληπάτες.] Hic erat fratre Antiochi Magni genitus ut testis est Polybius lib. v. & Livius lib. 37.

1413. 7. Τῆς ἐπιτελείας ἵππων.] Erat apud Macedones cohors equitum qui ἐπαύρη dicebantur ex instituto Philippi Regis Macedonum quemadmodum testatur Theopompus lib. 49. & Demosthenes in Responsione ad Philippi epistolam. τοις δὲ, inquit, καὶ αὐτὸν ὅτες ἐπαύρης. quanquam Anaximenes lib. 1. Philippicarum hist. ejus instituti auctorem facit Alexandrum qui præstantissimos quosque equitandi artem edocens ἐπαύρης vocavit, ac pedites similiter πέζεπάρης ut refert Harpocratio. Ab his ἐπαύροις diversa erat ala amicorum, ut docet Polybius lib. 31. Porro ἐπαύροις sodales potius interpretari vellem quam ut Casaubonis in lib. v. τὸ δὲ διάνυμον κέρας ἀπέδωκε τοῖς ἐπαύρησις αρχαὶ γεράσομοις ἵπποις. ait Polybius quæ Casaubonus sic vertit. levum cornu dedit equitibus quos heteros sive regis socios vocitant. parum Latinè ut existimo. Possis & Comites vertere. sic apud Ammianum Marcellinum & in Noticia Imperii Rom. Comites sagittarii, & Comites clibanarii recensentur ea ratione ni fallor.

1413. 29. Τὰ θηεῖα τοῖς.] Lego τὰ θηεῖα.

1415. 26. Ως ἔνι μαίλισσοι φαίνεται.] Legendum videtur ως ἔνι μαίλισσοι φ. vel potius λυπηθῆναι μὴ ως ἔνι μαίλισσοι φαίνεται.

Ibid. 30. Περὶ αὐτῶν καθ' ίηας.] Forte legendum est περὶ τοις καθ' ίηας τοῖς ἐπιβυτοις μέρεσι.

1417. 3. Ταῦτα εἰ τοῖς πότοις ἴππιλύσεις.] Existimavi legendum esse ἴππιλύ-

ἐπικλήσες. Moris enim fuit ut principibus viris hoc adulatio[n]is genc-re blandirentur in conviviis. Tibullus lib. 2.

Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat;

Nomen & absentis singula verba sonent.

Alexis quoque in Pharmacopola quendam inducbat qui uni è convivis propinans hæc diceret: *πῶ τὸν μεγάλῳ δὲ ἐπιχέας φίλιας καθέτε
παρέγνων τέλετας. τὰς τετοῖς οἴεραὶ ωφούν ποδώσεις ὑπερηφανεῖς.* An-pyrgiæ δὲ βασιλέων νίκης καλῶς. καὶ δὲ γενίσια Κύανον Δημητρίου. Φέρε
τε τετοῖν φίλιας αὐθεντίας. Posset etiam ἐπιχέας legi apud Polybium.
ut libationes intelligentur quas prolati principum virorum nomine fierimos erat. ut declarat idem Alexis in primo versu quem protulimus, *πῶ τὸν μεγάλῳ δὲ ἐπιχέας.* sic enim malo. Athenaeus lib. vi.
Οἱ λημνόθεροι Αἰγαῖοι εἰ μόνοι νικᾶσι κατεπικύνοσι διατάξεις δὲ Σελσίνης αὐτοὶ καὶ
δὲ Αυπόχεις καὶ τὸ ἐπιχέριδμον κύανον εἰ ταῦς σωματίαις Σελσίνης σωτῆροι
κατελάσσοσι.

Ibid. 17. *Αξίαν ποιεῖσθαι.]* In ms. erat *ἀξία ποιεῖσθαι.* Græci sermonis elegantia postulat ut dicatur *κατεξίαν ποιεῖσθαι.* Porrò de hoc Sofi-bio Sofibii filio loquitur Polybius lib. xv. in fine.

418. 16. *Κατὰ γδὲ τετράγρῳ τοῦ φοδον.]* Legendum haud dubiè est
κατὰ γδὲ τὸν Περσῶν φοδον. quam autem Persarum incurcionem intelligat, equidem incompetum habeo.

419. 11. *Περὶ τοῦ Πτολεμαϊον πίστιν.]* Socii ac foederati Regis Ptole-mæi videntur fuisse Gazenses, jam inde à Ptolemaei Philopatoris temporibus, qui Antiochum regem Raphiæ superavit. Mortuo autem Philopatore Antiochus despæcta pupilli ætate cum in Cœlesyriam invassisset, Scopas Magister militum à Ptolemæo Epiphane adversus eum est missus. quo victo ad Panium juxta Jordanis caput, & intra Sidonis mœnia contruso, tandemque cum turpissimis conditionibus nudo dimisso, Antiochus Syriæ urbes quæ in Ptolemæi dictione fuerant, cepit. inter quas & Gazam post diuturnam obsidionem expugnavit atque vastavit. Multas quoques Ciliciæ & Lyciæ occupavit. & ad extremum Ephesum, teste Hieronymo in caput xi. Danielis, & Livio & Polybio, cuius fragmentum extat apud Suidam in *διηγεῖαι*. Josephus in hu-jus historiæ narratione intricatior est, & falsus mihi videtur, cum ait lib. 13. *νικήσεις μέτων τοῦ Πτολεμαϊον ὁ Αντίοχος τὸν Ισδαῖαν περοσάγει.* atqui Ptolemaeus ipse Philopator (hunc enim intelligit Josephus) Antiochum ingenti prælio vicerat Raphiæ. nec post id prælium cum Philopatore congressum esse Antiochum legimus. Porrò victoria Antiochi ad Panium contigit Flaminino & Pæto Coss. anno urbis 555. ut conjicere est ex Livio. Is lib. 34. scribit Scopam qui à Ptolemæo mis-sus erat in Græciam conductos milites Alexandriam avexisse Galba & Cotta Coss. anno urbis 553. libro autem 33. postquam prælium ad

Cynoscephalas descripsit, quod Cerhego & Rufo Coss. contigit, subdit: *Antiochus cum priore estate omnibus que in Cœle Syria sunt civitatibus Ptolemai in suam potestatem redactus in hiberna Antiochiam concessisset, &c.* Ex quo sequitur bellum in Cœlesyria accidisse, Flaminino & Pæto Coss. Fallitur igitur Casaubonus in Chronologia.

Ibid. 23. *Ἐν τοῖς Βαρζαλοῖς.*] Bargylia occupaverat Philippus, ut docet Livius lib. 32. Rhodii Perzam repetebant, postulabantque praefidia deduci ab Jasso & Bargylis & Euromensium urbe.

Ibid. 38. *Κατ' αὐτὸν περσοῖς.*] Legendum οὐδὲν αὐτὸν. Inter cæteros autem Athenienses legatos Romanam miserant, & Rhodii, & Rex Asie Attalus, quemadmodum refert Livius lib. 31. initio.

1420. 18. *Περὶ τῆς Μαγνήτου.*] Hæc postrema addidi ex Athenæo lib. 3. qui ex lib. 12. historiarum Polybii hæc esse sumpta testatur, cumque fecutus est quoque Casaubonus: sed legendum est in Athenæo, εὐτῷ ιστορίᾳ, ut satis patet ex hoc nostro fragmento. Nam liber 12. Polybii nihil ferè aliud continebat quam παρέκθετον, sive excessum adversus Timæum. Porro post hoc fragmentum collocanda est descriptio pugnæ navalis ad Chium, quam habes initio Excerptorum lib. 16. quod quidem certo certius est.

Ibid. 28. *Εμπολέας πολλάκις.*] In ms. erat ἐπει, corruptè utrumque. Melius forsitan, ἐπολέας πολλάκις.

1421. II. *Αριστενῆ.*] Livius lib. 32. Aristænum hunc vocat, ubi oratio ejus refertur qua Achæos à Philippi societate ad partes populi Romani traduxit. sed & lib. 34. eundem semper Aristænum nominat. In Polybio ambigua hujus nominis scriptio est: modò enim Aristænetus, modò Aristænus dicitur. Apud Plutarchum in vita Philopæmenis, Aristænetus quoque dicitur. sed in Vulcobiano codice, Δριστενόν legi ajunt. quod equidem præfero, cum Pausanias in Arcadicis eum Aristænum nominet, & ipse Polybius infra, ubi eum cum Philopæmene componit. Erat autem Megalopolitanus, teste Plutarcho ac Pausania.

Ibid. 17. *Καζαινό τὸ Διγενέλιον.*] Melius legeretur, κατ' αἰκενό τὸ Διγενέλιον.

Ibid. 25. *Δημοσθένεω.*] In Oratione pro Corona.

Ibid. 39. *Τιμέλιον.*] Demosthenes Τιμέλεα vocat, de cuius luxu atque ingluvie multa dixerat Theopompus lib. 45. Philippic. teste Athenæo.

1423. 33. *Τῶν πλείστων δυράκουεων.*] Legendum puto, τῶν πλείστων δυναμίμων.

1424. 15. *Καζὴ τὸ Δημοσθένεω.*] Verba maximi oratoris ex Orat. illa pro Ctesiphonte sunt hæc: εὐδεις γέ, οὐκέπεις Αἴγυπτοι, τὸ γέ απεριβόλιον συμφέροι. ζητῶν γενιγχέα μεταλλεύει. εἰδέπειραν ἀντιπεπίγνωσιν γένει) κύριος γένει) τῷ απεριβόλῳ συμφέλει τῷ λοιπῷ τῷ γένει). εἰδέν γέτε τῷ αὐδονιγρέσεργα αρχότες, αλλ' οὐκέτι ταῦται, εἰκόνι, & cætera admirabili elegantiâ.

Ibid.

Ibid. ult. Τὸν αὐτόπιον γένος.] Hæc postrema pars luculenti hujusce fragmenti extat in reliquis libri xvii. p. 752. (h. edit. p. 1047.)

1425. 12. Βασιλεὺς Απίκλος.] Hoc fragmentum cum sequenti pœnè ad verbum vertit Livius in fine libri 32.

1427. 31. Τὸν μεγάλην καλλιέργειαν.] Africanus major cognominatur apud Ciceronem aliosque, ad differentiam minoris Africani. Eadem ratione Cato major est dictus, quem Græci περσέων dicerent. sed Africanum Magni cognomen habuisse nemo ut opinor dixit.

Ibid. 40. Μετρίου τὸν ὑπαρξίαν αἰς Ρωμαῖον.] Hæc verba ancipitis sunt & ambigui sensus. Utrum enim Scipionis opes mediocres fuisse ut reliquorum ferè Romanorum veluit dicere, an potius mediocres ei facultates fuisse si cum cæteris Romanis compares. Eandem sermonis ambiguitatem memini me in Thucydide notare, qui de Brasida Sparta-no scribit: οὐτὶς δὲ τὸν αὐτὸν εἶπεν αἰς Λακεδαιμόνιον. quod ita explicat Ælianu lib. 12. varia hist. quasi dicere voluerit Thucydides, dicendi imperitos fuisse Spartanos, ac Brasidam fuisse, ut inter Spartanos facundum. sic enim Latini dicunt. Livius libro 32. princeps Ἀττο-
lorum Alexander, vir ut inter Ἀττολος facundus.

1428. 14. Εν τῷ ιδίῳ λόγῳ.] In ms. exaratum est μ. sic enim semper τὸ βῆτα in eo codice perscribitur. sed procul dubio legendum est ιδίον. Hæc enim sunt ex libro xviii. historiarum Polybii, ad quem librum pertinent etiam, ni fallor, duo illa fragmenta quæ proximè antece-dunt, ut didici ex codice ms. Bibliothecæ regiæ; in quo Excerpta ex libris historiarum Polybii leguntur, quorum initium est à libro vi. In eo codice ita reperi. ἐν τῇ Πολυβίᾳ ισορθια. ἐπώνυμον τῶν ἔκπλη-
σιῶν τὸν ἐπανγελίαν κατελεπού, & cætera quæ vulgo inter Eclogas lib. 17. censentur. pag. 762. (hujus edit. 1062.) Nostram sententiam mitifice illud confirmat quod Livius (quem Polybii summam meritò appellare possumus) eundem ordinem instituit. nam cùm librum 31. Polybianis ipsis verbis terminasset, mox à prælio ad Cynoscephalas alterum orditur. quare non dubitamus descriptionem illam prælii ad Cynoscephalas libro 18. Polybii adsignare.

Ibid. 19. Ερείπια μὴ γένεται ζευχῆς.] Operæ pretium est Livii interpretationem hic apponere ex lib. 32. *Huic viro præter divitias nihil ad spem regni fortuna dederat. His simul prudenter, simul magnificè utendo efficit; primùm ut sibi, deinde ut aliis non indignus videtur regno. Vicit deinde prælio uno Gallis, quæ tum gens recenti adventu terribilior Asia erat, regium adscivit nomen. cuius magis-
tini semper animum equavit, &c.*

Ibid. ult. Νικήτης μαχητὴ Γαλάτας.] Ab hac victoria dictus est Γα-
λάτης apud Suidam in Νικηφόρος. Strabo l. 13. n. 12. αὐτογεράθη βασιλεὺς
ἄποις περιτος νικήτης Γαλάτας μαχητὴ μεγάλη. Meminit ejusdem victoriae

Pausanias in Atticis & in Phocicis. Porrò notandum est quod ait Strabo primum hunc regium nomen adscivisse post victoriam de Gallis, id est, Olympiade 134. anno 4. Certè Philetærus Spado, qui primus dominationem Pergamenorum constituit, avus Attali, Rex in nummis veteribus dicitur, teste Goltzio in Thesauro, cui successit Eumenes fratri filius, quem quidem Regem quoque appellatum esse invenio à Justinus lib. 27. (qui tamen regem Bithyniæ appellat magno errore,) & à Diogene Laërtii filio, in vita Arcefilai: Εχρήστης αὐτὸν πολλὰ Εύμενος ἡ Φιλεταῖρος. διὸ καὶ ταῦτα μόνα τοῦ ἀνδρὸς βασιλέων προσφάντης. ubi notandum est Eumenem dici Philetæri filium, qui revera erat fratri filius, teste Strabone. Itaque rectius apud Athenæum, ἀδελφὸς dicitur, ubi ex ebrietate interiisse memoratur: οὗτος μέγις ἀπέθανεν Εύμενος ὁ Περγαμεὺς ἡ Φιλεταῖρος οὐ Περγαμεὺς βασιλεὺς τούτου ἀδελφὸς, οὐδὲ οὐτε Κηπούχης εἰς ταῦτα χρόνων. sed fortasse à Philetæro aeo adoptatus fuit Eumenes.

1429. 10. Εἰ αὐτοῖς τοῖς παιδίοις ἔργοις.] Eadem propè verba repetit Polybius in Excerptis legationum, cap. xxv. Narrat Plutarchus in Flaminino, Attalum regem cum in gratiam Flaminini maximo impietu ac conœitatiore animo orationem habuisset ad Bœotios, ut eos ad societatem populi Romani perliceret, subita vertigine aut rheumate correptum in concione ipsa collapsum esse, atque inde navibus aevictum paulo post expirasse.

Ibid. 15. Παιοὶ παιδῶν.] Id sanè prædictum ei fuerat oraculo, ut ex veteri auctore refert Suidas: Οὐκ Αἴτια λόγοι οὐ πολλανιδοὶ αὐτοὶ βασιλεὺς Ασίας μεταλάπτει τὸ βίον τολμωτίσιον εἰπ’ αὐτοῖς τὸ πυθίας, οὐτε χειροπειραζομένην Αἴτια λόγοι τῷ μεταλάπτῳ ἔφη. Θάρσος τωρόκερως ἔξεις βασιληδα πολὺ καὶ παιδῶν παιδεῖς. τά ταν γε μὴ σύνεπ παιδεῖς. Cujus oraculi meminisse videtur Pausanias lib. ult. cum ait, τὸ δὲ αὐτὸν τὰ τοῦ Αἴτια λόγον καὶ τωρόκερων προστίρηκε τὸ χειροπέδειον.

1431. 1. Πρὸς Λαθρύναν.] Larymnam alii vocant oppidum in ora Bœotiae situm ad ostia Cephissi amnis, cui nomen dedit Larymna Cyni filia, teste Paulania in Bœoticis. Meminit ejusdem oppidi Strabo ac Plinius.

1432. 14. Πρὸς τὸν τοιαύτων.] Deest καχεξίαν, aut quid simile. qua voce utitur in hoc fragmento Polybius non semel, eique καχεξία opponit. Ejusdem originis verbum est καχεκτῖν, unde καχέκτης dicti apud Polybium legat. 38. quo in loco de prava administratione Reip. Bœotorum eadem repetit quæ hic dixerat, πολλῆς δὲ τούτων αἱ μοφῆς οὐτησίσις τολμητίσιος Δῆμος τὸ τολμεῖσι εἶναι τὰς καχέκτης τὸ δύπορων. Tacitus alicubi dicit, et quod in urbe aegrum erat.

Ibid. 27. Απεμέτελον τοῖς ουαστίοις.] In ins. legebatur τοῖς γονίσις, absque sensu: sed corrixi ex Athenæo, qui hæc adducit ex lib. xx. Polybii.

Polybiji. Quemadmodum autem ex Athenæo hunc Polybii locum emendavimus, sic vicissim Athenæus ex nostro codice emendandus videtur. Nam pro κριτέα τοῖς φίλοις, legendum videtur, κριτέα τοῖς φίλοις ταῖς γοῖς ἐποίειν. Sed tolerari potest fortasse κριτέα, ut sint quasi collegia ac sodalitia. quod autem in Athenæo δειλιά legitur, non præfero nostræ lectioni δεῖπνα. quamquam ut ingenuè fatear, in exemplari nostro erat, δεῖπνα.

I433. I. Εἰς τὸ ιδεῖον αφεντικόν.] Sic emendavimus, cum in ms. esset αφεντικόν. Est autem αφεντικόν Polybiana vox. Livius eleganter interpretatur Praesidere. Quod enim Polybius in legat. 12. dicit, ἀλλ' εἴ μη αὐτὸς διώκειν αφεντικόν τὸ ιππεῖς αρχοντάρχειν (φίον τῶν ἀσφαλειῶν. Livius lib. 36. ita vertit: Sed si ipse posset terrestribus navalibusque copiis praesidere Epiro. Vide fragmenta Polybii in ιππεῖον, & αφεντικόν apud Suidam.

Ibid. 12. Τῆς παρούσιας εἰστῶν.] Hunc locum ita emendavi, τῆς παρούσιας τῆς Αγουάνης εἰνθυμητεος.

Ibid. 24. Εν γε μὲν τοῖς ἐξην.] Belli Persici tempora intelligit, quo tempore Bœoti in maximas calamitates inciderunt, ut narrat Livius lib. 42.

Ibid. 31. Τῶν ἐπαναιρέσιν Βεργίνων.] Hic Brachilla filius erat Neonis, præcipuus Macedonicarum partium fautor inter Thebanos, de cuius cæde scribit Livius lib. 33. qui locus ex cap. 8. legationum Polybii est transcriptus. Apud Plutarchum, in Flaminini vita, Βεργίνων corruptè scribitur. neque emendatus apud Livium Barcilla. Porrò hunc auctoris nostri locum Livius lib. 36. sic est interpretatus: In Bœotiam ipse profectus est, causas in speciem iræ adversus Romanos eas quas antè dixi, habentem, Barcilla necem & bellum à Quintio Coronee propter Rom. militum cedes illatum, revera per multa jam secula publicè privatimque labente egregia quondam disciplina gentis.

Ibid. 38. Οἱ τῶν Βοιωτῶν Αρχαντες.] Existimaveram legendum esse Αρχαντες. Sed Livius vulgatam lectionem videtur tueri: sic enim vertit, Obviam effusis undique Bœotia principibus, Thebas venit. Itaque id in dubio relinquimus. Cæterū proximè ante hoc caput collocari debet caput 12. legationum Polybii, ut ex Livii libro 36. satis liquet.

I434. 3. Τῷ παυσιπάτῳ.] Hic locus legitur apud Suidam in διαφορικόν. Livius tamen eum Pausistratum semper appellat, lib. 33. initio, & in fine lib. 36. & in lib. 37. Apud Polyænum lib. v. strateg. Ναυσιπάτῳ Ποδίῳ ναυαρχῷ dicitur corruptè, cùm Παυσιπάτῳ dici debeat. In Appiani Syriacis, Παυσιμαχῷ.

Ibid. 9. Αρχὴ γαρ.] Hanc periodum hic adjeci ex Suidæ lexico, qui in voce

in voce Αγάλησ, hunc locum adducit ex libris Exceptorum αεὶ γνωμῶν Constantini nostri procul dubio.

Ibid. 13. Διὰ τὸ φειτέσαν.] Intelligit fraudem qua Pausistratus & Polyxenida regiae classis praefecto circumventus cum suis periit, quemadmodum narrat Livius lib. 37. qui Pausistrato Eudamuni ac Pamphilidam substitutum esse dicit.

Ibid. 14. Διοφάνης.] Hæc T. Livius ita vertit lib. 36. Per eosdem dies Eleam ex Achæia mille pedites cum centum equitibus Diophane omnibus iis copiis proposito accesserunt. veterani omnes & periti belli erant, & ipse dux Philopæmenus summum tum omnium Grecorum imperatoris discipulus. Ejusdem Diophanis elogium habes cap. 41. legationum: Οὗτος διοφάνης ὁ μεγαλοπολίτης αὐτῷ πραγματεύεται καλονή πολιτικώτερος, &c.

Ibid. 29. Μοαγέτης.] De hoc regulo videndus est Livius lib. 38. & caput xxx. legationum Polybii, quod quidem huic nostro fragmanto connexum fuisse appetet. Fuit autem id nomen Moagetes familiare tyrannis Cibyratarum. Sic enim dictus est ultimus ille, quo pulso Mithridatici belli temporibus extincta est à Murena tyrannis Cibyratum, teste Strabone.

1433.b.26. Μέχρι τῆς πελοποννήσου.] In Suidæ Lexico additur ἡμέρας, quod tamen non minori elegantiâ subaudiri possit.

1434. 11. Ορθιάγος.] Livio lib. 38. O:giago. In Prologo lib. 32. Trogi Pompeji Ortiago Gallus dicitur, itemque apud Suidam in v. παυδοπολίτης, ubi filius ejus fuisse dicitur Pædo polites. Ορθιάγος ἐγένετο Παυδοπολίτης, οφειλετὴς δὲ τῷ πατέρᾳ ἀπρεσσοφόρος εἰλίδας, inferendum est hoc caput quod nunc primum edidimus.

1435. 32. Πλάκο τοτε.] Hec caput cum capite 47. legationum copulari debet. Nam post ea verba quæ illuc leguntur ἀπρεσσοφόρος εἰλίδας, inferendum est hoc caput quod nunc primum edidimus.

1436. 22. Αναστάτες ποιότατα.] Hæc Livius ita expressit lib. 40. Jam primum omnem ferè multitudinem civium ex maritimis civitatibus cum familiis suis in Emathiam que nunc dicitur, quondam appellata Paonia est, traduxit. Thracibusque & alijs barbaris urbes tradidit habitandas, fidiora hec genera hominum fore ratus in Romano bello. Ingentem ea res fremitum in tota Macedonia fecit, &c. sane graviter.

1437. II. Πατέρων φρεγγωσίς.] Patrum fortunam verti. caute ut equidem existimo. famam etiam aut potentiam possis interpretari. videtur enim ea vox deducita esse δέσμη φρεγγών, quod est producere seipsum atque in lucem ac famam prodire. unde & αὐτοφρεγγωσίαι à Polybio dicuntur, id est obtrectationes atque simulationes. Sic enim lib. 18. Αγαράς φρεγγωσίαν φρεγγωσίς.

Ibid. 39. Τετραρχίας ἔτη συνιχώσ.] Sic emendavi cum in exem-

exemplari effet οὐαῖς absque sensu. vixit porrò Philopæmenes annis 70. teste Plutarcho & Livio, & Polybio qui de ultima Philopæmenis expeditione sic ait. ὁ δὲ ἐξανατείς απῆγε τὰ μὴ τὸν τὸν αἴρεσις, τὰ δὲ τὸν τὸν ἡλικίας βαρύνομό τοι, εἰχε δὲ τὸν εἰδομενογένετον εἶτο. Διεῖστασθε μὴ τοῦ τοῦ αἰδενειασ τῷ ουαῖσι τῇ αφετᾷ, παρέβοι εἰς αἴρεσις μεταλόπολιν αὐτημερέγν. Hæc duo fragmenta quæ divulsa apud Suidam leguntur in βαρύνομό τοι & Διεῖστασθε μὴ τοῦ τοῦ αἰδενειασ, sic rectè conjunxi ex auctoritate Plutarchi. Cùm ergo 70. annos vixerit Philopæmenes, & 40. continuos annos in Rep. sit versatus, relinquitur eum tricesimo ætatis anno ad Rēmp. accessisse. quæ fuit solennis ad Rēmp. capessendam ætas apud Achæos. quemadmodum indicat Polybius legat. 89. συγκλήτε ουαῖσις εἰς τὴν Σικουνίαν πόλιν, εὐ η ουαῖσιν εὐ μένον συμπορέεται τὴν βαλλεῖν, αὐτὰ πάντες τὰς ἀπὸ τειχώντων εἰταν. Dionysius quoque Halic. lib. 4. eam ferè omnium gentium legem fuisse ait. Διπλῶν ταύτης γδὲ οἱ νόμοι καλέσοντες ἡλικίας αἰσθητοπολὺ τὰς αἴρεσιν τε καὶ αφετάσι τὰς κατιναταὶ βαλλομέροις.

I43.8.13. Οὐ πόλις.] Horum trium imperatorum Philopæmenis, scilicet & Hannibal ac Scipionis comparationem hic faciebat Polybius qui omnes uno eodemque anno obierant Claudio Marcello & Fabio Labeone Coss. Anno urbis 570. ut Polybius scriperat teste Livio lib. 39. quanquam Cornelius Nepos in Hannibal vita refert Polybium in Annalibus scriptum reliquisse, Hannibalem Æmilio Paulo & Bæbio Tamphilo Coss. esse mortuum. sed Livii auctoritas apud me quidem potior est.

Ibid. 31. Χαιρών.] Hic est qui in capite 46. legationum Polybiū Charon dicitur, & capite 53.

I440.20. Δεῖν διηγολογεῖται.] In ms. codice & in Suidæ lexico legitur δεῖν διηγολογεῖται absque sensu. Itaque Casaubonus inter fragmenta Polybiana hunc locum cum referret, edidit διηγολογεῖται quod & nos fecuti sumus.

Ibid. 29. Τὰχεία φούγριται.] Suidas rectius Διηγολογεῖται. paulò post legendum videtur Μακεδονίας τριθεοντος.

Ibid. 35. Ιτανίας Αἴγυνας.] Sic emendavi cum in ms. codice Σιτανίας legeretur. Itoniæ Minervæ fanum fuit celebre in Boeotia teste Polybio lib. 4. & Strabone lib. ix. & Scholiaste Apollonii lib. 1. qui quidem templum id Coronæ fuisse affirmat. Fuit & fanum Minervæ Itoniæ, sive Itonidis in Thessalia dictum ab Itone Deucalionis filio, teste eodem. Stephanus, λέγεται καὶ Ιτανίας διπλῶν ιπρωτος, αὐτὸς καὶ Ιτανίας Αἴγυνας καὶ Ιτανία, lege Ιτανία.

I441.2. Αρ' αὖ έκαστοι οὐει.] Hunc locum ita verti quasi αρ' αὖ legeretur. vulgata tamen lectio ferti commodè potest.

Ibid. 8. Πολλάς τε μετεωροδοκῶν.] Non diffundulabo lectionem

ms. co-

ms. codicis quæ sic habet πολλάς ἐμετεωρόδοκῶν καλαὶ ἐλπίδες τῶν δεικνύασ. neque aliter in Suidæ lexico legitur nisi quod πολλάκις μετεωρόδοκῶν ibi scribitur. ex quo conjiciebat Casaubonus. πολλάκις μετέωρος λόγοι, vel μετέωρος ἀντίδοκη, sed emendatio nostra nobis prævideret. Posset etiam legi πολλάς ἐμετεωρόδοκη καλαὶ ἐλπίδες τῶν δεικνύασ. In vetustissimo codice Suidæ qui est in bibliotheca Regia reperi, πολλάς πολλάκις μετεωρόδοκῶν.

Ibid. 19. Τέλος ταῖς γυναικαῖς.] Hæc ex lib. 26. Polybii excerpta esse docet Athenæus lib. x. cum ait, Περσὺς κατ' εἰδὲν τὸ πατέρα Φίλιππον ἐμμήναται. οὐτε γάρ αἱ γυναικαὶ ἐπιχάρια, οὐτε φίλοι· νῦν λοι, ἀλλὰ καὶ σὲ μένον αὐτὸς μέτερον ἐπινεῖ δειπνῶν, ἀλλὰ νῆοι σωθεῖσι αὐτῷ φίλοι ὡς ισορεῖ Πολύδης οὐ τῇ ἔκτῃ νῆοι εἴνεσθι. quæ hic inserenda esse nemo non videt.

Ibid. 40. Βάθος.] Vox est Polybiana quæ altitudinem mentis atque ingenii significat, qua prædictus abdita quæque examinat ac dispicit. Itaque Polybius de Paulistrato supra dixit. Βαθύτερος τῇ φύσει καὶ συμάτερος μᾶλλον ἢ τολμηρότερος ἴστηχεν. Βάθος enim fere cum constantia conjunctum est. ut contra qui à Græcis ἐπιπόλαιοι dicuntur leves solent esse. Suidas in ἐπιπόλαιος. ὁ δὲ Σιλβανὸς ἐπιπόλαιος μὴ λοι καὶ τάχα οἰσθεῖσι καὶ μετάστερος τοῦ οὗτον καὶ ἐπιπόλαιος. quod Suidas explicat αὐτὸν εἰς βαθὺς τε τρέπον. Optimè autem descriptus τὸ βάθος Aeschylus in Septemthebana. de Amphiarao cum dicit, βαθεῖαν ἄλογον θεοῖς φερόντας νερόντας μέλος. οὐδὲ τὸ πεδινὸν βλαστίνειαν βαθεῖαν μάλα. Philo in legatione ad Cajum Tiberii ingenio tribuit τὸ βάθος optimo jure. οὐδὲ Τιβέριος φεροντας βαθεῖαν γεώμετρος. & Nicolaus noster de Assyriis. Eunapius quoque apud Suidam de Rufino tute imperatoris Arcadii βαθυγράμων ἀθρωπος νῆον φένεις. hanc altitudinem animi vocant Latini. Sallustius in bello Jugurthino de Sulla. Ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis. Cicero lib. 1. de Officiis. In liberis vero populis & in juris aquabilitate exercenda etiam est facilitas & altitudo animi quæ dicitur.

1442. I. Πτολεμαῖος.] Hic videtur esse Ptolemaeus cognomento Macer, qui cum esset Præfector Cypri ad Antiochum Epiphanem transfigisse dicitur lib. 2. Machab. cap. x.

Ibid. 9. Βασιλικῶν διοικητῶν.] Hoc nomine vocabatur Alexandriae qui regiam pecuniam curabat, cuius rei testis est Cicero in Orat. pro Rabirio Postumo. Hæc una ratio à Rege proposita Postumo est servanda pecunia, si curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset: id autem facere non poterat nisi diœceres. Hoc enim nomine uititur qui à Rege est constitutus. Phalaris in Epistola ad Polycletum medicum, γέρεα φαεὶς τὸ τούτον τῷ ἐπὶ τὸ διοικήσως διόρισασ τὸν οὐρανόν. Hos Græci etiam οἰνγρόμενος vocant, ut Josephus lib. 12. cap. 43

cap. 4. οὐδέ τε οἰκούμενοι Ασίωις ὁ ἄπαλος τὸν αὐτὸν οἰκούμενον οὐδὲ πόλιν οὐδὲ τὴν Αλιξανδρεῖαν καλοῦσθαι αὐτὸς οὐδέποτε. Latini Dispensatores vocant. Athenis quoque erat Magistratus quidam, οἱ πολιορκησταί, qui pecuniam aerarii administrabat, quem Quæstorem possis dicere. Ejus meminit Demosthenes pro Corona. Dinarchus in Orat. οὐδὲ Διογένης οὐδὲ οἰκούμενος, apud Dionysium Halic. in Dinarcho, & Diogenes in Zenonis Cittie vita. Pollux lib. 8. καὶ τὸ Διονύσιον εἰκαλεῖται Θεούληγεν ἀστερόποτι τὸ εἰκαληπτεῖσθαι, καὶ τὸ Διονυσίον, οὗ ὁ ἐφεσικῶς ιππὸς τὸ διοικητεῖσθαι, αἴρετος λιβύην τὸν αἰγαλεόντων καὶ αἰγαλοκομῆσαν. quæ Pollucis verba non intellexit interpres.

Ibid. 28. Αἰνοῦ εἰσβολή.] Vide Livium lib. 32. & Plutarchum in Flaminini vita.

1443. 2. Εκφωνία.] In exemplari nostro legebatur, εὐ κρονία; absque sensu, in quo prorsus nobis hærendum erat, nisi Suidas nobis adfuerit, qui hunc locum profert in κρονία, idque interpretatur εἰσβολή. neque aliter Hesychius κρονίαν reddit γανεῖαν. videtur enim derivari διὸ τὴν κρονίαν ταύρων, qui surrecta habent cornua. Sic Aristophanes αἰσχύλιζες κακερπτίας dixit eadem metaphora. veruntamen pace Grammaticorum malim interpretari, Contendere ac Rixari, sumpta à cornicibus metaphora, quæ contentionibus gaudent, & alias aves subinde appetunt majore animo quam robore, ut & Servius scribit in Eclogam ix. Virgilii. Sanè verbum illud quod adjungit Polybius, interpretationem nostram mirificè confirmat. κρονία, ait, καὶ παρετέλεται. est enim οὐδέποτες altercari, unde οὐδέποτεν qua voce utitur Polybius cap. 41. legat.

Ibid. 29. Μηδε πεστέχειν.] Malim πεστέχειν, metaphora ducta ab officiosis servulis qui ultrò ad herum accurrunt. Emendavi etiam πέρα τρέτας, cùm in ms. codice esset, οὐδέ τρέτας.

Ibid. 38. Καὶ Νίκανδρος.] Eupolenum & Nicandrum Romanū abductos fuisse scribit Polybius cap. 73. legationum, eò quod suspecti erant Persei partibus favere adversus populum Rom. quod gestum esse videtur consulatu Auli Hostilii, & Atrillii Serrani. serviebant autem & obsequabantur Rom. in Ætolia Lyciscus & Tisippus, ut Polybius scribit.

Ibid. 40. Απὸ τῆς Ιππομαχίας.] Sic in ms. codice scriptum inveni. forte διὸ Λυσιμαχίας legendum est, quod oppidum fuit Ætoliae, teste Strabone.

1444. 7. Σώσει δέ.] Hæ duæ voces expungendæ videntur. sensum enim turbant, nisi forte scribamus, σώσεται, aut simpliciter, σώσει μὲν ἀκοῖται δέ. quod mirificè placet.

Ibid. 9. Οἱ ωστὶ τὸ Κίφαλον.] Livius lib. 43. Cùm à Thracia pacem Cœtys, ab Epiro Cephalus repentina defectione à Romanis prestarent.

Ibid. 13.

Ibid. 13. Οἱ τοῖν Θεόδοτοι.] Is est, ut opinor, Theodotus Epirotæ, Passarone oppido oriundus, insignis favore Persei, & odio aduersus Romanos, de quo & Antinoo vide Livium lib. 45.

Ibid. 30. Ταὶς Φωνοτεῖς.] Legendum videtur, Φωνοτεῖς, quod est oppidum in agro Phocensi, cuius meniinit Strabo lib. 9. & Polybius lib. 5. Existimavi aliquando eosdem esse ac Πανοπεῖς. quippe Strabo ait Parapotamios vicinos esse Phanotensibus & Chæronentibus, quod & Panopensibus convenit. sunt enim Panopenses vicini Parapotamiis & Chæronensibus, teste Herodoto lib. 8. & Pausania in Phocicis. unde apud Sophoclem pro Φωνοτεῖς θωνούς, quidam Πανοπεῖς legebant, teste Eustathio in Homeri Catalogum. Est & Phanota castellum Epiri apud Livium lib. 33. in fine, & lib. 45.

1445. 17. Τὰς εὐαγγηλικαὶ πρώται.] Imagines & statuas verti, quæ sunt εὐαγγηλικαὶ πρώται. et si enim regum ac principum honoris causa statuuntur, solent nihilominus alicui Deo consecrari. Cicero 2. in Verrem: *Apud omnes Gracos hic mos est ut honorem hominibus habitum in monumentis hujusmodi nonnulla religione Deorum consecrari arbitrentur, &c.* Vide quæ notavit Casaubonus ad Diogenem Laertii filium in Platone, & ante illum Lipsius in Commentariis ad lib. 3. Annalium Taciti. Videtur tamen Polybius nomine τὰς εὐαγγηλικὰν πρώταν plus aliquid quam statuas intelligere. Capite enim 74. legationum ait omnes Eumenis honores qui indecori & præter Achæorum leges essent, sublatos fuisse. aras itaque & sacra, diesque festos Eumenis honoris causa institutos hac voce comprehendit. Vide & legationem 78.

Ibid. 21. Τὸ φιλαδέλφον.] Ab hoc in fratrem amore cognominatus est Philadelphus, teste Marciano Heracleota, & Strabone libro 14. & Stephano Byzantio in διάλυσι. Male Scaliger postremum Attalum hoc cognomine affectum esse existimavit, cum is Philometor dictus sit, non Philadelphus.

1446. 5. Παλὼν τὴν Πηλαγίου.] Antiochus Epiphanes in priore illa expeditione Ægyptiaca majori calliditate & astutia usus videtur, quam regem decebat, ut Hieronymus passim in caput xi. Danielis memorat: *Et tam callidus fuit ut prudentes cogitationes eorum qui duces pueri erant, sua fraude subvertéret.* Idem scribit Josephus lib. 12. Antiquitatum, ἡθύδηθεν μὲν πολῆς διωμεως καὶ τὸ Πηλαγίου νῆσον δὲ λῷ τῇ φιλομήτορε Πέλαμον τελείτων κατέλαμβάντι τὸ Αἴγυπτον.

Ibid. 26. Αὔτων ποιῶσιν.] Deest adjективum, putà αὐδοχίμος, aut quid simile.

1447. 13. Απέδωνος γένουσιν.] Narrat Livius lib. 45.

1448. 6. Δέντρων τῷ Πολυάρχῳ.] Horum meminit Polybius in Excer-

Excerptis legationum non sanci, & Livius lib. 44. ubi perperam scribitur Dionis, pro Dioniso.

1449. 7. Ταῦτα πονηρία.] Emendatum est à nobis, ποπλίσ. idque ipso auctore Polybio, qui cap. 92. legationum id commemorat. quod caput excerptum est ex libro 30. historiarum, ad quem quoque nostrum fragmentum pertinere ferè adducor ut credam, quamquam repugnante ms. codice.

1452. 13. Τῶν Αντιγόνων.] Legendum, τοις Αντιγόναις πανηγύρεως εὐτῷ Σικυώνι. Antigonia videtur fuisse dies festus in honorem Antigonei ejus quem Tutorum vocant, institutus à Sicyoniis.

1453. 4. Γειθό Γάμος.] Existimavi hunc esse C. Sulpicium qui cum Manio Sergio ad res Græcias & consilia Antiochi atque Eumenis Regis inspicienda missus à Senatu erat. ut scribit Polybius capite 106. & Diodorus c.p. 21. legationum quod contigille videtur Tiberio Graccho & Juventio Thalna Coss. hic C. Sulpicius Gallus triennio ante Consul fuerat, & de Liguribus in Magistratus triumpharat. Ex quo etiam consequitur caput illud legationum Polybii ad librum 31. pertinere.

Ibid. 29. Εἰς Τάβες.] Hieronymus in caput xi. Danielis de ejus morte ac loco eadem scribit. Volens templum Diana spoliare quod infinita donaria habebat, fugatus à barbaris est qui mira venerazione templum illud suspiciebant. & mortuus est merore consumptus in Tabes oppido Persidis. Apparet in codice Græco ex quo sumpsit Hieronymus scriptum fuisse εὺ Τάβες. Est autem Tabes oppidum in Paratene ultima, ut ait Curtius lib. v.

1454. 1. Εἰς Ιλιάδας.] Hinc manifesto colligitur L. Æmilium ex Hispania triumphale. accedit & Prologus T. Livii lib. 46. in quo legitur. L. Æmilius Paulus qui Persem vicerat mortuus: cuius tanta abstinentia fuit, ut cum ex Hispania & Macedonia maximas opes retulisset, vix ex auctione bonorum ejus redactum sit unde dos uxori ejus redderetur. Velleius quoque lib. 1. L. Æmilium priusquam Persum vicisset bis triumphasse scribit & Prætorem & Consulem. At illius triumphi nec Livius, nec Capitolini fasti, nec Plutarchus meminerunt. Vide Fastos Sigonii ad annum urbis 564.

1454. 15. Εἰς τὰς τὸ μέρος.] In ms. erat εὺ τὰς corruptè. Diodorus Siculus p. 329. hujus editionis habet καὶ τὰς.

1458. 4. Ερώθησον ἡγεμόνες.] Huc pertinet objurgatio illa M. Catonis qui assidue querebatvr peregrinas delicias in urbem intromitti, ac Ponticorum falsamentorum vas trecentis drachmis, pueros formosos agrorum precio aestimari, ut Polybius scriperat lib. 31. teste Athenaeo. Κατωνὸς δὲ εὐεργεσίας οὐ πολὺς ισοπεῖ εὐτῇ περιττῇ λαχανοειδῶν, εἰδογέρουται, καὶ εὐεργεσίας δὲ πινετὸς ζευφας εἰσιγέρεις τοιούτοις

Πόλιν τ' ἦν δραχμῶν κερδίου πενήντα ποντικῶν ὀνομάζετο, μετράντη
οὐδὲ μεγέθει ἵππος αὐτὸν πέμψ. qui locus Polybii post ea verba quæ hic attuli positus mihi fuisse videtur.

Ibid. 21. Πέντε τῆς πε. ἡτοῖσ.] Quinquennium intellige quod est à tyrocinio ac sumpta virili toga ad annum usque viceustum, eo enim temporis spacio maxima custodia adolescentes indigent. Romæ certè ex fama illius ætatis judicium de reliqua omni vita ferrebatur, ut docet Cicero in Oratione pro M. Cælio, his verbis: *Quia in ætate nisi qui se ipse sua gravitate & castimonia, & cum disciplina domestica tum etiam naturali quodam bono defendat: quoquo modo à suis custoditus esset, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui prima illa initia ætatis integra atque inviolata præstisset, de ejus fama ac pudicitia cum is jam se corroboravisset ac vir inter viros esset, nemo loquebatur.* Idem ait Polybius lib. 6. ἡ δὲ τετραγενὴς ἔτη βίσης οὐκέτις.

Ibid. 23. Επ' αὐτοῦ.] Sic correximus cum in exemplari esset αὐτὸν αἴγια nullo sensu. Est autem αὐτοῦ propriè continentia. Græci enim eleganter dicunt παρὰ αὐτῷ ἔχειν, quod est continere. Sic Isocrates olim Sophocli ajebat, & μένον δὲ Σοφοκλεῖς τῆς γένεσις ἔχειν παρὰ αὐτῷ, αὐτὸν τὸν εἰδέλεις ἔχειν τοῦτο Καυτόν τὰ γένεα. Diodorus Siculus in hoc loco Polybii leguisse videtur, επ' αὐτοῦ ut videre est in ejus Excerptis, pag. 329. editionis nostræ. eaque vera mihi lectio videtur. nam illud αὐτοῦ quod mihi initio placuerat, vereor ut Græcum non sit.

1459. Εὐωνίας τῇ μητρὶ.] De hac liberalitate Scipionis Cicero in Lælio. *Quid dicam de moribus facillimus! de pietate in matrem! liberalitate in sorores! bonitate in suos.*

1460. 4. μὲν τελευτὴ.] Legendum esse apparet πεντηγενής, quod verba sequentia profus evincunt. Error ex notis numeralibus ortus est, quippe ν' quod 50. significat, in ms. libris ferè ut μ exprimi solet, quinquaginta autem talenta duodecies festertium efficiunt more Romano: quam pecuniam dotis nomine Scipionis filiabus datam esse scribit Polybius. Ex quo apparet errare eos qui decies festertium legitimam ac certainam inter Senatores Rom. dotem fuisse existimant.

Ibid. 11. Καβύτης Παναγίας ρόπες.] Hujus legis alibi quod sciam, mentio nulla extat. Idem autem valuisse existimo, & si extraneus dotem promisisset, ut annua, bima, trima die solvenda esset, nisi nominatim aliud convenisset. poterat enim etiam ex pacto dies prorogari, leg. 19. D. de pactis dotalibus. quod si nulla conditio apposita fuisset, annua, bima, trima die numerabatur ex lege 12. tabularum, ut opinor. At supellex iatra decem menses à contraetō matrimonio præstari debet.

bebūt ex iisdem legibus teste Polybio: cuius legis ratio hæc videtur fuisse, quod ob necessarios familiæ usus supellec̄tilis præstatio differri non debuit. Ex his intelligendus est jocus Deillii apud Senecam in Suasoriis, qui cum Atheniensis tempus ab Antonio peterent ad pecuniam conferendam quæ ipsi imperata erat dotis nomine, neque impetrarent, dixit: Et tamen scito illos tibi annua, bima, trima die debere.

Tg. δε Τιβερίου.] Hic est Tib. Gracchus pater Gracchorum, qui cum L. Scipio in vincula duceretur, auxilio Trib. potestatis intercessit, tametti inimicitias cum Scipionibus exerceret. quam ob gratiam P. Scipio Africanus, rogante Senatu, filiam minorem ei despondit, ut narrat Livius lib. 38. Valerius lib. 4. cap. 2. Nupsit autem Tiberio post mortem Africani, ut inter omnes convenire Livius scribit. sed illud parum constat utrum post mortem Africani & despōsa sit, & nupserit. Plutarchus quidem in vita Tib. Gracchi ait Polybium scripsisse, post obitum Africani propinquos ipsius prælato omnibus Tiberio Corneliam collocasse, ut quæ à parente nulli collocata aut despōsa esset. At hic certè Polybii locus manifestò arguit utramque à patre saltem despōsam esse. Ait enim hic Polybius Africanum 50. talenta utrique filiæ dotis nomine promisisse. Itaque de Plutarcho quid dicam non habeo. Nisi fortè utrumque simul verum est: & à patre despontam Tiberio Corneliam esse, & post obitum patris à propinquis rursus eidem despōsam de novo, quasi antea despōsa non fuisse, vel potius ratam esse habitam patris sponsionem. atque ita tollitur omnis difficultas.

Ibid. 21. Νασικῆ Σκυπίων.] Sic in Exemplari perscriptum erat, pro Nasica, quod tamen retinendum esse duxi. Hic P. Scipio Nasica Corculuni dictus est filius Nasicæ, qui vir optimus à Senatu judicatus est. Hic autem vir Optimus Nasica cognatus erat Africani, ut docet Livius libro 38. filius Cn. Scipionis, qui in Hispania cum fratre est occisus.

Ibid. 29. Ποιζήθ τὸν ἀγραφόν. Verti, pecuniam è mensa numeraret. Ea enim vis est Græci vocabuli, ut testis est Harpocratio in ἀγράφων, & Suidas; quia scilicet argentarii pecuniam omnem quam soluerant, studiosè in codicem referebant. At Latinis perscripta pecunia longè à numerata differt, ut apud Suetonium in Julio, cap. 42. Perscripta enim pecunia dicitur ea quæ cùm debeatur, nec adhuc numerata sit, in tabulas relata est. Cicero pro Roscio Comœdo, & lib. 4. Ep. ult. ad Atticum.

1462. 18. Οὐδὲν αὐτοῦ περὶ τὴν τέλην σώματος.] Lege enim Vochenia vetitum erat ne quis mulierem heredem institueret. Tulerat eam C. Voconius Saxa Tribunus pl. C. Claudio Pulchro & Tiberio Graccho

Coss. anno urbis 576. ut qui post censuram Postumii Albini & Fulvii Flacci census esset, ne hæredem virginem, neve mulierem faceret, ut docet Livius lib. 41. & Cicero in Verrem. Itaque hæc lex ad eos qui censi non erant, minimè pertinebat. Censi autem intelligebantur more veterum, qui centum millia in professione detulissent, ut notat Asconius in Verrinas, qui & Classici dicebantur. cæteri qui infra classem erant, ea lege non tenebantur, ut docet M. Cato in Oratione qua legem Voconiam suscit apud Gellium lib. 7. cap. 13.

1464. 2. Χαρέτους εἰς.] Salutantes verti. deductum enim διότοι ξαπίης, id vocabulum esse existimavi. prehensiones etiam interpretari possis.

Ibid. 7. Επὶ τοῦ κανηζοῖας ἀνασπ.] Fuit Scipio venationi additior, quod docet Polybius in fragmento apud Suidam: Αλεγέσιασσον ἐπὶ τῷ τὸ μέρος ἐπιθυμεῖ λόγων αὐτῷ Διότοις, οἷς γένες επενεγμάτεον ποιεῖται καὶ βίον η κανηζεῖν. quæ de Scipione dici equidem non dubito. Eumque ad hoc studium ipse Polybius plurimum incitabat, qui suum circa venationem studium tum hoc loco, tum in cap. 114. legationum ingenuè fatetur.

1465. 5. Τῆς ἐνφύλιας σύνεως.] Hujus intestini inter Aetolos belli meminit Livius libro 45. ubi 550. principes Aetolorum ab Lycisco & Tisippo auxilio Rom. militum captos & imperfectos esse ait.

Ibid. 6. Μαοίττας Κορωνίας.] In exemplari erat Κορωνίας, quod emendavimus. Hujus Maissipi Bœoti & Chrematæ Aciranensis, qui præcipui partium Rom. fautores erant, meminit Polybius cap. 94. legationum, ubi ζεινος scribitur, pro ζεινοῖς, minus recte ut puto. Sanè in cap. 75. legat. ζεινοῖς dicitur in ms. teste Fulvio Utino.

Ibid. 22. Οὐαὶ τῷ νολαντίνῳ.] Id caput cum superiori jungi debet, ut sat is clarum est. Prima verba mendo non carent, quæ restituere non opis est nostræ. Intelligitur autem L. Anicius qui Gentium Regem Illyrici vicerat, qui confecta provincia Epirum usque processit, eamque turbatam composuit ante adventum Pauli Aemilii, ut scribit Zonaras.

1466. 41. Τοῖς ἀνακεληθεύοις.] Confecto bello Macedonico quotquot Persei partibus faviisse suspecti delatique erant ex omni Græcia partim literis Pauli Imperatoris, partim edito decem legatorum citatis nominibus sunt evocati, qui Romanum ad causam dicendam sequerentur, Aelio Pæto & Julio Penno Coss. ut scribir Livius lib. 45. Sed & si qui eorum apud Reges esse dicebantur, literis accersiti sunt, teste ibidem Livio, hos ἀνακεληθεύοις vocat Polybius hic & supra, pag. 149.

Ibid. Μάρξ ο Αρχιερέως ὡς η πεντάρχος το συγκλήτος χαρφ.] Is est M. Aemilius Lepidus. qui tum Pontifex Max. erat, & Princeps Senatus sex continuis lustris à Censoribus lectus est, ut legitur in Prologo lib. 47. & 48.

& 48. Titi Livii, vir omnibus honoribus in toga functus. nam & iterum Consul & Censor fuit cum Fulvio. Ejus Pontificatum memorat etiam Polybius cap. 37. legat. & Valerius Max. lib. 4.

1467. 1. Πρεσβύτερος τοῦ συγχειτέοντος φόρου.] Id est, Princeps Senatus. Revera enim Princeps Senatus is erat, quem is Censor cui lectio Senatus forte evenerat, primum in recitando senatu nominabat: & cuius nomen in albo Senatorio primum prescribebat, ut docet Livius pag. 539. lib. 29. Dio, & Zonaras ex Dione, πρεσβύτερος γερσοῖς appellant, eò quod à Cenſi. legeretur. est enim πρεσβύτερος, Eligere ac Præferre. Porro hic honos perpetuus non erat semper. ceterum is qui princeps lectus erat, quamdiu in eo honore erat, dignitate ceteros anteibat, non potestate, ut docet Zonaras tomo 2. pag. 29. ex Dione. Plutarchus in Tib. Graccho sic describit hanc dignitatem, πρεσβύτερος τοῦ αξιωμάτος Ρωμαιων βελτίσ.

Ibid. 12. Ταῦτα δέ εἰσι λόγοι.] Hic inseri debet caput 127. legationum Polybii.

1468. 5. Αδηλόφερος ἔχων τεῖς καὶ τὴν οὐδείαν, &c.] Deesse videatur αδηλόφορος, aut quid simile. Suidas in αδηλόφορος, nihil ab editis differt. sunt autem hi tres Eumenis fratres, Attalus cognomine Philadelphus, ac Philætærus, & Athenæus, teste Strabone & Plutarcho, πρεσβύτεροι Φιλαδελφίας.

Ibid. 29. Υπὸ φυλομάχου.] Malim φυλομάχος, ut in Eclogis Diodori nostri legitur. Sanè Plinius lib. 34. cap. 8. Phyromachum appellat nobilem statuarium, qui Attali & Eu menis adversus Gallos prælia fecit. Floruit Olym. 120.

1469. 22. Κυνίς λόγοι,] Cynius Apollo cognominatus est, eò quod cum Latona cum recens natum cum sorore humi posuisset, à canibus raptus est. alii alias caudas memorant, quas videlicis apud Sudam in κυνίαι, ex Socrate Argivo & Cratete Grammatico. Cultus est hoc nomine Athenis, eique gens Cynidarum dicata erat, ex qua sacerdotes Cynii Apollinis constituebantur, ut testatur Hesychius.

Ibid. 23. Ηεστία Τεμνία.] Rectius erit Τεμνία, quæ urbs sita est in Aegiale, ut tradit Strabo, & Stephanus, juxta quam fuit Apollinis Cynii fanum, teste hic Polybio. colebatur & Aesculapius Temni, ut docet nummus Mamææ Augustæ, in quo Aesculapius sculptus est cum hac inscriptione: ΕΠ. ΑΥΡ. ΕΡΜΕΙΟΥ ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Latini Temnios dicunt, ut est apud Tacitum libro 2. Annalium: tamen Cicero pro Flacco, Temnitas nuncupat.

1470. 3. Οὐλαρχία.] Huc pertinent fragmenta Polybii quæ apud Suidam extant in περὶ τῶν Αἰγαίων, & περὶ τῆς Κύπρου.

1471. 14. Τὸν Βεργαῖον Αὐλόφορον.] Deesse hic nonnulli satis apparer. Hæc enim ad Prienenses pertinere non poliunt. Itaque asterisco

locum notavi. Porrò hic Antiphanes Bergæus incredibilia quædam scripsérat & ridicula, à quo deinde omnes fútiles ac fatui Bergæi sunt dicti, teste Stephano Byzantio in *Bégyūn.* quem tamen falli existimo cum hunc Antiphanem cum Antiphane Comico confudit. nam præterquam quod Antiphanes comicus non fuit oriundus Berga oppido, sed Cio, aut ut quidam ajunt, Rhodo, certè non ejusmodi poëta fuit, ut in exemplum inlignis stultitiae sumeretur. quæ enim supersunt illius fragmenta apud Athenæum, longè aliud testantur.

Ibid. 18. *Πρεστός.*] Hic est Prusias cognomento *κυνηγός*, qui devicto Perseo, cuius sororem in matrimonio habebat, Romam venit, ac se libertum populi Rom. professus est, tandemque à Nicomede filio imperfectus est. fuit autem ut opinor, Prusia filius, Zielæ nepos. Neque enim assentior Carolo Sigonio viro doctissimo, qui in libro t. de antiquo jure prov. cap. 13. eum cum altero confudit Prusia Zielæ filio, qui Phrygia cedere Attalicis regibus jussus est à Romanis, ut tradit Livius & Strabo lib. 12. Sed hunc ab illo distingui debere his argumentis vincam. Etenim noster hic Prusias *κυνηγός* cognominatus est teste Appiano in Mithridatico. at alter ille dictus est *χωλὸς*, ut tradit Memnon lib. 15. & hic quidem decepsisse dicitur ex vulnere quod in obfídione Heracleæ acceperat, teste ibidem Memnone. Noster, ut dixi, à Nicomede filio est occisus, ut est apud Diodorum, Justinum, Appianum & Zonaram. Et Prusias quidem *χωλὸς* fortissimus vir fuit ac bellicosissimus. ut testatur Memnon & Polybius in fine lib. v. Noster verò *κυνηγός* effeminatus, & inbellis proditur ac regio nomine indignus à Polybio in legat. 97. & Livio. Priori Philippus Persei pater filiam copulavit, teste Polybio lib. 15. posteriori postulantí Perses sororem dedit ut præter Appianum in Mithridat. refert Livius lib. 42. Postremo prior ille Prusias ante Olymp. 140. regnare cœpit, ut colligitur ex Polybii lib. 4. posterior verò L. Marcio & Manilio Coss. est occisus, ut ponit etiam Sigonius in fastis ex Livii Epitome, id est anno 3. Olymp. 157. Quod si hic unus idemque est ac prior, sequitur ut plusquam 60. annos regnaverit. Regno autem tam diuturno quomodo convenire possunt ea quæ de Prutia hic Polybius dicit; tantopere alienatos ab eo atque infensos fuisse subditos. Exterum illud etiam obiter moneo, inalè apud Strabonem loco cit. legi *Πρεστός τῷ ζηλα.* scribitum enim est *ζηλα*, ex Arriano in Bithynicis apud Eustathium in lib. 3. Iliad. & Tzetzem Chil. 3. hist. 115. & ex Stephano in *ζηλα* & *πρεστος*, ac Suida. hic Zielas à Gallis in convivio imperfectus est, quos ad convivium invitari, cum iis insidiaretur, ut scribit Phylarchus apud Athenæum lib. 2. ubi male *ζηλα* scribitur. Ex quibus emendandus est Prologus libri 27. Trogi Pompeji, in quo sic habetur. *Utque Galii Pergamo vici ab Atalozie Lambitunum occiderint, lego,* *vidi*

vidi ab Attalo Zielam Bithynum occiderint. In fragmentis Memnonis semper ζηιλας exaratur.

1472. 22. Υιοις τετταρεσ.] Tres tantum Masinissae filios in historiis patri superstites reperio, Micipsam, Gulussam, Mastanabalem. Sic enim apud Salust. in Jugurthino habent ms. codices non Manastabalem, & Appianus in Libyco μασινισσας eum appellat. Zonaras μασινισσας. Ita enim edidit Wolfius, mendosè ut opinor, ob affinitatem inter μ & μ: quomodo in ms. codicibus το βημα scribi solet. Invenio & Masgabam & Misagenem Masinisse filios apud Livium. sed ii aut nothi fuere, aut certe ante patrem mortui. Mirum tamen in Eclogis lib. 32, Diodori, πατριδας δημητριου Malinissæ superstites. in Eutropio 44.

1473. 22. Εδωρεις Γεωτην εις την πόλιν.] Hasdrubal enim prius militaribus copiis extra urbem praefectus fuerat. cum alter Hasdrubal Gulussæ consobrinus urbanis copiis praefasset. postea prior Hasdrubal cum in prælio adversus Manilium superior fuisset, victoria elatus etiam urbanum exercitum tibi adjungere conatus est. Itaque urbem ingressus Hasdrubalem alterum calumniari cœpit, quo abdicato ipse universis copiis solus praefuit. Est autem hujus loci sensus ambiguus. dubium enim est an id velit dicere Gulussa. Si Romanos metuisses, an illud potius, nisi Romanos metuisses.

1475. 3. Τῶν εἰνετῶν ἐξ ἀράγης.] Legendum puto. οὐ absque ἀράγης. idque in versione Latina sum secutus.

1476. 20. Πυθέας.] Hic Pytheas Bœotarches Thebis erat, altera post Critolaumi fix Achaici belli, teste Pausania in Achaicis, ubi bellum Achaicum elegantiissime & gravissime refert. hujus etiam meminit Polybius infra. Occisus est a Q. Caecilio Metello, ut refert Pausanias.

Ibid. 37. Επιτίχεις εις τὰ Μεγάρα.] Diazus praesidium militum Megara misit qui urbem custodirent, & Metellum cum legionibus si ulterius progredi vellent arcerent. ut ait Pausanias.

Ibid. 39. Παρατετόφες.] Alumnos veri. sunt enim αρχίτεκτοι οἱ θεραποῖς τοῦ Σπαρτιανοῦ φοῖς τειφόροις. Tales erant apud Spartanos ii qui Mothaces dicebantur, seu Mothones, quos αρχίτεκτοι φοῖς τοῖς ἑλλήσιοις exponit Harpocratio & Hesychius: Phylarchus lib. 25. hist. apud Athenæum σωτηρεῖφες, quod idem est. Glossæ vet. Alumnus οἰνοθετόφης, τειφορος, τειφορος. Item σωτηρεῖφη collectaneus.

1481. 35. Εἰ μὴ ταχέως ἀπαλόμεθα.] Hujus dicti auctor fuit Themistocles. vide Plutarchum in ejus vita. Zonaras quoque testis est Græcos post excidium Corinthi cum in majori felicitate quam antea essent id dicere solitos, ὅπει μὴ θετονται λαζανεστον, αὐτοὶ οὐτοισι.

Ibid. 37. Αὐλοὶ Ποστύμοι.] De hoc Aulo Postumio extat Ciceronis judicium in libro qui Lucullus inscribitur. Legi apud Clitoma-

chum cum Carneades & Stoicus Dingenes ad Senatum in Capitolio starent A. Albinum qui tum P. Scipione & M. Marcellu Coss. Praetor esset eum qui cum avo tuo Luculle Consul fuit, sane doctum hominem, ut indicat ipsius historia scripta Graecè, jocantem dixisse Carneadi, &c. Eiusdem meminit in lib. de clavis Oratoribus, & Plutarchus in M. Carone ac Gellius lib. xi.

1482. 6. Τὸν ἀρέπον τὸν Εὐλυκτόν.] Quid senserit M. Cato de Graecis, ipse docet in libro ad filium. Dicam de istis Grecis suo loco, Marce fili, quid Athenie exquisitum habeam. & quod bonum sit illorum literas adspicere, non perdiscere vincam. Nequissimum & indocile genus illorum: & hoc puta vatem dixisse, quandounque ista gens suis literas dabit omnia corrumpet. Semper autem Romanii levitatem Graecorum contempserunt, ut ex Cicerone aliisque appareret. sed & ipsum Graeci nomen ludibrio & convicio erat. ut docet Zonaras tomo 2. τὸ Ξύνθι σπονδας τεραστίους τε πολλούς τε τοις Ελλήνων εἰς ινεῖς θυ δυσφύειας ταῦς περιστρέψαντες τοὺς τελεῖς ταῦς.

1483. 13. Εὐλυκτόν διδάσκειν.] In ms. exemplari haec cum praecedentibus cohærebant. quæ nos merito distinximus: pertinent enim ad ipsum Polybium, qui cum post expugnationem & excidium Corinthi quidam ex Romanis Philopœmenem accusavisset coram Mummiῳ ac decem legatis, quod semper adversatus esset cause populi Rom. contra Polybius pro Philopœmene peroravit, utque ejus memoria servaretur obtinuit, ut narrat Plutarchus in Philopœmene ad finem.

Ibid. 32. Τετραδύον πρότερον.] Legendum videtur, τετραδύον.

1484. 5. Τὸν Αχεύ.] Achaeum hinc intelligo principem atque auctorem generis Achæorum, qui fuit Xuthi filius, Hellenis nepos, de quo vide Pausaniam, εὐελπιόν τε Ελλάδο.

Ibid. 9. Τὸν Δένα.] Sic Polybius & Dio ac Zonaras tomo 2. vocate solent decem legatos, qui confecta à Consule aut Praetore provincia mittebantur à Senatu, ut Consul Praetorve ex eorum sententia provinciam ordinaret, legesque daret, quorum acta postea à Senatu confirmabantur, ut docet Cicero Philippica 12. Qui autem fuerint decem legati tum à Senatu missi ad res Graeciae componendas, ignotum est. Unus quidem ex iis fuit L. Mummius pater L. Mummi, qui Corinthum cuperat, ut docet Zonaras ex Diote, πηγὴν θεοῦ οἱ πατέρες καὶ τὰς αὐλῶν ἐπὶ κολασμῷ τῶν αἰότων. ubi notandum est patrem in decem legatis fuisse. Neque enim solebant veteres Romani legare in decem, qui essent Imperatorum necessarii, ut ait Cicero in Ep. 6. lib 13. ad Atticum his verbis, quæ quoniā ad hunc locum maximè faciunt, apponere non parcam. Mummiū fuisse ad Corinthum pro certo habeo: sed non dubito quin fratri fuerit legatus non in decem. Atque id etiam accepi non solitos maiores nostros legare in decem,

decem, qui essent Imperatorum necessarii, ut nos ignari pulcherrimorum institutorum aut negligentes potius M. Lucullum, & L. Murenam, & ceteros conjunctissimos ad L. Lucullum misimus. Idem in Epist. 30. Sicunde potes eras, qui x. legati Mummius fuerunt, Polybius non nominas. Ego memini Albinum Consularem, & Sp. Mummius.

1484. 35. Εὐελάνως ἢ τὸ Πολυβίῳ.] Polybiun cum Scipione Africano ad Carthaginem fuisse constat, excidioque urbis interfuisse, ut testantur Appianus in Libyco, Ammianus Marcellinus lib. 24. & Orosius lib. 5. Diruta est autem Carthago Cornelio Lentulo & L. Mummius Coss. eodemque anno ab L. Mummius Corinthus excisa est, ut scribit Vellejus Paterculus lib. 1. Itaque non video qui fieri possit ut eodem anno ac tempore Polybius in Achaia & in Africa simul fuerit. unico Strabonis loco id confici Casaubonus existimavit, qui sic habet in lib. 8. Πολύβιος ἢ τὸ συμβάντα τοῖς τῷ ἀλωσιν εὐοίκτες μέρη λέγων περιστήσας, καὶ τῷ σπανιωτερῷ ὀλιγωτίᾳ τῷ τοῦ τεχνῶν ἔργῳ. Φοιτὸς γὰρ οἰδεῖν παρὰ ἐφόρουδῆς πιναγῆς ἐπ' ἑδύφες, πεπλύσθες ἢ τὰς σπαλιώτας ἐπὶ ταῖς ταῖς. Sed ex his verbis nego id consequi Polybium expugnationi interfuisse, sed tantum post expugnationem supervenisse. Neque enim credibile est milites Romanos inter urbis captiæ excidium alea lufisse, quo tempore militaris disciplina arctius custodiri debet. Deinde quis credat Polybium ea sapientia hominem eaque in patriam caritate, spectatorem expugnationis esse voluisse. stabat enim à partibus populi Rom. Verius est igitur quod dixi, Polybium scilicet post Corinthi excidium celeriter ex Africa advolasse, ut openi aliquam ruentis patriæ afferret. Audeo enim de Polybii auctoritate id affirmare, si ante expugnationem adfuisse, non in tantam calamitatem Corinthum venturam fuisse. Accedit & Orosius lib. 5. qui disertè scribit ex T. Livio, ut solet, Polybium tum ad Carthaginem fuisse, cum Diæus à Metello est devictus. Est & alius error in Chronologia Casauboni, qui Corinthi excidium confert in Consulatum Q. Fabii & Hostilii Mancini. quæ sententia licet Plinio auctore firmetur, magis tamen placet Velleji & Orosii opinio, ob mirabilem concursum excidii duarum maximarum urbium. Accedit quod & Plinius hanc nostram sententiam tuetur, nam Corinthum ait captam esse urbis anno 608. in quem annum ex supputatione Varronis, quam sequitur ubique Plinius, cadit consulatus Lentuli & Mummi.

1485. 11. Καὶ ζῶται, καὶ μεγάλα δέσμωται.] Ex his verbis dubium oriri potest an hæc à Polybio scripta sint, an verò ab aliquo fortasse qui opus annalium Polybii continuavit. Nam & ipse Polybius in principio libri 3. orat ut si quid forte humanitùs sibi acciderit, adeò ut suscepimus opus detexere non potuerit, sint qui illud ad exitum perducere studeant.

Ibid. 14. Γράψαντος τὸν κατιῆντα.] Idem de Polybio testatur Pausanias in Arcadicis, Εὐλύων ἡ ὁπόση πόλεις εἰς τὸ Αχαιοῦ συνετέλει, οὐδὲ τῶν Πολύδιον Φίσι πολιτεῖας τε κατεστόσας καὶ νομος ἔγειρε. quæ non postrema Polybii laus est.

Ibid. 22. Τὸν δὲ Ιθμῷ πίπον.] Templum Neptuni hic intelligi existimavi cum luco & stadio, in quo Isthmia olim Corinthii celebabant, teste Strabone. quæ omnia ab exercitu Romano vastata fuisse credibile est post victoriam de Achæis ad Isthmon partam.

Ibid. 29. Καὶ γέγραπτας.] Idem scribitur in Epitome lib. 52. Titi Livii. Ipse L. Mummius se abstinentissimum virum egit, nec quidquam ex iis opibus ornamentiisque, que prædives Corinthus habuit, in domum ejus pervenit. Adde Aurelium Victorem in lib. de viris illustribus, & Frontinum libro 4.

Ibid. 38. Τῶν Χαλκιδέων ιππῖνοι.] Thebae & Chalcis quia auxilio Achæis fuerant, dirutæ sunt ex consilio deceim legatorum, ut ait Livius lib. 52.

Ibid. 40. Πέλευσι οἱ Συρίας βασιλεῖς.] Ptolemaeus Philometor Ägypti rex, in prælio adversus Alexandrum Balam vulneratus, dum ossa medici terebrare contendunt, expiravit, ut ait Livius lib. 52. Syriæ rex hic dicitur, quia ab Antiochenis Rex Syriæ erat salutatus, coactusque geminum diadema accipere, ut narrat Josephus lib. 13. cap. 8. Decessit Olymp. 158. anno 3. quo anno Polybius historiam suam terminaverat.

1486. 14. Επιτελεσθεῖσι τῇ Κύπρῳ.] Vide Graeca Excerpta ex Chronico Georgii Syncelli quæ pro Eusebianis edidit Scaliger, pag. 54.

1554. Εφηβοι.] Ea vox propriè significat inter Ephebos exerceri. quo sensu sumitur in decreto Atheniensium in honorem Hippocratis Coi. ηγήττες Κώων παῖσιν ἐφηβοῖς τῷ Αἴγανοις, ηγήττοις παισὶ Αἴγανοις. Itemque apud Heliodorum lib. 1. Ubi Cnemon sic dicit, ἐπύγαρος μὴ ἐφηβῶν τῷ Αἴγανοις. Ego tirocinium agere hic verti. Nam Latini τὰς ἐφῆβους vocant tirones, & tirocinium quam Græci ἐφηβεῖα dicunt.

Ibid. Εν τῇ χλωνίδῃ δεξιάν.] De hoc more loquitur Cicero in Orat. pro Cœlio: Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium togæ constitutus: Et ut exercitatione ludoque campestri tunicati utebamur. Hoc signo monebantur adolescentes ut ad agendum & loquendum lente accederent, ut hic testatur Polybius. Nam præcipuum erat apud antiquos modestiae signum mantinum intra pallium continentem, quod εἶπεν τὸν χεῖρα ἐχειν Graci dicebant. ut Philo in lib. de vita contemplat. Esenios solitos scribit. contra manum exerere, (quod ἔξω ἐχειν τὸν χεῖρα dixit Äschines contra Timarchum) in adolescenti immodestum habebatur. Libanius in Declam. 36. de procaci juveni:

εἰ γὰρ αὐτέτας τὸς ὁ Φεῦς οὐ πενθόλεις οὐ μονίτος τὸν χεῖσα. Itaque Pericles postquam ad Reimpub. accessit, semper manum pallio cohibuit, teste Plutarcho in πολιτικῆς πρᾶγμά τε.

Ibid. Αρχὴν εἰς ἔργα καὶ λόγους.] Tirones anno 14. exeunte togam virilem sumebant. quindecimo armis exercebantur in campo Martio: sextodecimo exeunte stipendia mereri incipiebant. ut docet Servius in lib. 7. Aeneid. Ac in exercitatione quidem præter tunicam etiam campestri utebantur, ne inferiores corporis partes nudarent. ut testis est Cicero loco cit. sic enim intelligere soleo ea Ciceronis verba. *Et ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur.* Cæteris æstate provectionibus campestre pro tunica erat æstate: ut de Catone scribit Asconius in Orat pro Scauro. Primo autem stipendiiorum anno iidem juvenes sub custodibus agebant. teste Servio in loco supra indicato. Idem ad illa Virgilii libro 5. Custodem ad secomitemque impubis Juli sic notat. Secundum Tullium qui dicit ad militiam euntibus dari solitos esse custodes à quibus primo anno regantur. Intellegit autem Servius locum Ciceronis in ea pro Coelio, qui illis quæ antea citavi subiectitur. Eademque si statim mereri stipendia cœperamus, erat castrensis ratio ac militaris, qua in æstate nisi qui se ipse sua gravitate & castimonia defenderat, quoquo modo à suis custodiis esset, tamen infamiam veram effugere non poterat. Ex his intelligitur quod hic ait Polybius ephebos anni spatio interquievisse ac cœlestis tum ab agendo, tum à loquendo: annus enim xv. erat dicatus nudæ meditationi atque exercitationi.

Ibid. Εὐθύνης ἡ ζεῦ.] Lege, ιχθύν, ex ms. biblioth. Regiae.

Ibid. Οἱ Μάργης.] Hæc ad M. Valerium Lævinum Cos. pertinere non dubium est. de quo Livius lib. 26. sic scribit: *Ab Agathyrna inconditam multitudinem secum in Italiam transuexit. Quatuor millia hominum erant misti ex omni colluvione, &c. Hos neque relinquere Lævinus in insula satis tutum ratus est: & Reginis usui futuri erant ad populandum Brutium agrum.* Jam hunc Polybii locum esse ex libro 9. docet Stephanus in Αγαθύνει. Sic enim scribendum est, non ut vulgo, Αγαθύρου. Silius lib. 14.

Mille Agathyrna dedit.

Pag. 1555. Απειον πεδίον.] Male Fulvius Ursinus id fragmentum Polybii retulerat, deceptus à corruptis Stephani codicibus, in quibus sub voce Απειον πάντα relatum est. sed distinguendus est ille locus Stephani, & post verbum θυματέος, ponendum à capite est. *Απειον πεδίον πάνταν τὸν Πάντας, &c.*

Ibid. Διαπιστεύτες δέ.] Hæc ad librum 13. Polybii pertinuisse patet ex reliquiis ejus libri, pag. 672. (hujus edit. 936.) ubi scribit Philippum mandasse Heraclidi, ut quovis pacto naves Rhodiorum corrumperet,

peret. Quod mandatum ut exequeretur Heraclides, flagris semetipsè laceravit. atque ita progressus è Regia, cum flens sic se à Philippo miserè habitum esse diceret, mox ad Rhodios clam confugit. eisque epistolas Philippi ostendit, quibus Philippus Cretenses ad societatem adversus Rhodios hortabatur. Pauloque post occasionem nactus navalia Rhodiorum incendit, ut refert Polyænus lib. 5. ex Polybio, ut opinor. Ad hanc historiam hæc & sequentia fragmenta referenda esse apparet, & ad lib. 13. pertinere, non 14. ut male in editione nostra excusum est. Qui error cum cæteris nobis, ut spero, condonabitur.

Pag. 1557. Ιστον ἔχον τὸν αὐλίσκον τὴν αργεῖολην.] Hæc in vertendo omisit Livius, eo fortasse quod nimiam difficultatem habebant. Est autem αὐλίσκον, ut videtur, postica pars teli quæ induitur hastili, quam παθιδρά vocat Polybius lib. 6. in descriptione pili Romani. αργεῖολη verò est anterior pars teli quæ prominet & in mucronem definit. Itaque sic verti potest hic locus. Bipalme spiculum erat cuius tubus æqualis erat prominenti ferro. Non potest ut existimo, magis Latinè reddi vox Græca αὐλίσκον. sic quos organorum tubos vocamus, propriè sunt αὐλίσκον. & sane utriusque vocabuli origo ferè eadem est. ut enim αὐλίσκος derivatur, δέποτε αὐλῆ quæ est tibia, ita tubus à tuba.

Ibid. Τὸ Ηράκλειον.] Hæc fusè narrat Livius lib. 44. à Phila *Popillum cum II. millibus armatorum Heracleam mittit.* lege Heraclum ex Polybio. quod & Livii verba sequentia confirmant. Abest, inquit, à Phila v. *millia passuum,* media regione inter Dium Tempe que in rupe amni imminente positum.

Ibid. Κεραμωτὸν καλεόμενον.] Sic emendavi cùm vulgo κεραμωτὸν καλεόμενον legatur. Auctor mihi ejus emendationis Stuidas in κεραμωτίν, παλική Δέριταις, ὅπῃ εποίει Ρωμαῖοι cùm παρδασ μέρει. Livius eo loco, *Fastigiatam sicut tecta edificiorum sunt testudinem faciebant.* Eodem planè modo Apollonius lib. 2. Argon. testudinem militare in imbricato tecto comparat his versibus.

Ως οἵ οτε πειραμώντες ταῖς ιρηνίον αὖτε
Δάμασον ἀγλαῖον τε καὶ ψευτὴν ἔμφροντα αλησαρ.
Αλλὰ οἱ ἐπειδὸν ἄλλον ὄμῶν επαμπισθός ἀρρητον.
Ως οἵ γ' ἀστοῖς νῦν σωματύνωντες ἐρεψαν.

Addit & Plutarchum in Antonio.

Pag. 1558. Ακρως τοῖς ἀγνοῦσι.] Existimavi legendum esse ἀκροτητα. Porro de hoc pugnae genere Celtiberorum loquitur & Diodorus Siculus lib. 4. διμάχεισι βούτες ἐπειδὴν δέποτε ἐπτον εἰρηνούμνοι νικήσωσι, καταπλακτες καὶ τὸν τεῖχον ταῖσιν μετέλαμβάνοντες θαυμασίς ποιήσονται. quo loco διμάχησι legendum est non διμάχησι. Qui autem finit διμάχησι docet Curtius lib. v. in fine, & Hesychius.

Pag. 1559. Κηρύξ.] Hujus rei meminit Livius lib. 37. ex Polybio ut solet. *Quinque tantum Rhodiæ naves effugerunt, terrore flammæ micantis via sibi inter confertas naves facta. Contis enim bnis à prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem præ se portabant.* Appianus quoque in Syriaco ex Polybii fontibus hortos suos irrigavit, cum ait, Πασοί μετὰ τὸ οἰχοδόρον Λιβύην περιφέρετε πυκνὰ καὶ μελεταῖς τῇ ιδίᾳν ἐπιστρέψατε ποικίλας σωματίγνυθε· πυρφόρου τε ἀγράνα σιδήρου ἐξηπειρυτῶν μεταξὺν αὐτῷ εἶδος τὸ πῦρ εἰς τὸ πελάγος· οὐαὶ τῷ ρήμᾳ ιδίᾳν σκαφῶν πολὺν αφεύχηται, τοῖς δὲ πολεμίοις αφεσίσσου εμπίπτει. ubi Pausimachus periperam dicitur, pro Paufistrato.

Ibid. Εγερθέων τὸ Σαργαῖον.] Haec ita expressit Titus Livius lib. 38. Transgressis ponte perfecto flumen Sangarium, preter ripam euntibus Galli matris Magnæ à Pessinunte occurrere cum insignibus suis vaticinantes fanatico carmine Deam Romanis viam belli & victoriam dare.

Pag. 1560. Προσηγίδια καὶ τύποι.] Ita emendavi cum in omnibus libris αὐτοῖς τῇ ιδίᾳ legeretur corruptè. Emendationem verò nostram confirmat alter locus (Polybii ni fallor) apud Suidam in αρεσκείᾳ. Εξελέγοντες Γάλαξι οὐδὲ μη τὸ πατρικόν καὶ αρεσκείδιόν τούτον τὸν δὲ αὐτούς βελτιώδες τοῖς τὸ πόλεως sunt autem αρεσκείδια ut explicat εἰκόνες μέρους σηθεῖς, quas Galli matris Ideæ gestabant. teste Dionysio Halicarn. lib. 2. μητραρχοτάτους ὡστε αὐτοῖς ἔθνος, τύποις τε προσκείρθροι τοῖς σηθεῖσι. Vetus auctor apud Suidam in Γαλάξι. Απέστλε νεανίους Διοτιμούσας τοῖς Γαλάξις μετ' αὐλητῶν τὸν γυναικεῖον σολαῖς ἔχοντες τύποις τὴν τύπον, ἐπὶ τοὺς αρεσκείδιούς τοῦ γάμου.

Pag. 1560. Ενυξίζεται τὸ Ξανθᾶ.] Hoc fragmentum pertinet ad lustrationem illam exercitus Macedonici quæ Demetrio Persei fratri causam necis præbuit. De ea Livius lib. 4, his verbis: *Fortè lustrandi exercitus venit tempus ejus solenne est tale.* Et paulò post: *Moserat lustrationis sacro peracto exercitum decurrere.* Id solenne Ξανθικὴ dicebatur eo quod ageretur mense Xanthico seu Aprili. Hesychius, Ξανθικὴ ορθὴ Μακεδονῶν Ξανθικὴ μῆνος ἀγειρόν. ἐστι δὲ καθίστασιον τῶν σπαλασμάτων. Ex quo patet, hic legendum esse τὸ Ξανθικὸν μῆνα, non τὸ Ξανθόν.



VARIÆ LECTIONES
In Polybius ex ms. codice
PEIRESCIANO.

- L**ib. 2. pag. 201. Οὐ μένος φεῦδος μέγιστη ὁλου. ms. εἰπίνεγχε.
201. ms. τὸν εἰς τὸν πατεῖδα αὐθιγνομίαν.
203. Οὐ γέ (καὶ) κατ' αὐτὸν τὸν εἰρηνικόν. Opt. vulgo καὶ deest.
204. ms. τετραειναῖς πόλεμον τῶν φίλων καὶ συμφέρων. Opt. vulgo πόλεμον deest magno sententiae damno.
205. Δοξεῖσθαι εἰδοπίστις καὶ αὐθιγδόξις αὐτοῖς ἐξσίας. Item ἡ γέ-
γνενὴ γένεσις.
206. ms. εἰς τὸν τὰς Λακεδαιμονίας σύνθετον πόλεμον, non
ἀνέβαντος.
Item. Τὸν τε γάρ τον Αἴγαλον ἄποιν. Opt.
Lib. 4. pag. 400. ms. Λέσσων & Λεστάτη.
402. ms. σὺ τοῖς ἔγειρι καὶ βίοις.
480. ms. ἀμφὶ ποιόρδῳ τὸν πορείαν. quod tamen non probbo.
Item. Επήρχεν Φαρέα.
481. Διελέγετο δυνατὸς εἰνεψίπαγκος.
482. Πλαναΐδης τὸν Αἴγαλον, non πλάσιος.
Item. Κατ' ιδίαν λαμπσάνοντες ἐπιπτέψει τὸν ἀνθρώπον λέγειν, aīs.
Optime.
484. ms. ἐπιπτέψει μὲν αὐτῷ τοῖς σὺν Πελοποννήσῳ παράγμασι.
Lib. 5. pag. 499. ms. νικήσας μάχῃ Κλεομέδην τὸν Βασιλέα τῆς Λακε-
δαιμονίαν. Opt. absque φυγαδόσισι quod est barbarum.
501. Μήδη ἀκάστοις ἀμάρτημα γίνεσθαι.
503. ms. καὶ μὲν τὸ γενικότερον. rectius.
556. ms. τὰς καλεμέδεις αἰδειγάνεις, non δειγάνεις.
Lib. 8. pag. 722. ms. ἐπανείλατρος φαρμάκων.
Item. Επιχειρεπάτης πιθεῖς καὶ τῇ Περσίδι.

802. ms. πανθεμάτω καθεξθήσε.
- Item. Παραπλησίαν ἔχει φύσιν.
803. ms. τολμᾶντες αὐτοῖς αἴλεαδ.
825. ms. ἀνδροῖς δὲ λεγούτων βασιλέως, ποιοὶ λεγούτων.
827. ms. καὶ καὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ πλευρικόν.
- Lib. 11. pag. 877. ms. ἐγκατέλειπε πίσιν. rectius.
- Lib. 12. pag. 919. ms. Πᾶς ἐσκολοπρύθο. Item τὰς πὰς γεγόνειας.
- Lib. 13. pag. 936. ms. καὶ τολμηρότατο.
939. ms. τὸ πολιτικῶν ἀναγκαῖον.
- Lib. 15. pag. 988. ms. τὸ δὲ σκοτεινόν αὐτογελάμενον καὶ αὐτογελάμενον, rectius. male vulgo αὐτογελάμενον.
- Pag. 989. Λόγου αφεῖται. non recte. Item, ὅτε γὰρ ὁ πρεσβύτερος.
- Item. Επεὶ αφελήσων, rectius. Item, εἰς τοιαύτων ἀγνοεῖν.
- Lib. 17. pag. 1047. ms. καὶ τοι γένεθλοι λόγων δῆ, ποιοὶ τοι καὶ. recte sine dubio.
1077. Καὶ βίον ἀσυρῆ, lege ex ms. & Suida in Πολυκράτης, βίον ἀπεπῆ.
- Item. Παραγλαγήσονται τῆς ἐξοίκους αὐτῶν ὀπεσπῆ. dele απεσπῆ auctore ms.
- Lib. 6. pag. 627. ms. Regius εἰς τὸν αὐτόν, ποιοὶ πάντα.
628. Καὶ τοις δὲ ὡς μόνας. ms. ἀλλ' εἰς δὲ ὡς μόνας. rectius.
- Pag. 629. θεός σέτεοδος ms. σέτεα. Item αὐτῷ δὲ φ. ms. παρ' ὃ πάτερον. leg. παρ' φ δέ.
630. Καὶ υἱὸν τοις. ms. καὶ μηδεπάτης. Item ms. πότε καὶ πάς καὶ πᾶς.
631. Φημὶ φέοδος τὰς πολιτείας πρώτον. ms. φημὶ τὰς τοι. τρε. Σωτηρίας. Item ms. συμφερούμενων τρέπων τὸ ἐπιπλόν. vulgo πάτερα. Item, ὅτεν αὐτῶν αὐτοῖς φέοδος. vulgo εἰς ταῦ. Item ms. καὶ τὰς εἰς τὸ ὄμφατον. ποιοὶ καὶ ταῦ.



JACOBI PALMERII
A GRENTEMESNIL,
EXERCITATIONES
AD
POLYBIUM.

Pag. 10, 40. Καὶ Ἀλεξανδροῦ τὸν Μεγάλου. Nulla fuit in Sicilia Mergane. Doctissimus Casaubonus vult legi Μεγάλου. Cluverius in Siciliæ geographia exercitatissimus, vult legi Μεγάλου. Ambæ ex sententiæ magno fere judice unaquæque tuerit: id te tantum moneo, lector, super eo cogitabis.

178, 30. Καὶ τὸ γῆρας Γύρω βασιλεῖτε. Habuit exscriptor in animo Gygen regem Lydiæ celebrem: at tu rescrive Ωγύρω ex Strabone lib. 8, & ex ipso Polybio, infra initio libri 4.

267, 24. Ταῦτα γέννητα βεβούμενά τι συνμείωται καὶ σαδίκειται ἀλλὰ ρωμαῖοι ἐπιμελῶσι. Hinc discimus Romanum miliare octo stadiorum Græcorum fuisse: nam per miliaria notabantur viæ publicæ cippis lapideis erectis, & ideo dicebant ad primum, secundum, tertium lapidem.

330, 7. Διανύσσεις ἢ τὸ τῶν Ιούνιον καλεσθέντον χώραν. Oculatissimum Casaubonum hic error fecellit, & evalit ejus acumen, quod mirum, inadvertentia tribuendum, non ignorantia, quam nefas foret & piaculum maximum illi viro tribuere. Ιούνιοι (qui Latinis Insubres dicti sunt) ut bene, quantum ad vocem, interpretatus est vir summus, immane quantum distant ab Hannibalis itinere, quod recensetur hoc loco. Lege confidenter & meo periculo, Οὐδέων. Id est, Umbrorum, qui ultra Apenninum versus mare Adriaticum & in ipso Apennino habitabant, nunc vero in ipso adhuc Apennino, & citra versus Narem fluvium, non longe à Trasimeno habitant: per eos iter fuit Hannibali; nihil certius.

332, 18. Αρχοντικόν. Lege Αρχοντικόν nam nomen ejus urbis fuit Αρχοντικόν.

382, ult. Καὶ ὡρθολογίαν Ταυρίαν. Ex hoc loco somniavit Ortelius urbem in Peloponneso Taurum vel Taurionem, & putavit Polybium dixisse, Timoxenum cepisse Ταύρων, Ταυριόνην υρβην: at Taurion est nomen uiri copiatum ductoris, quem sibi adjunxit cum suis copiis Timoxenus.

416, 26. Περὶ τὸ διπορέων τούτης καλήσκοντον, μηδαμῶς διδάχεται τὸ πολλῶν Αἰτωλῶν οἱ εφορεῖοντες Οἰνίς καὶ Νικίππεος. Doctissimus Interpres nihil mutavit, & sic interpretatur: *hoc autem decretum ab invita multitudine expresserunt Oenīs & Nicippus Aetolorum Ephori.* & satis commode quidem, si bene se haberet is locus, sententia absurditatem vitaverat, in qua tamen manet illud αὐτονόμοι, legatos populi erga Messenios hostilis animi tantum potuisse in eorum universa multitudine congregata, ut invita ea decretum suis rebus accommodatum extorquerent. Nam in talibus negotiis non solent adesse legati populorum, dum super negotiis legationis eorum deliberatur. At contendō locum esse male sanum, & pro Αἰτωλῶν legendum esse Μεσσηνίων, tum ex ratione sententiæ, tum ex ipsius Polybii auctoritate, qui supra pag. 372. (h.ed. pag. 379.) nos docuit, quo nomine summus Messeniorum magistratus appellaretur, scilicet Ephori: sic enim ait, εὐ φέρει Σκίρων, ὃς λοιπὸν εφορεύοντες Μεσσηνίων, &c. *Quo tempore Sciron qui tum erat Messeniorum Ephorus.* At Aetoli nullum talis nominis magistratum habebant, sed διπολύτες Apocletos vocabant eos, quibus res eorum publica commendata fuerat, ut ipse Polybius ait supra p. 275. (h.ed. 382.) & infrap. 1019. (h.ed. 1528.) Tum ex iis, quæ sequuntur, necesse est ita emendare; sit enim Oenim & Nicippum à recta consilio via multum aberrasse. At si Aetoli fuissent, id non debuit dicere Polybius: optime enim & è reipublicæ Aetolorum utilitate fecissent, si Messenios ab hostium societate exemissent. Ergo proculdubio reponendum Μεσσηνίων οἱ εφορεῖοντες.

448, 40. Οἱ Αὐτόμολοι ἐχοντες τὰς ἐπιπλεοντάς. Scribe αὐτόμολοι, sine majuscula: non enim est κυρεῖον ὄνομα, ea majuscula fecellit doctissimum interpretē properantem, & qui non meminerat paulo ante Polybium dixisse, τὸ δὲ ήντομοληκόταν πᾶς, ut interpretaretur *Automolus*, cum deberet *transfuga* interpretari. Sed hoc viri maximi μημερινὴν φάλμα à multis aliis notatum, & nimis acerbè exagitatum est.

451, 14. Κατέλαβεν ὡρθολογίαν Αρχέν Φρέσον τῷ Διμονίῳ δύκαν-
εν τὸ ηγελεύμενον τεῖχος. Diu me torti, ut intelligerem, quid esset ὡρθολογία τοῦ Αρχέν, & credebam debere legi, κατὰ τὸν Αρχένον. Secundum Aratūm, id est, ut Aratus scriptum reliquit, in commentariis scilicet, quos

scripsisse in confessio est. At multum me fallebat opinio , & longe à vero aberrabam : nam δούτερη φρεγής σεφωπέρα , me monuit legendum esse Ἀράξης τὸν Αράξον . est enim Araxus promontorium juxta Dy-men Achaiæ, ubi erat illud τάχθος, de quo infra pag. 329. (h. ed. 458.)

455, 27. Ηνετὸς Αιταλίας περὶ τὴν γελασμόν πόλιν Φοιτείας. Ex hujus itineris narratione & ex Thucydide lib. 3. patet eandem esse urbem, quam Thucydides Φυλίαν vocat: hæc dubia parit neotericorum Jotacilimus.

456, 6. Ποιάμενος τῶν πορείαν εἰς τὰς ερατηγένειαν. Sequutus est vulgatam hanc, sed mendosam scripturam doctus interpres & κυρίως interpretatur Strategicam. At nulla fuit in iis partibus urbs Στρατηγοῦ vel Στρατηγία. Ergo repono αὐδαέτερον Στρατηκόν, ut bene scribitur infra lib. 5. pag. 435. (h. ed. 607.) erat enim in illis partibus urbs Στράτος, Stratus, Acarnaniae olim Metropolis; eo vero tempore, de quo scribit Polybius, sub Αἰτολοῦ potentiorum imperio erat.

458, 1. Τὰς Ἰονίας Διγλύνων ή τὸν κέγγαρον εἰς γεδίας καθηγεῖστε τῷ πολεμῷ μὲν πολὺς φιλόληπτος εἰς τὰς Οενιάδας. Hæc sic interpretatur doctissimus Cas ubonus, materiam & tegulas cum cura impofitas ratibus ad Oeniadas per amnum devexit. Non est, ut arbitrator, hæc Polybii sententia (pace tanti viri dixerim) curenim tanta cura Philippus ligna & tegulas secundo flumine devehendas ad Oeniadas curasset, quæ urbs erat hostilis, & ejus materiae (absente præsertim Philippo) domina facta fuisset? sic igitur verto. Ex lignis & tegulis rates factas cum multa cura, flumini adaptavit, ut trajiceret Oeniadas versus. Pæanum illud à Philippo dirutum erat in ipsa Αἴτολᾳ ad sinistram Acheloi ripam descendendo secundo flumine: Oeniadas vero in Acarnania ad dextram ejusdem fluminis. Abundans igitur ligno & alia materia pontem ex ratibus fabricavit, quo uteretur, ut exercitum traduceret versus Oeniadas Philippus.

463, 20. Εν πόλει τῷ Λίγνερον οὐσερολαῖς. Supra pag. 280. (h. edit. 390.) hunc eundem locum Ολίγνερον vocat, quod, ut puto, melius & græcum magis sonat.

473, 12. Ήνε βοηθῶν εἰς τὸν Τρεφυλίαν. ή τὸ μὴ αερογειαῖς τέττακτης τείχους δῆποτε Τρεφύλης ή τῶν Αργειῶν πατέρος. Hæc Tryphalia regio seu urbs à nullo alio antiquo memoratur, nec ipse Tryphalus ejus denominator. Locum mendosum esse suadet hæc novitas, ut etiam hæc insulsa & τῶν Αργειῶν πατέρος· nam quis ita loquutus est? ego igitur sic legendum puto: εἰς τὸν Τρεφυλίαν, ή τὸ μὴ αερογειαῖς τέττακτης τείχους δῆποτε Τρεφύλης ή Αργαδός πατέρος. In Triphyliam, qua quidem hoc nomen habuit à Triphylo Arcalis filio. Sic debere legi, non sicutur, sed cogunt ea, quæ sequuntur, ubi sit recensio urbiū ejus regni, quæ omnes Triphyliæ sunt, paucis exceptis, quæ Arcadiæ aliquando

quando tribuuntur. Triphylus etiam Pausaniae dictus est Laodamiae filius expresse & Arcadiis ex consequentia, in Arcadicis. Tum situs ad hibernum occasum Arciadæ omnino convenit. Eigo & hoc loco & infra, ubi repetitur, si mihi credis, lector, leges Τελφυλιαν, non Τευφαλιαν.

Ibid. 18. Εγκατάσθαι τὸν Αζαῖον. Lege Αργείων: non enim attingit Achaiam Triphylia, sed jacet ad Occidentem hibernum Arcadiæ, Achaea ad Septentrionem.

552, 33. Τὰν αὐτούς γερμανούς τοὺς Κυρηναῖς. Forte iidem, qui auctoriis Καρδιῶν, Γορδιῶν, Γορδυλῶν, Χαρδίχων. Latinis Curdi, qui ad Tigrem habitabant montanam regionem, non procul à campis, ubi olim Nineve; & hodie etiam Curdes vocantur: fera gens. vide super iis doctissimum Bochartum in suo Phaleg lib. I. cap. 3.

556, 27. Ιταὶ μήτε συγχρονζεῖν μήτε πολεμεῖν τολμαῖσσι τοῖς δόπταις αὐτές γέρμανοί τοις. Sententia exigit, ut legatur μήτε συρπολεμεῖν τολμαῖσσι.

563, 1. Τὸν καλέσμενον Λυδίκης πεδίον. Causam nominis hujus pete ex doctissimo Bocharto in suo de Phœnicum coloniis numquam satis laudato opere lib. I. cap. 1.

586, 13. Κύριον καὶ Σμύρναν καὶ Φάρσαρα, μὲν δὲ τούτους Αιγαῖοῖς καὶ Λημνίται. Pro ultima hac voce Λημνίται rescribe Τεμνίται. Nam & ipse Polybius in fragmentis à Valesio publicatis de Temno in hoc tractu mentionem fecit, ubi de Prusiæ sacrilegiis loquitur. Οργιασ καὶ τὸ Κυνίς Απόντας τέλετρον τὸν τοῦ Τεμνοῦ εἰρήνην ισύλησεν. Similiter ἐπὶ templum Cynii Apollinis circa Temnum non solum expilarunt. & Strabo lib. 13. & Cicero pro Flacco, & tabulae Peutingerianæ.

589, 9. Παραγγέλμενον δὲ τὸν Γάζαν καὶ αὐτούς λαζανούς αὐτές τὸν δόναους. Sic interpretatur hæc verba doctissimus Casaubonus, Gazam ut ventum, & pars exercitus iterum ibi est assumpta, sed aliud agens, & ut ait ipse, properans. Ea non est Polybii sententia. Verte; Gazam cum venisset & ibi copias refecisset.

589, ult. Εἰποδέσσεται τοῖς τοις γέρμανοῖς τὸν τοῦ ιωνίου εἰς τὸν πολεμούντοις. Ex lib. 3. Maccabæorum apud 70. Interpretes adde ad historiæ complementum, οὐτε πρὸς Δοσιθέας ή Δερμόλας Ιερεῖς τὸ γέρμον, δοσιθέας ή ιερεῖς τὸν θρησκείαν. Ante itineris Dositheo Drimyli filio origine ḍιδασ, sed apostata & Græcas superstitiones amplexo.

595, 1. Τοῖς δὲ παρ' αὐτές μεγάλων ὁρκοῖς σπειράσσοντες καὶ αὐτούς. Adde rursus ex eodem 3. Maccab. libro: τὸν αἰδελόφοντα Αρσινόην τὰς δοράκους μὲν οιτές καὶ δικρύνων τοῦργκαλεσσίους, καὶ τὰς πλοκάμες λελυμένους. Scrore Arsinœ cum ejulatu & lachrymis copias exhortante comis solutis,

596, i. Οὗτος μόνος τῶν τοῖς εἰδίκειοις ἐξαγαγὼν τὸ σωζόμενον μέρος τῆς δυνάμεως διέτασε τοὺς Γάζας. Exurgit ex hoc loco non mediocris difficultas, si conferatur cum eo, quod dixit supra, pag. 422. de Ptolemaeo, ὃ θερμότερον δὲ εἰς Γάζαν κοιτᾷ περιουσαλαῖον αὐτῷ τὴν δύναμιν αἴθιος περιστοῦ βάσιν. Αγρυπός δὲ ἐπὶ τῷ περικείμενῳ περιπτῶτῳ κατεστραβόπεδον πεντήγρατον διάστημα. Ραφίας, ἡ κατατοπτή Ρινόρχεφος περάτη τοῦτο τὸν κοιταῖον Συρίαν πόλεων αἰς τοὺς τὸν Αἰγυπτὸν, quæ Latine reddam ad faciliorem lectoris intelligentiam. Cum autem venisset Gazam, & ibi copias refecisset, rursus procedebat lente in anteriores, & quinque dierum spatio castrametatus est prope Raphiam ad 50. stadia, ea sita est post Rhinocorura, prima ex Cave Syriae urbibus versus Aegypti partes. Nam si Gaza occurrit prima venientibus Aegypto Raphiam, quomodo Antiochus prælio ad Raphiam victus, Gazam se recipit, & non potius recedit versus suas partes. Sed inter Ptolemaeum victorem & Aegyptum, tanquam in casis se injectit prope desertum, ubi nullus commieatus, nulla commodi recessus spes certe hæc videntur ἀνύστητη. Tum Gaza erat in partibus & sub jure Ptolemaei, per quam iter fecerat, & ibi copias suas refecerat: quomodo igitur victus exercitus eo se recipere potuisset? At solvit dubium locus Novi Testamenti in actis Apostolorum cap. 8. ubi angelus sic Philippum alloquitur. ἀνάστη κοιτᾷ πορσύς τοῦ μεσοπερσικοῦ ἵππου ὁδὸν κατεστραβόπεδον διὰ Ιερουσαλήμ εἰς Γάζαν, αὐτὸν ἐστὶ ἔρημος. Id est. Surge, & vade meridiem versus ad viam, que descendit à Hierusalem ad Gazam, que deserta est. Angelus noluit Philippum in dubio esse, ad quem locum mitteretur, ideo addidit, que deserta est, quod ego puto intelligi debere que est in deserto, aut juxta desertum. Dux igitur erant Gazæ, una in ditione Ptolemaei prope desertum, ubi copias suas refecit Ptolemaeus, ex labore, quem in deserto transmittendo habuerant: alia Syriae in Antiochi ditione, ubi post prælium se recepit; & primam illam Ptolemaei Gazam fuisse in deserti finibus patet ex ipsius Polybii verbis: dixerat enim paulo ante, Ptolemaeum, dum versus Gazam tenderet, fecisse iter Διγύρον περὶ terram carentem aqua, quod est per desertum. Inter has duas Gazas sita fuit Raphia, ut ex hoc loco patet. At potest opponi ex Strabone, Gazam desertam fuisse Syriae propiorem, quæ ab Alexandro diruta fuit. Sed ea verba Xylander non agnoscit, ex quibus id colligitur; tum licet ab Alexandro Gaza Syriae diruta fuerit, ab Alexandri tempore ad Apostolos plura intercesserunt secula, quibus fluentibus instaurata fuit: & ejus portus & quasi suburbium Majuma dictum fuit emporium celebre. Divus Hieronymus certe ante nos duas fuisse Gazas notaverat, ut citat Casaubonus ad Strabonem pag. 759. Sed & Diodorus lib. 19. duas fuisse Gazas manifeste innuit, sic enim de Ptolemaeo Lagi contra Demetrium movente:

λότος δὲ Πιλασίς Δῆμος τὸν ἵριον σιδητὸν πεπεραγμέδωσε τῷ οὐρανῷ πλευράν τοις οὖσιν τῷ πλευράν τοις παλαιάν Γάζαν τὴν Συρίαν. *A Pelusio per desertum procedens castrametatus est juxta hostes circa antiquam Gazam Syrie.* Et rursus eodem libro, μὲν τῷ θυσιαρέων ἵπται Δημητρίῳ τοῖς Γάζαν τὴν Συρίαν. *Post cladem acceptam circa Gazam Syrie.* Inde colligitur fuisse alteram Gazam, quæ non fuit Syriæ, quando semper ita distinxit Diodorus, & ea est, de qua hoc loco agitur.

600, 3. Χεισονίς η γυνή. Nec scio qua de causa doctissimus interpres verterit *fæmina nobilis*, cum videatur η γυνὴ referri ad Antigonum, de quo superius paulo verba fecerat, & proculdubio sic intelligi debet. Nam Eusebius in Chronico 1. sic scribit de Demetrio Antigoni Gonatae filio, ex Porphyrio, γύναις ἡ πνεύματος αἰχμαλώτων, τοῦ Χεισονίδης αὐτοῦ πάντων, Φίλιππου ἐξ αὐτῆς ἔχειν τὸ πεδίον πολεμήσατε Ρωμαῖοις. Cum autem duxisset quandam captivam & Chryseidem appellans, Philippum ex ea genuit, qui primus cum Romanis bellum gessit. Tum munerum amplitudo privatam fortunam excedens debebat eum monere, ut aliter interpretaretur. Eam Chryseidem Demetrii viduam & matrem Philippi duxit Antigonus, qui Δάσων dictus est & Tutor: ideo igitur melius doctus *Chryseis uxor*.

610, 31. Τὸ δὲ τείτον εἶχε καὶ τὸ πόλιος ιππεικείμφρον ὄπισθι. Nomen illius montis Hæmus, illi Thracico cognominis, ut ex Virgilio, Lucano, Valerio Flacco, & Servio ad Virgil. colligitur.

611, 37. Φιλίππη τὸ πόλιος ἀνὴρ Θεοῦ τοποθετούσης. Una addita litterula locus erat integer, legendo nempe Φιλίππης. fuit equidem Φιλίππη πόλις alia urbs, antea Ποντεύπολις, & postea Trimontium à situ dicta, sed in Thracia ad Hebrum. At hæc urbs de qua hic fit mentio, Thessaliæ fuit, & eam semper per pluralem numerum Philippus Florus, Lucas, Statius, Silius & Stephanus, & ejusdem nominis fuit cum altera, quæ in Thraciæ littore, in Macedoniæ limite fuit de qua Lucas in actis Apostolorum.

622, 27. Τοῖς τοῖς Λάσιον πλευρὰν πίπτει. Fatum fuit ejus fluvii ut ejus nomen ab exscriptoribus corrumperetur. Lege Αὔον, ut jam alibi correxiimus. Aous ille juxta Apolloniam fluebat, & ab urbe ipsa (si fides neotericis mappis Græciæ) nomen habet, & vocatur Poline, ut & ipsa urbs etiam, & ita censem Magius Patavinus.

691, 40. Οἱ δὲ Κόκκινοι φίψαι εἰσαῦτον εἰς τὸ πολεμήριον τοῖς ὕπολοις καὶ τοφαιρεστού μετέπλακε τὸ βίον. Hoc loco dissentit à Polybio Livius & cum eo Dionysius Halicarnasseus, à quo credo Livius plura mutuatus est, potior tamen mihi Polybii antiquioris & veracioris fides: posteriores, ut historiam bellam facerent, sic mutaverunt.

793, 36. Καθ' ἐς τηρητὸν ὁ Ξερξης αὐτοῖς λέπεσθε τὸν τοῦ μαστόδον καὶ γῆν αἰτεύμενον. Herodotus lib. 7. pluribus hanc historiam

exequitur. Sed Darium non Xerxem misisse hos legatos narrat: ergo hoc loco notare licet Polybii μυημενὴν Κρίλμα, nisi dicamus bis à Persis idem factum.

855, I. Καὶ παρελόμεθο τὸν τὸν Αἰγαῖαν κόλπον. Lege, τῷ Αιγαῖων, vel, ut Livius legitime videtur, Αἰγαῖον κόλπον, sinit ille maris olim Μηλιέως, & Μαλιάνος, & Λαμιάνος à Meliensibus populis, & urbe Lamia vocabatur, sed tempore Polybii, cum praevaluerent Αἰγαιοί, Αἰγαῖος, non Αἰγαῖα vocabatur.

Ibid. 13. Καὶ παρήγαλε Διοσκορεῖν αὐτῷ τὸν γαλόμερον Δῆμον τὸν Τισσουν. Tit. Livius lib. 28. pag. 320, qui omnia ad verbum habet è Polybio, videtur hoc loco legitime Κιαστῖον quod videtur melius. Nam Hesychius habet Κιαστός montem Macedoniam, & tempore, quo scribebat Hesychius, Thessalia sub nomine Macedoniam comprehendebatur.

1017, 13. Προεπαρθεῖδον τῷ Περιάστῳ. Nobilissimus Fulvius Ursinus sollicitat hunc locum, & vult legi Παράστῳ, (ut ait Ortelius) &, ut opinor, ex Polyæno, qui lib. 4. hanc habet historiam proculdubio ex hoc Polybii loco. Sed cum videam vocem Περιάστοις sequi pag. sequente, & apud Stephanum inveniri eam urbem in Caria, & sciam Polyæni codices scatere erroribus, censeo debere potius emendari Polyænum ex Polybio & Stephano, quam ex Polyæno Polybium.

1053, 8. Οἱ τὰς ἐπὶ τῷ περιάστῳ φύσεις Ερετρίαν τῷ Φ.....;. Suppleo eam lacunam & lego audacter Φαρσαλίου, ex Strabone lib. 10, ubi cum de pluribus Eretris verba fecerit, addit, ἐσὶ τῷ τοῦ Φαρσαλίου Ερετρίᾳ. Est autem & prope Ipharsalum Eretria.

1111, 20. Κόσυνθον τῷ τοῦ Τερψιλίου..... ἐπὶ τῷ τοῦ Ερετρίων πόλιν. Facile sanari potest hoc vulnus & suppleri, quæ desunt ex Livio lib. 33. scribe igitur: Κόσυνθον τῷ τοῦ Τερψιλίου, τῇ Ηραιαν Αχαιοῖς ἀπέδοτον, τῷ Ωρεον περιόπῃ τῷ τοῦ Ερετρίων πόλιν. Corinthum autem & Triphyliam & Heraeam Achaeis reddiderunt, Oreum etiam & Eretriorum urbem.

1112, 12. Ήγεντον τῷ Θερμοπελᾶν σωόδον. Hunc locum sic interpretatur Doctissimus Cisaubonus, *Thermopylas ad Grecorum conventum venit.* & magno se judice certe tuetur, Tito Livio scilicet, qui lib. 33. totam hanc Polybii narrationem de verbo ad verbum transluxit, & sic verba Polybii Latine reddidit οὐδεφεύσιας. Cornelius Thermopylas, ubi frequens Graecis statim diebus solet esse conventus (Pylaicum vocant) venit. Scilicet putavit Livius τῷ Θερμοπελᾶν σωόδον intelligi debere conventum Pylaicum ad Thermopylas, & auctoritas Livii rapuit doctissimum virum, ut ita interpretaretur οὐδεφεύσις. At pace tantorum virorum dixerim, toto cœlo errarunt. Nam τῶν Θερμοπελᾶν σωόδων nihil aliud fuit, quam conventus Panaxtolicus, qui apud Θερμοὺς Αἰτοις

Ætolia metropolin celebrabatur. Id assevero, & ita intelligi debere contendō, & spero me in gradu consistere posse, dum eam sententiam defendō, nec de gradu dejectum iri, modo rationibus non auctoritate certetur. Primum enim τὸ Θερμοπόλιον, ἀπὸ Θέρμης formari, non διπλῶν Πύλων aut Θερμοπυλῶν, nemo credo negarit. At ego districte nego Θερμοπύλας ab ullo auctore vocatas fuisse Θέρμης simpliciter aut Θέρμην proprium nomen ejus loci fuit Πύλαι. deinde ad differentiam aliorum locorum ejusdem nominis Θερμοπύλας appellatae sunt ob calidas aquas eo loci scaturientes. Herodotus lib. 7. Καλέεται Ἰόνιον Φρέστον τὸ μὲν τῶν πλεόνων Ελλήνων Θερμοπύλας, ὃντος ἡ τῶν επιχωείων Πύλαι. Vocatur ille locus à plerisque Gracorum Thermopyla, ab incolis vero Pyle. Et paulo ante eodem libro ejus appellationis rationem ieddit; Εδεδυτο γάρ τοιχῷ κατ' αὐτὸς τὰς ἑσσόδας νῆσον τὸ παλαιὸν πύλαιον ἐπηκτον. Έδισκατος enim erat murus in ipso ingressu, οὗ olim porta inerant. Sic Strabo lib. 9. de conventu Pylaico. Τών ἡ συνίδεον Πυλαιῶν ἐκάλεσαν τὴν μὲν ιαστινῶν, τὴν δὲ μετέπομφεντινῶν ἐπεδίνοντες τὸ Πύλαιον σωμῆγεντος καὶ Θερμοπύλας καλέσσοντες. Conventum Pylaean vocabant unam vernam, alteram autumnalem, quoniam in Fyllis congregabantur, quas etiam Thermopylas vocant. Et rursus libro eodem: Τών μὲν πλεόνων Πύλων καλέσσοντες καὶ Στενὰ καὶ Θερμοπύλας. οἵτινες δέ τοι θερμοπλησίος οὐδείς. Transitus igitur Pylas vocant, εἰς angustias εἰς Thermopylas. Sunt enim prope calida aqua. Sic Thucydides lib. 2. & 3. & 4. Sic Isocrates panegyrico, Pausanias Corinthiacis, &c., ut uno verbo dicam, omnes tam antiqui quam recentiores, tam Græci, quam Latini auctores. Repugnat igitur ratio Grammatices, nec patitur, ut à voce Πύλαι vel Θερμοπύλαι dicatur Θερμηνίσσασθος nam θερμηνίσσα non est nomen proprium, sed περιφερεῖ ad differentiam. Nec, si Polybius in mente habuisset Amphiictyonum conventum, nomen proprium ei deerat, quo indigitaret sine homonymia, nempe assuetum Pylaea vel Pylaicus. Nunc vero videndum, cui potissimum loco id nomen conveniat, quando Thermopylis non convenire ostendimus. Certe quando de Ætolia agebatur, nulli melius tribui potest quam totius Ætoliae metropoli quæ Θερμηνίσσα vocabatur & Θερμηνίσσα aliquando, sed rarius, &c., ut verbis Polybii utar, inter Ætoliae urbes, Ανερπόλεως ἔχοντες τὸ θέρμην, Arcis obtinens locum. ubi Ætoli statu quodam anni tempore comitia sua habebant. Polyb. I. 5. de eo loco. Καθ' ἕκαστον γὰρ ἔτος ἀγεργοῖς τε ἐπιφανεστέτας, ἐπὶ τοῦ τὸν τὰν δέχαρεσσιν κατέβασθες τοῦ τοποῦ σωτελεύτων αὐτῶν ἔχοντες, &c. Nam unoquoque anno nundinas splendidissimas, εἰς magistratum electiones in hoc loco faciunt. Strabo lib. 10. Παρεργάθησαν τὸν τοῦ τοποῦ σωτελεύτην τὸν ἐπιθερμηναῖον, τὸ μὲν τὸ Θερμοῖς τοῖς Αἰτωλίας, ὅπερ τὸ δέχαρεσσιν ποιεῖται πάτερον αὐτοῖς εἴσι. Addit etiam harum rerum testimonia epigrammatata,

mata, unum Thermis Ætolia, ubi mos est electiones magistratum facere. Ipse Livius id concilium Panætolicum vocat lib. 31. Concilium Ætolorum statuta die, quod Panætolicum vocant, futurum erat. Alia quidem fuerunt etiam Ætolorum concilia, quæ pro negotiorum necessitate indicebantur, modo Naupacti, modo Hypatæ, & per Apocletos. & Strategos celebrabantur, quæ nec diem statum nec locum certum habebant. Plures etiam alii loci in Græcia Therma vocabantur ob aquas calidas scaturientes. Sed sine magna celebritate, nec duobus supra dictis comparandi. His positis videndum, de quo loco intelligentus sit Polybius. An de Panætolico, ubi per se soli Ætolii de suis rebus deliberabant, an de Pylaico, ubi cum ceteris Græciæ populis per suos Pythagoras ad eum confessum missos, de rebus totius Græciæ agebant. Id facile est judicare, si verba Polybii attentè legantur & expendantur. Ille de Cornelio à Romanis misso & ejus socio sic loquitur.

*Ηγετὴ τῶν Θερμικῶν συνόδος τῇ παρελθόντες εἰς τὴν τολίην, παρενέλθει τὰς Αἰτωλίας ἀρχὰς τοιεύων μέρειν ἐπὶ τὸ ιερόν τοξοτελεῖς. Βενεροῦνται in conventum, qui Thermica vocabatur, τὴν plebem adeuntes, Ætolos pluribus verbis adhortati sunt, ut manerent pacitis ab antiquo conventis. Ex his verbis patet Cornelium egisse cum populo Ætolorum, ut universis suaderet, ut manerent in Romana societate. Sed in Pylaico conventu non aderat populus Ætolorum; sed soli duo legati Ætolorum Pythagoræ, nam ad Pylas solebant convenire ex pluribus Græciæ populis, triginta tantum viri, quod ait Pausanias in Phocicis. Ideo nihil habebat, quod ageret in Pylaico conventu Cornelius in Ætolorum negotio, ubi duo tantum Ætolos legatos invenisset, non ad id missos, ut cum eo agerent. In Thermico vero Panætolico conventu aderat populus universius, ut Apocletos & Strategos annuos suos summos magistratus eligeret. Ideo Polybius ait de legatis Romanis. *Καὶ παρελθόντες εἰς τὴν τολίην, Multitudinem adeuntes, quæ verbajugulant* Livii interpretationem. Nam Ætolii democratis utebantur: ideo Cornelio & ceteris Legatis cum populo agendum erat, qui non magis erat Pylis, quam Atheniensis aut Argivus populus. Nec si cum Atheniensi aut Argivo populo aliquando agendum fuit aut Romanis, aut Philippo, aut Antiocho, illum non alibi quam Athenis aut Argis per Legatos suos convenerunt. Sic & idem Polybius in Excerptis Sectione 73. Popilium & Octavium legatos ait convenisse Ætolos Thermo: ejus verba, quoniam clarissimam facem preferunt huic loco, audire operæ pretium est. Διὸ συναχθέλοντες αὐτοῖς τὸ βελής εἰς Αἴγαρον (Achæorum concilium intelligit) αὐτοστικὸν τὴν τοξοτητικὸν τοιοτελέμονα τὸν τετράς τὰς Αἴγαιας ἔντοξειν, αὐτοτάσσουν εἰς τὴν Αἰτωλίαν, καὶ ταῖς ἵκει συναχθέλοντες αὐτοῖς εὐχλησίας εἰς Θέρμον παρελθόντες εἰς τὰς τολίες, &c. Hæc Latine sic sonant: quapropter concilio illis dato Ægii congregato,*

gregato, salutato & exhortato Achaorūm concilio, in Aetolian nāvigarunt, & rursus illic dato concilio, in Thermo congregato, per populi multitudinem transeuntes, &c. Vides lector quam germanus sit hic locus cum eo, de quo tractamus: de hac quæstione pluribus egimus ob eorum auctoritatem, à quibus discedere coegerit me veritas. Memini me olim Lutetiae degentem, dum una cum doctissimo viro Henrico Valesio rheda vehebar (conciliante inter nos amicitiam Amplissimo viro Dom. de Beaulieu Amelot, in Suprema Subsidiorum curia primo præside integerrimo) dum de litteris colloquebamur, de hoc Polybii loco & Livii interpretatione sententiam meam aperuisse, & ad audaciam ~~τηλεφύνει~~ illum primo stupuisse, postquam vero supradictas rationes attentius audivit, non solum adprobasse meam sententiam, sed exultabundum arrisisse & repetita auditione vix satiatum; miris laudibus eam sibi multum placere testatum esse. Sed ad alia.

1130, 13. Οὐ ὁ Αὐλοχός μὲν τὸν καὶ τὸν ναυμαχίαν ἔτι. Hæc sic interpretatus est summus vir, Post victos dimicazione maritima Romanos. sed certè properante calamo ea scripsit. Sciebat enim ἔτι debere referri ad eum, de quo loquitur auctor. Sic igitur verte: *Quod Antiochus post cladem quam in prælio navalí acceperat: nam & quæ sequuntur & veritas historiæ, quæ extat apud T. Livium, non potest pati, ut aliter interpretetur.* Victor est prælio navalí Polycenidas præfectus classis Antiochi à C. Livio classis Romanæ præfecto ad Cyrsuntem & Corycum, anno sequenti iterum ad Myonesum idem Polycenidas ab Æmilio Regillo vicit est: ideo territus Antiochus Ephesus reliquit, & Sardeis se recepit, & fractus animo Heraclidem, de quo hinc sermo fit, misit legatum de pace petenda: hæc omnia narrat T. Livius libris 36. & 37. Ideo non vici fuerant dimicazione maritima Romani.

1154, 5. Τὰ δὲ αὐτέλματα καὶ τὸν αὐδριάντας, καὶ τὰς γεαφὰς, απήγαγεν εἰς τὸ πόλεως, ὅντα καὶ τὸν θεόν Αἴγα τὸ γεργίνειν βασιλεῖον Πύρρο τὸν Αμβρακιανόν. Ad illas Ambraciæ urbis direptiones, violatum etiam Pyrrhi sepulchrum, licet suspicari ex Ovidio in Ibin, ubi ait,

*Nec tua quam Pyrrhi fælicius ossa quiescant,
Sparsa per Ambracias quæ jacuere vias.*

1160, 30. Εξ τῆς Ισιόδου αεροπερσούμφυτος πόλεως. Titus Livius, qui hunc locum expressit, eam urbem Hyriam vocat constanter, & ejus cives Hyrienses. Stephanus certe Hyriam ponit ad Calycadnum prope Seleuciam Isauriæ, & situs satis congruit. Fuit ergo binominis ea urbs, & ut arbitror tempore Livii evanuerat illud nomen Isionda. Ideo per nomen notius ignotum, & obsoletum & forte Isauricum interpretatus est.

1161, 24. Παρεγγένετο πείσθεις εἰς Δυονέας. T. Livius leg. b b 5 giff

gisse videtur, Λαονίας, & ita etiam habet Ptolemæus.

1197, 5. Οπεκη τις εἰκαλεστάμψο τὸ μερόπιον. Si mei judicii res sit, vellem legi, Οἰκητίτη, est enim, ut videtur, principium fragmenti.

1238, 27. Εξ ἡ γδ' Αὐλίοχος ὁ πατὴρ Γ τινῶν λεγέων βασιλίων ἐνίκησε τῇ αἵρει τὸ Πάνιον μάχῃ τὰς Πλευραῖς στρατηγάς. Periit ejus pugnae narratio apud Polybium: aliquid tamen de eo negotio conjicere licet ex iis, quæ summatim dixit, lib. 3. supra pag. 159. (h. edit. 220.) Post mortem Ptolemæi Philopatoris, Philippus Macedo, & Antiochus Magnus societatem inierunt, ut Ptolemæum Epiphanem pupillum spoliarent. Per mare in ipsa Ægypto & Caria, bellum movit Philippus; Antiochus vero in Syria Cava & Phœnicia, ubi pugna ad Panium, de qua hīc, superavit duces Ptolemæi, quorum præcipuus Scopas, & tota Syria Phœnico & Palæstina potitus est. Ideo bellum ei à Romanis denunciatum, quod infeliciter gessit. Ea ad Panium pugna facta est T. Quintio Flaminino, Sexto Ælio Pæto Cossi. Hæc ex ipso Polybio, Trogō, & Livio colliguntur. Panium illud ea urbs fuit, quæ postea Cæsarea Panæas dicta est, prope Jordani fontes, quæ à Ptolemæo Phœnicia tribuitur, dicta postea Cæsarea Philippi. Sed de ea pugna plura in fragmentis Polybii à Valesio publicatis inveniuntur pag. 77. (h. ed. 1412.) & sequentibus.

1310, 25. Απολλωνίος καὶ Φύσιος γοὶ Γ μεγάλης μὴ δικαιεῖσθαι ἔχοντος τῷ Σελάσκῳ. De hoc Apollonio intelligenda sunt (ni fallor) ea, quæ dicuntur Maccabæorum cap. 2. & 3. & 4, ubi filius Tharsæa dicitur, Cœlesyriæ & Phœnices præfensus.

1311, 32. Νῦν φεγγή μέμνηστο ἀπιστεῖν ἀρέθρα τῶν πετῶν φρενῶν. Epicharmi fuit hic versus, qui Dorice sic sonabat,

Νῦν φεγγή μέμνηστο ἀπιστεῖν. ἀρέθρα τῶν πετῶν φρενῶν.
Id est, Sobrius esto, Et memento non facile credere: hac sunt vires mentis.

A D P O L Y B I I F R A G M E N T A à V A L E S I O P U B L I C A T A .

Pag. 1370, 24. Οἴη Γοργῆς ὁ Μεσσηνίος εὐδενὸς λοι ὁ δύτερος Μεσσηνίων πατέρων τοιούτου. Hic Gorgus Messenius fuit Eucleti filius & quinquertio celebris, ut ait Pausanias in Messenicis.

1395, 36. Καὶ τοὺς ἐν φλιαῖς τῶν νεῶν απογέννιας ἐξδημηκάς. Interpretur ταῦτα φλιαῖς interpretatur, apud Phliastios. Et quidem invitus & co-

& cogente veritate discedo à tam doctiviri sententia: ignoscat igitur mihi, si aliter puto vertendum. Nam dixisset Polybius εὐ φλιγίη, si de Phliasiis intellexisset. Tum quid in eo novi? nonne jure hospitalitatis utebantur ab antiquo omnes Graciæ civitates? Verto, *in postibus templorum*: nam φλιαὶ sunt antes vel postes, & quædam templorum ornamenta & additamenta, ubi publice hospites excipere excoxitavit primus ille, de quo loquitur.

1410, 2. Παρὰ τὸ Πολιάστον ἔως ἐπὶ τὸς καθ' ἔλασ αὐφίκετο πίπας. Hæc facilius est damnare, ut corrupta, quam emendare, & veram electionem divinare, & quod ad vocem ἔλασ, subtiliter & optimæ meo judicio collegit ex sequentibus doctissimus Valelius, debere legi Σελλαῖαν, quæ tamen sèpius per λιμπεῖα simplex solet scribi. Sed in voce πολιάστον hæret aqua: tentabam legere, κριτιστον, de quo Polyb. pag. 845. (h. edit. 1173.) & ex ductu litterarum ex κριτιστον voce semideleta forte & litteris fugientibus, potuerunt exscriptores facere πολιάστον, hoc modo, :: COM:: αστον. Sed est mera conjectura.

1430, ult. Πλέων ἐπὶ πνὰς πεζίεσ τεῖχος τὸ ἔχαλα τὸ Βοιωτίας τεῖχος Λαζηών. Hic locus in voce Λαζηών mihi videtur mendum olere, & in τεῖχος etiam primo loco positum. Nam illud non est Polybianæ elegantia τεῖχος τὸ ἔχαλα... τεῖχος Λαζηών, & male sonat ea præpositionis τεῖχος iteratio. Tum ex sequentibus patet Antigonum non navigasse τεῖχος Βοιωτίου, quod de eo dicitur, qui ad aliquem locum itineris vel navigationis finem tendit. At in Asiam vela faciebat Antigonus per Bœotiacē mare & littora. Ergo τῷ τὸ ἔχαλα τὸ Βοιωτίας scripsérat Polybitus, non τεῖχος τὸ ἔχαλα per extrema Bœotia, non ad extrema. Tum Λαζηών vox est non amplius audita, & de ea urbe vel portu vel promontorio Bœotiacē, nec Strabo, qui eam Graciæ partem curiosè exequitur, nec Pausanias in Bœoticis, nec Plutarchus, qui de sua Bœotia ubique loquitur, nec aliis denique antiquorum mentionem fecit, licet de locis maritimis, qui sunt εἰ τῷ τὸ ἔχαλα pluries meminerint antiqui. Ergo suspicor legendū, τῷ τὸ ἔχαλα τὸ Βοιωτίας καὶ Λαζηών fuit enim Larymna in finibus extremis Bœotiacē & Locridis ad Euprum.

1444, 26. Καὶ τὸ Λαὸν πολευόν. Rursus & hoc loco rescribe Ασσον.

1463, 17. Μετὰ τὸ παιστήρι τεῖχος τὸ Περγάμον. Ex sequentibus patet Prusiam non ingressum fuisse Pergamum, quando infra ait: Οὐδὲν γέ τεχνην συνέμενο οὐδὲ τὸ Σάσσανδρον τὸ βασιλεῖον σωτεροφού εἰσεληνότει μὴ τραβωτὸν εἰχάν αὐτὸς τὸς εἰσβολάς. Cum autem nihil agere posset, eo quod Sosander regis nutritius cum militibus urbem ingressus impetus eius coercedebat, Ergo vertendum erat, postquam ad Pergamum accessisset, non vero, Pergamum ingressus.



JACOBI GRONOVII
NOTÆ IN
POLYBIUM.

Pag. 6. vers. 12. Καλῶς οὐ μοῖθε διερρίμενός μέρη.] Quamvis sic veteres habeant membranæ, putat tamen magnus vir Polybium scripsisse μέλη. Sed videndum ne genuinum membranæ servent. Nam & lib. iv. cap. 4. de Babyrta & Dorymacho: ἐπὶ τοσῦτον ἵξωμεῖσθαι πάλιν τὸ τὸν φωτιὰν καὶ ταῦτα μέρη δὲ οὐ μοῖθε τῷ αφειρημένῳ. lib. vi. ex Peirescianis de Hierone: διεπήρησε δὲ πάλιν καὶ τὰ μέρη δὲ οὐ μοῖθε αὐλαῖς. Et lib. xii. ex iisdem: Τιμαῖος φησι Δημογάρλιν ἵταιρηκένα μὲν τοῖς αὖτα μέρεσσι δὲ οὐ μοῖθε. Et similia sunt v. 104. Εἰν τὸ φέρμοντον πατέρες ιδίας οὐ μοῖθε βαλανῆται, καὶ καρδίας πάτεται τὸ τὸν Ελαῖον μερᾶν αἱ οἰκεῖαι καὶ αφειρημέναν αὐτὸς ποιήσῃ αφέγοισαν.

12, 41. Εξόφθαλμον εἶναν τὸν ἀλογίαν.] Optime hæc constituit ὁ πάνυ. Tantum Basileenses admiror, unde acciverint suum ἀναλογίαν; nam ante eos in Haganoenli editione clare lectum ἀλογίαν. Sequentium vero eam interpretationem veram putamus, quam posuimus: altera non est nauic.

13, 11. Οὐ μόνον καὶ τὸν Λιβύην.] Expunge voculam καὶ, inquit magnus Isaacus. Et assentirer sane, si auctoritate scriptorum librorum à se id juberi addidisset. Sed quia retinent editiones omnes, forte scripsit εἰ μόνον τὸν καὶ τὸν Λιβύην. Id enim idem est.

16, 14. Τοῖς εἰπότος ἐπιχρέειν ἐπειδότον πείγμασιν.] Dubites tamen, an non scripserit εὐχρέειν. Certe eadem sunt libri II. initio. Πότε Ρωμαιοὶ τοῖς εἰπότος ἐγχρέειν ἦρξαντ πείγμασιν. Et ejusdem libri extremitate: Διὰ τὸν αἴποις τὸν καὶ τὸν Ιαλίαν καρπούσας Ρωμαιοὶ πεῖστον εὐχρέειν ἦρξαντ τοῖς ἵξω πείγμασιν. Et alibi.

16, 17. Τὸ κεφάλαιον τῷ νῦν αὐτῶν ἵστε εγχῶς.] Siquidem velit aliquis præsentis illorum potentie fastigium rite ac probe contemplari. Ita interpres. Atqui parum ad præsentis Romanorum potentia fastigium rite contemplandum facit scilicet, quomodo & quando cœperint meliore fortuna uti: potius ad id faceret comparatio & σύγκρισις ad alias nationes, quantum ille regnator populus istas potentia & imperii magnitudine, quantum quotidie rebus gerendis, quantum magnanimitate supergrediatur. Certe scire quomodo & quando cœperint meliore fortuna uti prodest ad nihil aliud, quam ad contemplandum caput, originem & incrementa potentiarum, ac id dicit Polybius, sicut docent & sequentia & præcedentia. Verte igitur: *siquidem velit aliquis præsentis illorum potentie principium rite ac probe contemplari.* Vide & libri sequentis caput 2.

17, 40. Μέτρα ἐπὶ ταῖς τύχαις.] Vertitur: *fortunis mediocres.* Quod de Romanis posset admitti; de Carthaginiensibus qui queat, non liquet, quum nullo tempore (si ab Hannibalis in Italia dominatu discesseris) fuerint potentiores, quippe Africa, tota pene Sicilia, multis Hispaniae partibus, omnibus Sardoi & Tyrrheni maris insulis sub ditionem redactis, ut est cap. 10. Nec tamen etiam de Romanis ferri potest, Italæ jam domitoribus & auctor ipse dicit περὶ τῆς τύχης δυνάμεων. Quid, illine fortunis mediocres dicendi, qui ita gesserunt bellum, ad quod non modo quis præsens & videns oculis, sed vel audiens obstupescat ob præliorum magnitudinem & robur duarum urbium, sicuti refertur cap. 26? quo nullum diurnius aut majoribus apparatibus & frequentioribus pugnis calibusque insignioribus patratum, ut paulo ante dixit. Adde his caput 63. & agnosces mendosæ versum, cum debuerit, *fortunis sufficientes.* nam id est μέτρα interdum, δρόκοι, ingavō. cap. 5. οἱ πεπορθόντες Δέλφοι τὸ ισορίας μετρίων σωτήσαντες. Plutarchus in Flaminino: Θησαύροις καὶ πάντῳ ήδου λόγοις, ὅντες τὴν καλύτερην, ἐπειδὴ σπλαγχνούτων γε μετρίων τὸ ταλαντόν εἴποντο. Sic patrem audivi defendantem illud Herodiani 11, 5. Πείσθη ἐπὶ τῆς ὁ Λαύρη ιστιχεῖτο, ἐπειδὴ αὐτῷ ἐπίσχει ὄντες μετρίων αὐτένεμοι αὐτῷ. Ubi Stephanus mallei & μετρίων. At Herodianus significat, et si valde corrupta esset disciplina, tamen ad hoc præfecto prætorii satis fore auctoritatis. Et ejusdem alterum locum VIII, 6. ἀπό τοῦ Καρνίλας δικλινοῦσσαν, απλήλοις σωδείῃσα ἐπινήξεος μὲν ἐμελεῖν ὥστε σκάψη, μὴ παρενθήσας τὸ Δέλφοι τε δεσμοῖς τὸ ἐπάλληλον φρουρόντων τὸ ἄνωθεν ἐπιβληφέντων, καὶ τὸ γῆς μετρίων ἐπι τὰ σωρούσθεντα. In quo laborarunt Politianus, Stephanus, Silburgius. Sic autem interpretabatur: que quia cava erant (loquitur de dolili ligneis sive cupis) *instar navium*, inter se revincta earundem modo ferrentur super aquam, nec tamen auferrentur à fluctu, tum propter vincula cratesque injectas, tum quod satis multa terra fabur-

saburrata essent. Παραθέρεσ, non est pessum ire, sed auferri. Curtius lib. 8. *Qui effugerant hostem aut impetu amnis ablati sunt, aut vor- ticibus impliciti.*

24, 29. *Πέντε μὲν ἵπποι μὲν αἱ τοῦ πάντας.*] Non hīc modo mutavit ὁ πάντα pravam lectionem, sed etiam cap. 56. hoc lib. *πέντε μὲν ἵπποι μὲν αἱ τοῦ πάντας* Ρωμαῖοις *καὶ τὸ Πανορμίτων πόλεως* τὸν ἵππον πέντε μὲν αἱ τοῦ πάντας. Ubi priores circumferebant ἵππον. Et quin optime sic consuluerit Polybio, dubitari nequit. Quod addit eam particulam sc̄e apud Aristotelem vacare, translinitto, modo ne vel ipse putaverit vel lector putet id ad hunc quoque locum proprie pertinere. Non enim hic duntaxat otiosa est, sed significat numerum non exactum, plus minusve illo numero, qui expressus est; ut alibi *χελδον* & Latinis *admodum*. Hoc libro cap. 34: *Πεντηκόσιοι δὲ ἵπποι μὲν Μάρκου φυγήντες.* Alibi: *Εν τούτῳ πέντε τοῖς πεντάτοις ἕτεροι πάνδημοι εἰσιν συνεργάται.*

24, 34. *Σωματοδόταις δὲ τῷ λιμῷ.*] Ita III, 62. *Καὶ γὰρ δεσμοὺς* εἶχεν βαρεῖς καὶ τῷ λιμῷ σωματοδόταις. Quo cuim vulgatum defendi queat, tamen magis probo Ursini *σωματοδόταις*. quippe præter locum ab eo citatum invenio olim hanc hujus loci scripturam fuisse tempore Suidæ, qui sic allegat. Et paulo infra: *σωματοδόταις τῇ Κιβοτίᾳ.* Plutarchus in Sulla: *τὸν λιμένα σωματοδόταις ἀνδρῶν τῇ γέρει τὸν αὐτογείαν εἰς τὴν πόλιν μετέφερεν.* Sed & editiones *σωματοδόταις* τὸν τῷ λιμῷ. Videtur fuisse: *σωματοδόταις* τὸν τῷ λιμῷ. nempe quinque circiter mensibus exactis.

30, 30. *Τὸν στρατηγὸν τοποχείειον ἔχοντες.*] Haganoensis cum Batileensi *ἄργεντες*, quod facile præfero; gemina plane sunt inferius cap. 34. *οἱ Καρχηδόνιοι τὸν στρατηγὸν ἀμφὶ μὲν τῷ αὐχενικῶν ἀρχείοντες ἐπανῆλθον* præterea proprium de navibus. II, 8. ἡ δὲ Τούτη *προστάτιον τὸν τολμῆτρον καὶ τὸν κατάστροφόν τον ἀγριότερον κατασκοπεῖν.*

41, 37. *Εξίκοντες καὶ τετραπέδες.*] *quatuor et sexaginta.* Ita nos reposuimus: nam in magni interpretis editione repetihas tres et sexaginta, calami aut typorum lapsu. Talia multa in illa editione occurabant, à sequutis quoque Latini contextus editoribus retenta, nunc demum correcta, quorum quedam, ne nimis cogar has notulas κεχρηματίζειν, hic colligam. Hoc lib. cap. 65. *σκοτικάτης δισμυζίων, ad duo hominum millia, ipsiis octodecim omisis.* II, 24. *Ρωμαῖοι μὲν αὐτῶν πεζοὶ δισμύζεοι, εἰς civibus triginta peditum millia, additis integris decem.* III, 34. *Πεζοὶ τετραπέδες pedites alios cιος cιος cιος, neglectis cιος.* Ibidem paulo infra, ubi narrat quae naues instructæ fuerint τολμηραντας, τείρεις πέντε, triremes duæ, remissis tribus. IV, 69. *Πεζοὶ χιλίοι καὶ Δισκογοτες ad duo millia et ducentos.* Atqui si tot sunt capti, centum vero fugerunt, jam nulli εἰναι τῶν τον Μακεδονῶν γε τῶν τον οὐρανοῦ interierunt, quod tamen asseverat auctor; quare recidi nou nil illi,

nihil. xv, 11. τὸς μισθοφόρου ἐπέσησε τὸν μετέχειν οὐτε καὶ διχλίσσειν. Secutus Livium, penitus hic numerum omisit contra interpretis officium. xvi, 6. Μακεδόνες περὶ εἰς τελεῖταις Macedones circiter mille ducenti, omisso ultra dimidium.

42, 15. Εὔγνωστοι τοῖς τῷ πολιορκεῖν.] Corrigi volunt τοῖς τῷ πελα. Incertum qua ratione: cum & infra hoc libro: εὔγνωστοι τοῖς τῷ κατεργάζειν. Et, εὔγνωστοι τῷ συγνοθερεύονται. lib. iii. εὔγνωστοι τοῖς τῷ κατεργάτειν. Et, εὔγνωστοι τῷ Διγνωσθεῖν. lib. iv. εὔγνωστοι τοῖς τῷ σωτελεῖν. Quae omnia intacta relinquunt.

43, 21. Τόν τε Αννωνὸν Ασδρύβαν.] Latina versio. Hannonem Asdrubalis F. Sed quia alias editiones in Græcis ne tantillum quidem variant, id festinationi vel παρεργίασι auctoris adscribens mutavi, ut vides.

45, 24. Πρεγναλεῖτο τὸς Καρχηδονίους εἰς Διγλύντος.] Valde displaceat fatua ista nominis proprii repetitio; & nunc video eam vocem Basiliensi primum editioni inditam, nam Haganoensis ignorat. Putem fuisse: Πρεγναλεῖτο τὸς εἰς Διγλύντος.

46, 15. Εἰς τὸν Καρχηδονίαν ἀγωνισθάτες.] Sane subintelligi potest, & debet, ἀγέντας, vel σπατεῖταις vel γωγεῖταις simileve quid: videtur tamen priora tria verba nescio quid spurii præ se ferre, & ex præcedentibus repeti, ac neque interpres agnoverit. Post paullo Xanthippum ait τελέσθω εὖ τοῖς πολεμοῦσι ἔχοντα σύμμετογν, quæ post Fr. Fabricium convertit Casaubonus, qui rei militaris usum mediocrem habebat. Æmilius Portus ad Suidam in voce ἀγωνίᾳ, in bellis rebus mediocriter versatus. Quod satis jejunum & malignum tanti ducis encomium. Florus autem, à viro militie peritissimo vincimur. In epitome Liviana vocat Lacedemonium ducem, Ampelius virum Lacedemoniorum fortissimum, Orosius etiam regem. Atqui non civis erat Spartani mediocrem habere belli scientiam, nedium ducis. Quare σύμμετογν accipio γενίτας τους, ἀγωγεῖταις, ingentiles, commodam nempe & tali viro, qui educationem Laconicam & postea exercitationem belandi sortitus erat, convenientem & idoneam, qua voce ipse Casaubonus utitur in explicandis x, 36, bis: Πολύφραγον εὔπειρον μὲν συμμέτρος δυνάμεως. Sic frequenter Polybius σύμμετογν Διγλύντος, δέσποινας, σύμμετογν λίθοι, ubi nihil minus est quam mediocres. Hæc ex ipsius Polybii scriniis petita explicatio præferenda videtur ei proportioni, quam hic quærebatur doctissimus Berneggerus, σύμμετογν referens ad ἀγωνίαν, putansque Polybium Xanthippo tribuere Γεωγίαν insignem & προστίτην haud deteriorem, quasi τὸν ἀγωνίαν constrinxerit Polybius ad militiam, cum manifeste ob duas eum felicitates prædicet. Perottus fecerat in bello non mediocriter exercitus.

46, 40. Εἰ τοῖς ἴμπεδοῖς εἴ τοποι.] Novissimæ hoc editianis est, à

est, à typis, an à præside incertum. Priors ēπικέδοις, quod omnino non mutandum, & sequitur paulo infra cū τοῖς ἐπικέδοις τὸ χωρία, quæ ratio ut Græcis propria & familiaris, sic familiarissima Polybio.

52, 37. Ως ἐπὶ τῆς Λεύκης.] præter Siciliam navigant, velut qui in Africam cursum dirigerent. Placuit interpreti hoc loco καὶ πόδας vertere; nescio an recte: nam revera, non simulate Africam sequerentur, & ὡς ἐπὶ in hoc auctore utramque paginam replet, quoium si utrumque Latine velis reddere, sententiam turbes. Hoc lib. cap. 41. ἔπλεσθαι ὡς ἐπὶ τῆς Σικελίας. Cap. 13. ὁ Δρυγούσιος αἰς ἐφ' Ηγεινάτας. Et sua, ut opinor, hoc est, nulla auctoritate edidit ὁ πάντα hoc lib. c. 29. αὐτήγονος ποιέμενοι τὸ πλάνη τῶν Λεύκην, ubi priores editi ὡς ἐπὶ, quod prorsus revocandum pytamus. Admisum quoque à Basileensibus: nam Haganoensis IIII, 23. Καλὸν ἀπρωτότερον ἐστὶ τὸ προγενέμενον αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ὡς πρὸς τὰς ἀρχέτυπας. Illi ejecerunt particulam, ut etiam Casauboniana. Nobis monuisse satis est debere relinquī, ut IIII, 47. cū τοῖς διπολίνιστι μέρεσι τὸ Αλπεων ὡς πρὸς τὰς ἀρχέτυπας.

53, 10. Πρέστι τῆς τελευταῖς.] Lege necessario περιγραφίαις: nam cum trecentas & quinquaginta naves Romani à principio deduxerint, & centum quatuordecim ceperint, conveniet optime numerus, si legeris, uti dixi; nisi superius malis rescribere καζελύσιτες Δρυγότα καὶ πεντήκοντα σκάφη, in quam sententiam videtur nos deducere Orosius: nam in eo legendum cum classe cc navium jussi Clupeam petunt, ut allegat Siginus, non ccc, ut in contextu est, cuivis patere potest.

54, 15. Αυτοῖς ἦδη Καζελύσιται πάχεια.] Scribendum αὐτές, modo Polybium audimus. VIII, 18. ὁ Δρυγαλήσιον Καζελύ πάχεια ἄλλες. XIV, 5. Ἀγριολίθες Δρυγαλήσια Καζελύνε πάχειν τὰς φαίνεται τὸ δὲ πυρός. Vel si utique retines αὐτοῖς, leges tamen πατέειν. I, 16. ἕδιον τηνάκι Δρυγαλήσιον ἀμφοτέροις Καζελύ πατέειν. XI, 14. συμβίσιται πατέειν αὐτῷ τῷ φάλαγγα τὸ προσερημένον.

55, 31. Γνάθος Σερβίλος.] In Latinis legebatur C. Servilius: sed quia fastis tam aliorum, quam quos interpres Polybio annexuit, inditum sit pronomen Cneius, calamo id donans correxi.

57, 17. Καζελύσιτες σρατηγὸν Γ. Ατίλιου καὶ Λ. Μάλιου.] Si solum Atiliū consulem dicere voluit aut imperatorem, fero: sed quid peccavit Manlius, ut collega non aquetur titulo? Rescribe oclius: σερβίλος &c.

58, 24. Καζελύταιος κέρας.] Sic quidem Polybius. Contrarium voluit interpres, dum vertit dextro hostium cornui oppositum. Sed parum apte, & agnosco festinantis errorem, cum & alibi easdem voces confusas ipse monuerit. Ideo hic quoque, ut debebat, reposui.

58, 39. Σινανγριζορύμαν εἰς οὐρανούς.] Et hoc è Basileensi transla-

translatum. Monuerat tamen Ursinus conjunctionem esse inferendam scribendumque ενεργεῖς καὶ πυκνοῖς. Neque aliter olim editum Haganœ. Similiter auctor 11, 30, ubi ferme eadem: ἄμα τῷ τὸς ἀκοντίῳ; εἰσαγόντις ενεργεῖς καὶ πυκνοῖς βέλεστ. etiam in versione sua non neglexit.

60, 1. Αὐτὸς δὲ βεργέων.] Editiones primæ ἀλλὰ τὸν βεργέων. Hiuc Ursinus voculam tertiam ejicit, idque receptum à summo Isaaco. Ut tamen constaret haec tenus se tantum consentisse, appinxit oræ libri sui, an τὸν πόρον βεργέων? Sed nihil videtur causæ, quare à vetusta lectio- ne recedamus. Construe, ἀλλὰ βεργέων δὲ τὸν, quod est αποκειμένων, ex ratione Græcorum articulo cum præpositione conjuncto. Sic oī νῦν opponuntur παλαιοῖς.

60, 39. Τοῖς αρχειρρόοις τὸν Καρχηδόνα ἀκεωτεῖοις.] Intelli- git Ερμαῖον & Ασπίδα, quorum meminit capite 29, ac sic retineri pos- test hoc verbum. Si tamen alicui magis probabitur τοὺς αρχειρρόοις, quod est in editione Haganœnsi, ei libenter manus dabo, cum in illo tam promontoria, quorum superius meminit, quam reliqua Cartha- gini præjacentia comprehendantur, quæ sane plura sunt, & recensentur libro tertio Pulchrum, Mastia, Tarseum.

61, 17. Περούποντονάρχοντες δὲ τοὺς νέαν.] Certe deest παῖ, sed nullo modo patiendum, ut id contextui adjiciatur: nam & in hujus par- ticula defectu Polybium agnosco. VIII, 12. Σωτῖον τὸν ἄμφι τὸν αφε- δίδε τὴν κενταύραν εἰς τὸ μεντεν ἐλείπεται. Eod. 20. Εισέφερε τῶν Ινείων IX, 32. ἀπόποντες εἰς τὸ φέαρ τὸν θραγεζεύοντα, καὶ αφεπονέλλοντες τὸ γῆς κελσεῖν ἀπογεγεῖλαν. X, 10. Carthaginem novam ait cingi δύο τῶν δισεων λίμνην, αφεπονέμενας τῷ τρόπῳ αἴγακον μέρες. Ita II, 61. Εἰς τὸν λόγον καὶ διγυγήν μέρον ταρπείνων τοτὲ φίλων τὴν συμβολὴν ἀνδρας αἴγακον νομίζομεν. Ubi eadem omissæ particulae ra- tio, & rectissime magnus Isaacus in interpretatione *aliquid* adjecit. Nam quod vir eruditus necessario hic inferendam vocem πτλεμῃ cen- set, esse quid hoc dicam nescio: certe ἐμοὶ κελτῇ, si ea vox vulgo inter- fereret, furcillis expellenda esset; quæ enim tunc αἴγακος in sequenti- bus: legatione 114. Φάσκων αὐτῷ αφεπεπτωκέντα θρῆς τὸ βασιλεία- δίο δέοντες αὐτὸν μέρη μέρειν καὶ τὸ παρεγνόν τοῦ Ράμη. Novi aliquid à rege se accepisse. Rechte sic interpres.

62, ult. Τῶν ἐπηδούσαν τὸν εἶς πὲ τείχη.] Omnino post secundam vocem ponenda αἴτελειος nota: nam excidit aliquid, quod in versione supplevit facillime ὁ πάντα: in Græcis idem tentare absque MSS. id vero incertissimum putavi.

66, 23. Περὸς Απίστου τὸν Καρχηδόναν σερπιζέν.] Haganœnsis Αἴγενον τὸν Καρχηδόνα. Forte fuit: απερὸς Αἴγενον ὄντα τὸν Καρχη- δόνα. Quæ vocula non hinc tantum evanuit, sed etiam libro II. cap. 28.

Ἄγε τὸν πνὰς τόπος βατώδεις ὡς εἰπολένεος τοῖς ἐφάμμωσι. Sic enim præter editionem Haganoensem exhibit Suidas, nunc participium omittunt, & plane sine causa ac contra veritatem. An præferes Αἴγεσαν τὴν Καρχὶ?

66, 35. Αὐτὸς τῶν κυδίξων, Αὐτίος ἐπηρελάσθησε, Πόδης.] *Virex honoratis, cui Hannibali nomen erat, genere Rhodius.* Ita distinguitur & explicatur. At vix participio hoc utitur Polybius, quam ubi cognomen alicui tributum refert, ut videre licet ex singulis paginis. Et quis dixit eum fuisse genere Rhodium? Censeo distinguendum & explicandum, Αὐτὸς τῶν κυδίξων Αὐτίος, ἐπηρελάσθησε, Πόδης. *Vir ex honoratu Hannibal, cognomine Rhodius.* Talia enim cognomina Carthaginensibus non insolita. Alibi sic meminit Μάχων οἱ Σαυρίτες αὐτούς οὐδέποτε, nec tamen inde sequitur eum genere Samnitum. Sic Romanis Cato Uticensis & Græcis Apollonius Rhodius, quæ tamen non significant patriam.

68, 8. Επιαφεδινεῖναι πάσι.] Non videtur assoluta versio vim verborum Græcorum. Neque enim Hannibal se celare voluit, neque quo minus ipse videretur, vel ab oppidanis vel à circumjacentibus oppugnatoribus, hæc una turris potuit cavere. Sed Polybius ostendit, quis esset tutissimus in portum eum ingressus: nempe si versus eam turrim ita intenderetur cursus, ut ea velut opposita navigantibus adimeret conspectum turrium Africæ imminentium. Verte: *in conspectu esse cœperat, à partibus in Italiam spectantibus adigens navem sic dirigerbat proram contra turrim mari proximam, ut ea turribus in Africam converfis obstaret.*

82, 19. Απαξὲ δι' Ἰερὸς ἐγκλίvantes, ἐντοῖς.] Melior verborum ordo videtur esse in prisca editione, οἱ δὲ απαξὲ ἐγκλίvantes, δι' Ἰερὸς ἐντοῖς &c.

84, 25. Περσιδερέην ἢ καὶ σωτέλειαν.] Quod hanc vulgata lectionem vocant, nec eam abhorre à stylo Polybiano dicunt, falluntur penitus. Neque enim hæc vulgata lectio est, sed correctio non necessaria: tum nihil magis hac imperfecta locutione abhorret à stylo Polybiano, nec simile quid usquam invenietur. Hoc videtur fateri vir summus, qui voluit Græcis addere vocabulum, ut fecerat Latinis. Sed & falsum est plus hoc tempore quam opus esset adinventum fuisse: nam & in præteritis præliis majorem navium numerum deduxerunt Romani, per quas tamen finem bello statuere non potuerunt; quod ne nunc quidem potuissent, nisi fortis fortuna mirabiliter adspirasset. Sincerissima est Haganoensis & Baileensis codicum scriptura, περσιδερέην ἢ καὶ σωτέλειαν, scilicet χρονία quod nomen tantum quod præcedit; nempe quamvis nihil esset in æario, inventum tamen esse tantum, quod sufficeret debellando. In quo nil ὑπελασ.

84, 35. Περὶ τῶν χρήσιμα τῶν ἐποίησεν.] Sermo est truncatus: deest λαζάρος, aut tale quid; vel scribendum ἐπειδή P. νεώς: vel forte reformandus est ad verba superioris capituli 20. πάτητον χρήσιμα τοῖς τούτοις ποιέσσει τὸν ἀποτέλεσμαν.

86, 1. Περὶ τῶν Αἰγαίου νῆσον.] insulam Αἴγαστην, Αἴγατες vocant alii. Non placet hoc interpretis glossemation, ut vocat, Phil. Cluverio, in Sicilia antiqua p. 420.

Ead. 9. Φοργὴν ἀνευργητόπερον] Alleveram margini, forte γενινέονται, & ostenderam aliis; nunc Suidæ aetate ita lectum video, qui sic citat in voce φοργῆς: quo magis etiam in eo confirmor. Longe aliud est κατερρέειν. IV, 57. καθορμίζονται περὶ τὸν πόλιν κατερρέονται πολεμόν.

93, 22. Καὶ τὸν πεῖσμαν χρόνον.] Conjicio legendum: τὸν ἐπειδή χρόνον. Perpetuo enim ita Polybius, ὁ πεῖσμαν χρόνον, & ὁ αὐτόπειρην χρόνον. Sic quoque corrigendum in legat. LII. πάλαι μὲν οἱ Μεσσηνοὶ κατεπειναγμένοι τὸν ἐπειδή χρόνον τὰς πολεμώντας. & nunc ita edidimus. nam ibi vulgo est χρόνος.

97, 14. Εἰς ἀδύνατον εἰσειλαόντες τὸν Διολύνον.] Perrottus: denique quotidie novi aliquid, quo bellum moverent, reperiebant. Casaubonus: per conditiones qua fieri non poterant, pacem impeditentes. Sane alibi Διολύνον τὸν ὄντων recte sic intelligi fateor: hoc loco si quid video, aliud vult Polybius, respiciens Διολύνον τὸν χρημάτων & δόψιν. Ita in sequentibus: ἀγωνεῖτε πέσος τὸν Διολύνον τὰς πολεμώντας τὸν ψωνίαν. Rursus: τὸν Γέσκωνα τὰ μὲν δόψιν Διολύνειν. Et, ἀσε μὲν πόλεων Διολύνον τὰς πολεμώντας τὸν ψωνίαν τοῖς μιθοφόροις. Itaque interpretor: extendentes solutionem in eam summam, qua solvi non poterat. Id namque est εἰσειλαίνειν. Justinus XI, 4. Quorum pretium non ex euentum commodo, sed ex inimicorum odio extenditur.

98, 22. Αχαριῶν εἰς μὴ τίπην τοῖς ἵστοροις τὸ λοιπὸν δίκιον.] Metus supplicii anxius: quæ interpretatio nihil plenior Perottinâ, supplicium formidabat. Vertendum: veritus, ne & quod ceteri peccaverant, ipse lueret.

102, 5. Τοῖς τῷ τῷ χώραν πικράτῃ χειραψέσσεις.] Interpres τὰς τοῦ τῷ χώραν reddidit rusticos & agrestes, quasi hi opponerentur τοῖς εὐ τοῖς πόλεσι. Sed male; de illis enim utrisque singillatim ante egit, nunc generaliter tantum pronunciat Carthaginie conspicuos suisse, qui tributa ab Afris amarissime exigendo, suæ urbi abunde subsidia pararent, tam agrestibus quam urbanis. Ut lib. x, 33. Carthaginenses ἵστορας εξεργάτες τοῖς τῷ τῷ χώραν, ubi recte attendit interpres non intelligi tantummodo Hispanorum agrestes & rusticos. Verte igitur: subjectæ regionis incolas acerbissime tractarent.

105, 10. Εἰκῇ τοῖς ωρίζολόντως.] Editio Haganoensis quoque ωρίζολον.

λογίσως. Sed quia libros MSS. habere *αὐλόγιος* testatur maximi viri manus, ne dubita, quin & sit Polybii. Ita compositum *αὐλόγιος* & *εἰκῆ*. vi, 44. *Αθηναῖον πολίταιν* *καὶ τοὺς αὐλογίστας* *ρασῶντας* *εἰκῆ πόσ καὶ* *αὐλόγιος* *εὑρίσκεται* (*Φάλαρη*). Et cap. 54. *Πολλῷ* *ἐπὶ μελον* *οἱ γυναικὲς* *εἰκῆ καὶ* *αὐλόγιος* *εὑρίσκεται* *αὐτές.* ix, 17. *Εἰκῆ καὶ αὐλόγιος* *βιαζόμενοι.* At *εἰκῆ καὶ αὐλογίσως* vix semel jungit, et si alias ei sit satis usitata vox.

104, 7. *Οὐδὲ τὰ ἔφοδον οἱ πολ. ωτομεῖναι.*] Hanc lectionem nobis dedit *ὁ πάντας* Isaacus: & si eam produxit ē MSS. non est quod vitilitigemus. Sed cum editiones priores habeant *οἱ πολέμους μίξη*, sane levius fomentum est ab Ursino adhibitum scribendo *μεῖναι*. quod non respuit in hac significatione Polybius. Sic vi, 4. *ὑφίσηται* *ἐπὶ καὶ μέρῃ* *τὰς ἐπιφοργὰς* *τῶν αἰλούρων* *ζώων.* xvii, 18. *Μὴ παρῆσται καμέρῳ.* *Ζ μέρεσιν οὐκέτι οἱ βαρεβαρεῖ*, exclamat Philippi exercitus. Eodem lib. cap. 25. *Οὐδὲν αὖ ωτομεῖναι καὶ πέσσωντο, γεδὲ μεῖναι τὰς ἔφοδον αὐτές.*

109, 1. *Πλήρης ὁρμῆς πολεμικῆς.*] Idem elogium libro III. de Hannibale in iisdem verbis. & rursum eodem lib. de Magone, *ὄντα* *νέον μὲν*, *ὅρμην* *ἐπὶ τὸν πολέμωντον* *αὐτὸν τὰ πολεμικά.* Magis tamen huic loco congruit priorum editorum lectio *ὅρμης βασιλικῆς*: non ut accipiam de nobiliore & minime vulgari indole, sed ut Polybius inducat Naravasum considerantem, non solo iurum Carthaginientium causam hic agi, sed omnium principatum: esse nunc comprimendas improbas servorum & mercenariorum spes exempli causa & stabiliendæ cujusque majestatis ac dominationis. *Βασιλικὴ ὁρμὴ* in oppositione servilis ferociae. Inferius pag. 111, 2. doleo expulso verbo nihil *αὐθιγλελειμμάτων* non esse impressum *παραλαγμάτων*, quod sagacissime excitavit magnus Isaacus.

A D

LIBRUM SECUNDUM.

Pag. 125. ult. *Ἐνοίστω ἐπὶ ψυχώντες.*] Hæc scriptura à Basileensibus in margine posita est: editio autem utraque, quarum certe altera ex MSS. prodiit, *φανόντες* habet, unde appetet Polybium adhibuisse simplex *ψυχώντες*, quod nulla causa est cur recusemus. 1, 13. *ἐπὶ καὶ φαλαῖρων φανόντες καὶ τὸ οὐαχές τῶν απειρημάτων.* iii, 32. *Τῶν* *ἐκείνων* *μηδὲ φανέντων αὐτές δύνασθαι.*

127, 20. *Περιόντων πέδης τὰς αὐτὰς.*] Explicant, ut commodum ipsis est: me auctore desiderare hic locus non potest *ωροσίοντας*, & infra *ωροσίοντας* pro *ωροπαθέας*. x, 4. *καὶ τὰς τεραπεγωρδούμενάς πέδης τὰς αὐγερανομίαν.* Quin & in legatione cxli. edidit ipse Isaacus. *ώσε* *μέντε γελιαρχεῖς τεραπεγωρδέας πέδης τὰς δοχήν τας μεριάς* cum Fulvius exhibe-

exhibuerat πεσοπορέας. Similiter x, 24. τοῖς οὖταις πεσοπορεύομένοις πέδος πάντας ἀρχὴ τῶν κοινών ἔννοιαν λεγείαν πονούμενον. iv, 26. Περιστελλόνται γέ τοι βασιλεὺς πέδος τῶν βασιλών. Ubi quidam editi πεσελήνονται. Sic facile hæc sunt confusa, & pro sensu à lectori discernenda.

130, 2. Μικραὶ καὶ βροχεῖαι.] parva interpretantur εἰς ad breve tempus subsidia. Sed nihil prohibebat ad longius tempus illa imitti, modo essent satis numerosa & hostibus resistendo. Immo per vocem βροχεῖαι, notantur tarda auxilia: quia potentiores urbes aberant longiusculæ à mari, ideo multum temporis intercedebat, pritisquam litorei homines illas de invasione certiores facere possebat, illæ auxilia cogere. Fortasse igitur scripsit, βροχεῖαι: ut sint parva & tarda. vii, 6. ἦν δὲ σεῦνς. καὶ κορυφαῖς ποιεύμενον τῶν κορυφαῖσιν, βροχεῖαιν οὐκέται γίγνεται τῶν ἐπικρεπίων. ix, 35. οὐ καὶ πάτε βροχεῖαιν οὐκέται γίγνεται τῶν κομιδῶν τῶν δυνάμεων. Scipio apud Livium 29, 25. Emporia classe peti jussit, quia prius, quam Carthagine subveniretur, opprimi videbantur posse. Sed neque τοῖς περιεργοῖς Graeca syntaxis tolerat, et si mirabile hic interpretis ingenium agnosco, ut commoda essent Latina. Igitur, ut libro primo hæc confusa ostendi, ita hic necessario legendum dico τοῖς περιεργοῖς, & sunt ipsi cives respiciendi τῶν ἀρχαῖων οἰκεῖατες.

132, 4. Χάρειν διπλίδοντας τοῖς βοηθήσεσσι.] Illis qui auxilio fuerant. Legit ergo interpres βοηθίσσωσι, quod miror eum non expressisse, cum ita ediderint Haganoenses.

137, 18. Λοιπὸν ηδὴ προδίως ἐχρίσατο τῇ πολιορκίᾳ.] Versum, ac cetero facilem victoriam habuerunt. Oto quam? Si de navalı Illyriorum contra Achæos, insipida repetitio est. Si de Corcyrensi, jam non cohæret oratio sequens, quæ debebat tunc esse Corcyrenses enim. Sed neutrum vult auctor. Omnino muta: de cetero facilem obsidionem habuerunt.

141, 22. Διὰ τὸ τῶν δύο τῶν Κελτῶν φόβον.] Sic editur, & in casauboniana & eam antecedentibus. Necessario tamen legendum 2^{alg.} τὸ τὸ δύο &c. quod nescio cur non animadversuni.

144, 32. Αγῶνες.] Quia horum Agonum nusquam mentio, suspicatur Cluverius corruptum esse vocabulum, sed utrum Συλλασῶνες, an quid aliud ab auctore fuerit prescriptum, non facile dixerit. Lib. 1. Ital. p. 100.

145, 7. Εῶς τὸ Αἴγαντινον γένος.] Non pertinuisse eo usque Liguras existimat Cl. Holstenius: ideo corrigit Πηνίων, pag. 3. ad Cluverii Italiam.

146, 7. Παδδα.] Cluverius ex aliis auctoriis legit Παδδών. Lib. 1. Ital. p. 420, quod tamen jam ante notatum Ortelio.

147, 9. Περῆπε καὶ οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς Γ. Π. κείμενα.] Casaubonus: C. C. 3. ad Pa-

ad Padi ripam, quæ solis ortum respicit, primi sedes posuerunt. Indigna sane tanti herois ingenio interpretatio. Rectissime Cluverius: *prima & quæ circa Padi exortus sita sunt loca, Lai &c. Lib. i. Italiam cap. 23.*

147, 24. *Aværes.*] Hi quinam fuerint, aut qua Gallia ex regione in Italiā transgressi sint, apud nullum auctorem se dispicere ait Cluverius. Postea addit circa Placentiam oppidum ac Padi Adversaque confluentes gentem se non reperire, nisi quos Polybius inter Liguras & Boios ponit Ananes. Quorum vocabulum utrum sic satis probum sit, an vero rectius postea scribatur *Aræværes*, aut etiam *Aræpæves* sive *Aræpævæci*, plane nihil dum sibi liquere. Tandem se crediturum *Aucæpæves* fuisse, nisi obstaret Livius. Ultimo concedit in *Aræpæves*. Sic ille fluctuat lib. i. Italiam cap. 27.

147, 26. *Aizwæres.*] Sigonius hos eosdem putat, quos alii vocant Lingonas. Quod Cluverius cap. 22. libri i. Ital. adeo asseverat, ut deinceps semper, allegans Polybium, citet *Aizwæres*. Perottus *Eganes* vertebat. Nescio autem ubi mens fuerit Ortelio, cum scriberet Lingonas Livio esse inter Padum Alpesque. Quod si ita esset, certe doctissimi viri in hanc conjecturam non ivissent.

150, 17. *Λευκίς οὐ στηναὶ τελεστόνων Μάνιον ἐπιγρέποντο Κόρεον.*] Cum occisus fuisse L. Consul, in ejus locum M'cos. est suffectus. Hujusmodi ex versione Sigonius, Onuphrius, Calvisius bellum Gallicum conjiciunt in annum ab v. c. 469, quo L. Cæcilius Metellus C. Servilius Tucca consules fuerunt, & Cæcilio occiso sufficiunt M' Curium Dentatum iterum: quem & quater consulem faciunt: cum fateantur in libro Cuspiniani anno demum 478 ponи: DENTATUS II. & sequenti, DENTATUS III. Atqui Polybius non ait Lucium consulem cecidisse, sed στηναῖν, hoc est, prætorem, quem admodum & Liviana epitome lib. 12. & Orosius lib. 3, 22. cum vocant: satisque ostendunt functum eo honore post consulatum gestum a. 470. P. Cornelio Dolabella Cn. Domitio Coss. Tum igitur, quod ambo Coss. alibi occupati essent, adversus Gallos Arretium obdidentes profectus cecidit, & in prætura ei suffectus est Manius: sed rei bellicæ nihil gessit, quia mox relictis rebus adfuere consules. Nec negat hoc Polybius, & ex his ipsis interpretandus est, ut ad Orosium quoque notavit & in Perotto hunc errorem reprehendit doctissimus Fr. Fabricius. Hoc mecum communicavit Pater.

152, 26. *Εν Γαλατίᾳ τὸν Πικεντίνων.*] *Gallie Cisalpine agrum Picenum.* Credo, voluit scribere *Cispadanæ*: nimis enim absurdia istis temporibus hæc distinctio.

160, II. *Eis Πίκας.*] Admodum imperfectus Latinus contextus, quia in eo hæc verba neglecta sunt. Ergo adde.

161, 35. Ταυρισκος τοις της ιππηις παδες οντες Βοισις.] *Tauriscos & populos Transpadanos.* Nescio qua ratione motus ο πάντων ita dubie vertere maluerit, quam Graeca verba sequi. Ita enim nulli fuerint hic Cispadani, cum tamen Boji maxime concitores belli fuerint. Verte καὶ πόδας, *Tauriscos & citeriorem Padiriapam* (respectu Romæ) habitantes Bojos.

162, 7. Περὶ αὐτὸς ἐξηγούσον.] Hoc Casauboni est. priores εἰσέταξον. Sed nisi fallor, voluit scribere ἐξηγεῖσον: nihil enim illud præstat, & hoc verbo uritur quoque xvii, 14. Τὸς μὲν Γυργεὺς τοῖς ὄχεῦσι τοῖς σκυνθοῖσιν καὶ ὡμαντοῖσιν.

166, 10. Τὰς Παδίας καὶ Παδες πολεμεῖ.] Vulgata exemplaria & interpres, qui vertit *Padusa*, multum reprehenduntur hujus mendi ergo à Cluverio in Italia antiqua. Et quod ad interpretem, jure agere videtur: vulgata vero exemplaria injuste arcessit, quorum nullum excepta novissima editione ab illo inspectum dico. Iple corrigit Τὰς Αδηας καὶ Παδες πολεμῶν. Atqui tam Basileensis quam Haganoensis Τὰς γε Αδηας, planissime, & quod tanti feci, ut revocarem. Ne alterum pari fiducia adsumerem, effecerunt verba libri 111, 69. μετέχει οντες Παδες καὶ Τρεβια πολεμεῖ, quamvis & Cluverio assentiar, & illo quoque loco emendari velim. Idem vir doctissimus pro *Macedonias* censet legendum Πλακενίας.

169, 11. Η μετέχει κατὰ τὰς Φ Παδες καὶ οἱ Αλπεῖσιν ὄρην.] Cum superius tam dilucide Insubriæ situs ab auctore monstratus sit, nempe eam esse ab ea Padi ripa, quæ Alpes respicit; nunc vero agat de urbe, quam ea regio continet, admodum mihi betisflare videtur eandem descriptionem attribuens urbi, quam ante apposuerit ejus circumiectæ latitudini. Et auderem de hac pronunciare gravius, nisi apud Stephanum viderem easdem voces: Αζίφα, πόλις μετέχει Φ Παδες καὶ οἱ Αλπεῖσιν. Certus sum aliquid latere.

169, 17. Εἰς τὸν οὐρανὸν γέρανον.] Quarta vox & sensum & accentum manca est. Interpres *in ditionem Romanorum*: quomodo etiam Cluverius vel connivens vel melius quod diceret non habens, aliquoties citat. Et sensum quidem hoc permittere video, non vero Graeca verba. Frequenter apud Polybium οὐρανὸς sunt milites, nunquam hostes & multo minus Romani, nisi quid forte antecedat: & sic pro consulibus sumi posse non nego. Sed consulum ditionem vel Romani exercitus dicere, & tum in genere populum Romanum intelligere οὐρανὸν γέρανον est, quam ut tolerari queat. Ortelius in Lexico & mapamishinc Andros populum fingit: sed utrum Polybius οὐρανὸς an οὐρανὸς agioverit, ipse haud facile dixerit. Adhuc mihi placet mea conjectura, scribendo οὐρανὸν, quorum supra meminit attribuens illis id spatium, quod est inter Liguras & Bojos prope Clastidium ad dexteram Trebiæ

ripam. *Avaros* eos vocat, non *Anianes*, ut temere Casaubonus: neque affentior Cluverio, quia non occurrit nomen Ananum, per infinitas conjecturas eunti, & Anamanes tandem ponenti: certe quicquid de iis affirmat, ea quominus ad Ananes transferantur, nihil impedit. Plura sunt à Polybio adducta, quæ in superstibus aliorum auctorum reliquiis non invenias. Immo & cap. 32, ubi nunc legitur *Avaros* & versum est *Anamurorum*, Perottus offendit aut saltem suspicatus est, *Avaros* interpretatus *receptisque in amicitiam Ananibus.*

179. 9. *Keparia.*] Disputatur de hujus urbis nomine, & volunt *Keparia.* Sed sane, quod ad Polybium, quia numeratis XII. urbibus, & earum sub Macedonum & tyrannorum jugo fatis, dicit postea Achæos μελανούσας αὐτὸς ἡρέσας συμφορεῖν, ac primos pœnitentium recentet Δυρραις, Αιγαις, Βερεας mox *Karpasias*, qui antea inter se fœdus habuerant, satis hinc videtur evinci à Polybii manu nil aliud profectum, quam *Karpasia*, unde *Karpasias*, ut à *Melaneia Melanensis.*

179. 31. Διόρθος & δὲ σῆλης &c.] At qualis hæc causa est; non exstat columna, quia quatuor urbes accessere? Contra non credibile est has IV. urbes consensisse, nisi erecto aliquo lapideo æneove cippo, ut solitos in fœderibus facere Græcos vel apud solum Polybium særissime invenias. Locus omnis male transpositus est, quem posthac ita leget: Πλαταις; γδὴ μεναίχνες γέτοι ἐμφυτεῦσι δοκεῖ τοῖς Ελλησι. Διόρθος & δὲ σῆλης ταπειχθεὶς συμβαινεῖ πόλεων τέταντας συμπολιτείας. Περὶ δὲ τῶν εἴνεσθων τοπεισθεὶς Ολυμπιαὶς τοὺς εἴνετον, κατέδιῃς ἐπίνεια περεῖτον, αὐτὸς ἡρέσας μελανούσας συμφορεῖν. ταῦτα δὲ τοῖς Πύρρος Διδόσασις Ιγλιαῖν. νῦν πεῖται μὴ οὐδέποντα Δυρραιοῖς, Πατραις, Τελταιαις, Φαιρεῖς. Merū δὲ ταῦτα &c. Quorum numerus per *Antigonum mirum* in modum tempestate illa auxit inter Græcos: quamobrem ne columna quidem illa exstat testis consensus harum urbium in eandem reipubl. formam. At circa Olympiadem cxxiv. &c. Regis enim istius & tyrannorum erat præcipuum, abolere libertatis & felicis conspirationis memoriam. Sic nihil est salebroſi. Debeo autem hoc publicis patris diatribis, cum de Achæorum republica disputaret. Sed & in prioris editionis Latino contextu & indice Tri-tænæs non videoas; nunc addidi quia & libro IV. cap. 60. eosdem vocata ἔργης; & τὰν Αχαιῶν οὐσιαζεῖται, ut ambigi de iis nequeat.

181. 8. Τετράτοις δὲ ὑστεροῦ ἔτη.] Versio hoc loco partim intollerabilis, partim semiperfecta. Nam primo credibile non est τὰς *Karpasias* quatuor continuis annis prætoram egisse, quia singulis annis eam militari Achæis placuit. Ait enim primo duos prætores cum scriba cretis εἰς τὰς οἰκιας (hoc est, ut hoc anno ex illa, sequentibus ex alia civitate hi eligerentur. Sic lib. vi. δει τοῦ λόγου ἔτης εἰς τὰς οἰκιας τοῦ λογοτεχνοῦ) idque tantum xxv. annos durasse. Quod si non nisi post

quatuor

quartum annum comitia habuerint, jam ne semel quidem facta est; quod cum Polybii narratione non coit, quæ saltem semel factum orbem indicat. Nam delata ad unum potestate tantum annuam fuisse præturam mille locis probari potest, & Marco ad quartum annum continuatam præturam nusquam legitur. Deinde subobscurum est quod ait Marcum in prætura egisse quartum annum, cum Aratus patriam suam reip. Achæorum attribuit; octavo deinde anno post rursus factum. Quando igitur prima vice fuit factus? Confer Græca, & sic vertendum dices. Eoque honore primus usus est Marcus Carynensis; quarto deinde anno post hujus præturam Aratus Sicyonius; (scil. eo honore est usus) qui quidem viginti demum annos habebat, sed jam patriam jugo tyrannidis erectam virtute sua & fortitudine attribuerat Achæorum reipublica. Suspicio autem legendum, Σικυώνιος, δοκεῖ.

181, 27. Τῷ αὐτοτέρῳ τῷ.] Hoc intelligi nequit. Lege, αὐτοτέρῳ, idque videtur advertisse interpres.

185, ult. Καὶ σωματι.] Edidi, ut voluit ὁ πόντος, quamvis mili sufficiebat sententia scriptoris & auctoritas Suidæ. VIII, 12. Bolis δοκεῖ σωματικῷ τολμαν αὐτοῦ βολον.

192, 29. Εἰς Θετταλίαν ἔτ' ἦν, Διοπινύχιδρον.] Nihil vitii in his suboluissim, absque scripturæ varietate fuisset. Haganensis ὃς εἰς τηθαλίαν ἔτ' ἦν, Διοπινύχιδρον. Basileensis ὃς θετταλίαν ἔτ' ἦν, Διοπινύχιδρον. Inde Ursinus ex ingenio, ὃς καὶ θετταλίαν ἔτ' ἦν, Διοπινύχιδρον. qui tamen testatur scriptum librum habere ὃς εἰς θετταλίαν Διοπινύχιδρον. Igitur hæc nunc vulgata ἡ πόντος Isaaci est, in qua tamen jam olim desideravi, quo adventurum Cleomenem rex expectarit. Nos hunc sensum putamus. Colligebat Antigonus, postquam audivisset Cleomenem pluribus Peloponnesi urbibus occupatis Isthmum insedisse, eum primo tempore se juncturum cum Aetolis, & de Thessalia totaque Macedonia ipsi controversiam facturum (quod per Nicophanem ei Aratus vere prædixerat cap. 49.) quippe qui Achæos variis jam cladibus debilitatos vilipendebet, & cælo Antigono eos omnia concecluros opinaretur. Quem plannissimum sensum illa varietas certo præxit, & lege: ὅσσν γέπω παρεῖναι τὸ Κλ. μῆτρα διωγμεως εἰς θετταλίαν, Διοπινύχιδρον &c. vel si placet magis διωγμεως ὃς θετταλίαν quod proprius Basileensem accedit: nam frequentissime sic eam particulam usurpat hic auctor, & passim Græci. Ælian. VIII. var. hist. 2. ἡ πόντος αἰσ αὐτήν. Non est quærendum, An αὐτὸς αὐτὸν legendum sit, non magis quam libro XII, 1. ἐξιστεῖ αὐτὸν &c. γέπω εἰσαλιθρῶν ὃς αὐτὸν παρεῖναι αὐτὸν.

196, 32. Κατὰ τὸ Καλαύδιον αὐτοῦ.] Conjicio, sed augurio certissimo, Φωλεσιν. IX, 17. eandem rem narrans: Κλεομήρος αὐτοτέρῳ Διοπινύχιδρον εἶναι τὸν τῶν Μεγαλοπολιτῶν πόλιν, σωμετέξαρτον τοῖς

πὶ ταῖς φυλάττεσι πὸν κατὰ πὸν Φωλέον καλέμφρον, νυκτὶς ἔκειν.

196. i. Παρὰ τοῖς Μεγαλοπολίταις.] *Neque apud Clitorios, neque apud Megalopolitas.* Ita præcedentis editionis auctor in his artibus versatissimus: sed ipsum sibi parum in hoc placere ostendit ejus verio & compunctus obelis liber. Viri tamen insignes, ad quos id pertinet, defendunt versionem, & debuisse pro τοῖς suppleri Κλιτωρίοις cuivis liquere ex sequentibus, nec si *Lionenses* à Perotto commentos reperire possi nus, sufficere, cum Clitorios plane nominet infra Polybius. Sane nobis hæc verio allubescere nequit, ut nec cuiquam assueto veteribus, quibus mos non est tam inepte de iisdem contraria dicere. Solent illi de pluribus idem narraturi, si interea uni eorum aliquid singulare contigerit, eum silentio transire, & relatis demum omnibus istum casum referre, quasi certa quadam connectendi ratione & particula urentes Latini *nam*, Græci *γάρ*. Ovidius VIII. Metam. 530. de planctu à Calydonis in edito ob Meleagrum & patris mærore loquitur; cum non minus deberet ac vellet etiam de matre referre, de ea tacuit, quia nempe præter cæteros illi aliquid singulare acciderat. Quare narratis omnibus addit:

Nam de matre manus diri sibi consicia facti

Exegit pœnas acto per viscera ferro.

Simile invenies apud eundem xv, 487. de Numæ morte. Revise & patrem ad Livium 29, 8. Sed & Polybius x, 4. Scipionem ait curavisse solam matrem, cum tamen & ipse pius esset & patrem haberet vivum: igitur addit, *Ἐ μὲν γὰρ πατέρα πότε τῷδε οὐνισσεν εἰς ληγεῖσαν.* Igitur non eosdem bis nominant, sed postea demum de illis adjiciunt, quod natura docet. Ita hoc loco auctor referens in Megalopoli sevissime consuluisse Cleomenem, dicit ob eam potissimum id factum causam, quia nec Megalopolitanum nec Stymphaliorum quenquam largitioni aut prodictioni patentem invenire potuit: nec dissimiles fuere Clitorii, sed ne hos simul eadem gloria digner, inquit, facit scelus illud Thearcis. Hæc versionem satis subruunt. Et *Lionenses* quidem nulli sunt, certe haec tenus ignoti; sed cum editiones habeant, *Λιονεῖς*, Ursinus *Λιονοῖς*, vide num auctor scripsit *Διοπῆται*. Certe ad literarum apices proxime accedit. Stephanus *Διόπη πόλις Αρησιδίας, οἰς Φερεκύδης. τὸ ἐθνικὸν Διοπάλιον.* Literas Δ & Λ confusas hoc modo vide in Legatione 32. apud Ursinum.

Ead. 29. *Υφ' ὑμῶν γραφομένοις.]* Sic ultima, sic priores editt. tamen prorsus requiritur ὑμῶν, quod & Perottus & Casaubonus sunt interpretati. Itaque hoc recepimus.

602, 18. Τὰς μὲν Καλάμας.] Scio Pausaniam & ex eo Stephanum meminisse Calamarum: admodum tamen ambigo an non scripserit Θαλάμας quod ante occupatum nunc rursus recipere voluit Lycurgus.

Situm

Situm quoque hujus nominis castellum videtur fuisse fere in confinio Eleorum, Messeniorum & Spartanorum & per id voluit se Lycurgus cum Pyrrhia conjungere.

604, 37. Αὐθρολόχῳ.] Nomen hujus viri à prioribus omissum, addendum monuit Ursinus: cui paruit ὁ πάτερ in Græcis; quid igitur prohibebat etiam in Latinis?

607, 33. Τῶν δὲ τὸν Ἀλέξανδρον διέγεις ἐπιστεούσαν.] Eodem irrumpte mox Jason. Quoquid à veritate, hoc est, Polybio remotius? Ocius corripe *Alexandro*. In obsidione Thebarum Phthioticarum: σωμαχθέντας δὲ κατεπελταν μὲν ἕκατον πεντήκοντα, catapultis centum & triginta, omissis viginti.

612, 1. Φίσσας σὸν αλότερον εἶναι.] Legendum αλότερον. Hoc poscit Polybiana scribendi indoles. Supra cap. 25. Καὶ σωματοκεφαῖς καὶ φίσσας ἔτοιμοι εἶναι. IX, 26. Εγὼ διηλογῶ σύνθετον εἶναι. XV, 6. Φάσκων ἔτοιμοι εἶναι συμπορθέας τοὺς εἰς λόγους. Legatione LV. ἔθασκον μὲν ἔτοιμοι εἶναι τοὺς πάν τοις διακαλύπτειν. IV, 84. Τυχῶν δὲ τετταύς, διελέγετο. Φάσκων εἶναι δυνατός επαγγείος &c. Neque enim audio viros doctos, qui vocem Φάσκων inde abigunt.

621, 36. Αὐλον Τερέπον &c.] Assumit Casaubonus lectionem Fulvii; in qua tamen errore deprehenso prænomen fecit, ut debuit Γάιον. Editiones πῶλον. Vide an fuerit Κατέσησιν σρατηγὸς αὐτῶν Γ. Τερέπον καὶ Λαζησιον Αιμίλιον. Proculdubio illud Γ quod est Γάιον, minuscula scriptum exhaustus præcedens litera. Sic 1, 30. Καρχηδόνιος σρατηγὸς εἰσατῶν εἴλοντο δύο.

A D

LIBRUM SEXTUM.

Pag. 631, 20. Τὸν τῇ σωματικῇ.] MS. τῷ κατὰ σωμ. Lege. τῷ καὶ τῇ σωματικῇ.

632, 38. Σωματικτῆς μὴ τῷ πέλας.] Quem Polybius ultimis verbis designet, non puto esse τὸ βλασphemὸν & qui gratiam reddere debebat, ut videtur velle interpres mire & obscurevertens, simul alterius vocem indignantibus cunctis, sed τὸ σώματος, & cui gratia debebatur: illis enim qui patiuntur iniqua, auctor solet alios σωματικτοῖς dicere. IV, 7. Διακόσιοις τῶν λεγεμόνων καὶ Σωματικτῶν μὲν τοῖς Πατριαιεῦσι καὶ Φαραιεῦσι. IV, 76. Τοῖς δὲ σωματικτῶν οὐ περιθέντοις τοῖς μαστιγώμοις. Verterem: simul proximi indignitate motis.

636, 20. Τῶν τῶν αὐτέρων αὐδίκιαν.] MS. τῶν αὐτέρων: quod an sit rejiciendum, delibero. II, 9. Τούτη ἵποκράσσου λέμενος τῶν αὐτέρων.

637, 4. Δια τὸν αὐτὸν δόστης τυχάνειν, τὰς τοις φθείρεσι τὰς σοιας.] Hæc distinctio est in postremâ, hæc in Basileensi editionibus, sed ut puto depravate, cum necessario distinguendum sit: τυχάνειν τὰς τοις φθείρεσι.

Ead. 36. Χωρὶς ὁργῆς ἀφένει.] Versum quasi legeretur ς φθόνος.

642, 14. Η ὡργὴν φορδίλω.] Suscipiendum ve aliquid. Sic ὁ πάντα. Musculus aut accipiat. Neutrum capio. Quid enim, qui conciliandi pacem, hortandi, imperandi, aut bellum indicendi causa mititur, an non mittitur ad suscipiendum aliquid? Vix potest aliam ob causam legatio decerni. Ego fateor me expediri ægre posse, nisi legas ἡ ὥστην φορδίλω & interpreteris aut ad accipiendos in societatem vel deditioinem. Quod unicum legationis officium in his verbis desidero, idque ad senatum pertinuisse patet ex Campanorum exemplo apud Livium VII, 31. Eodem pertinere videntur decem legati militi soliti more majorum ad ordinandam novam provinciam.

641, 24. Νῦν ἡφαῖν λεγαμένω.] In utraque præcedente est ἡφαῖν, quod nihil esse vel ipsi interpretes probant: quare non sustinui non corrigerem.

643, II. Πῶς γδ̄ εἰκός.] Vox ultima in MS. desiderabatur, quod ipsum non videtur abhorrere à Polybio. II, 38. Δῆλοι αἱ τύχαι μὴ λέγειν καθαρῶς ἀντὶ εἴη πεπόντον. Φαῦλον γάρ. Et cap. 59. Παρέπει τὰ παιδέων τὸν βίον αὐτῷ καὶ τῶν προσήγονων αὐτοῖς μακρούν γάρ. Hoc libro cap. 35. Τοῖς δὲ ἐπιπομφότοις, γάρ αἱ τύχαι γεγονότηται πῶς γάρ.

649, 38. Διαιρέως κοινὴ καταστάσεως τῶν γελιάρχων.] electione ēr divisione tribuum. Quis non credat voluisse interpretem tribunorum scribere: nos quidem sic corremus.

656, 14. Εγή τῶν μὴ διεργάτων.] Ultimam vocem interpretatione indignam censuit interpres novissimus. Priorum alter: in qua hastarum primam illico plagam certiorem &c. omisso illo ἐπιδορπιδῷ, quia scilicet locum duobus his casibus non inveniebat. Lipsius: in qua hastarum prime cuspidis plagam: ubi omittit verbum περίττως nam ἐπιδορπιδῷ suo more primam cuspidem, Καρωτῆρα vero imam cuspidem vocat. Nolo enim credere eum legisse περίττης. Omnia in Graeco recta. Verte: per quam, quod ad hastas attinet, primum statim illum mucronis icūm &c. Duobus enim in telis Græcam γράπτου ait praestare, hastis nempe & scutis: de hastis nunc agit, de scutis postea.

657, 20. Τὸ δὲ τῶν ἵππων τετραλάσιον.] Hoc loco nolentem voluntatem Polybium scripsisse volunt διτραλάσιον. Basileensis auctor in Græcis non dubitavit edere διτραλάσιον & τετραλάσιον ad oram expue-
to, vertente Lascare duplo major. Inde Lipsius vocis τετραλάσιον ne memi-

meminisse quidem dignatur. Casaubonus, ut vides, rejectam Græcam vocem admisit, non eo secius tamen in Latinis *equitum vero dupla*. Ita placuit hic hærere. Sed tamenetsi quicquid undecunque exemplorum colligitur, id ostendat duplē sōiorū equitū numerū fuisse, securus tamen apud Polybium legendū esse τειωλάσιον allevero: id enim tuetur ipse IIII, 107. Tāv ḥ συμμόχων τὸ μὲν πεζῶν ταῦθε πάλαι πολέον τοῖς Ρωμαϊγίσ (forte Ρωμαϊγίσ, ut hic) σπάζετδοις τὸ δὲ τὴν πάνταν αἰς ἐπίπαν τειωλάσιον. Ecce eadem verba, eandem strūturam, eundem numerum: atque ita cum sit locus unicus, nemini tamen notatum deprehendo, quod miror. Nimirum recipiendi διωλάσιον & expellendi τειωλάσιον, quæ verissima tamen scriptura est, causa, si suspicari licet, orta est ex hujus libri capite 28, quæ tamen sine causâ est vel minimâ. Est τὸ ταῦθε τὸ συμμόχων, αἰς ἐπάνω αργεῖπι, τὸ μὲν πεζῶν πάλαι πολέον τοῖς Ρωμαϊγίσ σπάζετδοις, λεῖπον τοῖς ἐπιλέκτησι· τὸ δὲ τὴν πάνταν διωλάσιον, αἱ φηρημάτης καὶ τάπων Ε τελέτες μέρες εἰς τὰς ἐπιλέκτης. Horum ultima ita interpretantur: *equitum dupla, quo etiam ex numero* (quasi τύπων vox nihili esset aut referenda ad διωλάσιον) *pars tertia in extraordinarios est detrac̄ta.* Alius: *equitum duplo major, ablata horum quoque in extraordinarios tertiam partem.* Alius: *equitum vero dupla, his quoque tamen ut detrahatur tertiam partem in Elec̄tos.* Hoc modo existimant à Polybio dici duplē sōiorū equitū sōiorū numerū: hunc duplē sōiorū numerū dividi in tres partes, quarum una in Elec̄tos seu Extraordinarios transeat. Et acquiescent his versionibus pariter & opinionibus omnes, quotquot ē doctis rem militarem Romanorum hac in parte tractaverunt. Quid quæris: considera & cognosces auctorem dicere, postquam ex socialium equitū copia in Elec̄tos separata est pars tertia, tunc superesse adhuc duplo majorem, quam est ipsorum Romanorum equitatus, socii equitatus numerū; ita ut si tertia pars equitū sōiorū non fuisset adēpta, nec in Elec̄tos transcripta, futurus fuerit illorum numerus triplo amplior & densior, quam Romanorum: αἰς ἐπάνω αργεῖπι, nempe hoc loco, ubi ex triplicato sōiorū equitū numero tertiam partem ait Epilectorum nomen nancisci. Itaque hactenus pessime intellecta, nec melius interpretata, posthac & intelliges & interpretaberis: *equitum dupla, postquam illorum tertia pars in Epilectos est ablata.* Hæc veriora quam quæ ad Sagram. Suspicatus etiam sum aliquando in illis locis, in quibus sōiorū equitū duplex numerus legitur apud auctores, inde tertiam partem jam in Epilectos ivisse: quod quoniam perpetuo siebat, auctores tacuisse de eo, & subintelligendum reliquisse.

659, 26. Γενομῆνς δὲ τὴν πάρε.] Si paulo ἐπιστεγήτερη hanc periodum legas, mendi illam arcesses: nam quo respiciant illa pūmēns πόλις ἐπικαρποίς, nūsquām invenitur. Quod cum, ut opinor, vi-
dīset

disset Lipsius, sequentia τῷ γε ὀὐλῇ usque παρεμβοληγότων parenthesi inclusit: sed neque id quicquam conducit. Puto scribendum φυσικὸν Αἴα τοῦτο ιπέντων παρ. κ. μ. τ. τ. χ. Καὶ τοῖς πύρες πνὸς &c. Ut sit simplex adjectio qua declaratur forma, quam narrata equitum exterorumque pedatura efficiunt: & ea requiritur.

660, 19. Καὶ τὰς εἰσοδὰς ἐμοίως τοῖς ιππεῦσι.] *principia atque aditus ab eadem recta linea sumentes cum equitibus.* Hoc verum quidem est, sed confusissimum est ordo verborum Græcorum. Lipsius initium quidem capientes ab eadem recta linea, & ingressus eosdem cum equitibus. Quem & vertisse recte & percepisse eo sensu, quo Polybius voluit, dicerem, si abessest hæc nota. *Cum equitibus.*] Sive & Triariis, Equites tamen nominat, quia illorum hac area & Triarii additi & subiuncti. Agit auctor de vicis, quos duos faciunt cum Principibus Triarii. Quid fieret igitur, si dixisset, Triarios & principes capere ingressus eosdem Triariis. Deinde an equitum area patet ultra ipsorum tentoria? Duo de strigis principum & triariorum ab auctore narrari putem: nempe eas incipere à spatio centum pedum ante tribunos; deinde easdem habere similem pedaturam, formam, prospectum & situm, quem duo ordines equitum invicem oppositorum.

660, 43. Λύγερτες ἐπὶ τῷ αὐτῷ.] Subintelligunt & θέατρα: nam Casaribonus in eādem recta desinentes. Lipsius desinentes in recta. Sed nihil dixit auctor de rectâ, in quam desinunt strigæ. Quare malim auctori inhærere, & subintelligere τῷ συγγράφει, assentiens Lascari, qui vertit desinentes in idem latus.

664, 38. Εὐθεῖαι πάντες ἐλεγέπεις καὶ δύλας.] *Qui in legione quaque sunt liberi aut servi.* At non dicit Polybius εἰς ἐγένεται σπάτ. ut comminiscitur interpres. Deinde utinam ostendisset, quot servi in legione fuissent: imo & an fuissent: nam de volonibus & plus quam ordinariis casibus nunc non agitur. Omnino debuerat. *qui in exercitu vel castris sunt.* Erant enim procerum servi cum dominis in exercitu ad sordida munera, pro quibus & frumentum accipiebant, non vero in legione. Contrarius error est in antecedentibus: μέσον πάντες τοῦ διενόμενον, in medio constituunt uiri usque exercitus: imo in medio duarum legionum, ut recte puto notatum à nobilissimo Schelio.

668, 3. Παρέκπεσον τῶν πεισθεῖσι τῷ καὶ συμβάλλων δύο.] *Ad legatorum, qui concilium participant, binæ.* Cedo igitur legatos Imperatoris, qui concilium non participaverunt. Sic tamen & Lipsius apud quemque legatorum due, quasi illa καὶ συμβάλλων propriæ nihil notarent, sed tantum majoris expositionis ergo addita essent: & alibi docet legatos à Polybio vocari πεισθεῖσι καὶ συμβάλλως, nisi fallor, de hoc loco cogitans. Putem melius verti simpliciter legatorum & alio-

rum qui consilium participant. Ubi enim primus ordinum ductor, de quo cap. 22. ὁν (ταξιδέχων) πεστροφής καὶ συνεδρίσ κατιστεῖ. ubi præfecti honoratiores, quatuor illi hoc nomine generum, & plerumque cum legatis & tribunis apud scriptores citatorum, ut videre est apud Manutium ad lib. 2. familiarium ep. 17. & patrem ad Livii lib. 28. cap. 30. Sed & quæstores interdum advocabantur.

Ead. 8. Επὶ τῶν εἰσόδων.] *ad uniuscujusque porta ac lateris.* Per tota quatuor latera τῶν εἰσόδων à velitibus custodiri jam dixit auctor, sed ad portas congregatos excubare denos. Itaque quid sibi velint illi *ac lateris*, viderit interpres.

672, 5. Παραδειγμάτου μὲν τῷ τῷ κειθοφαγίᾳ.] Lascares: *exemplum dati hordei ad omnes pertinente.* Itidem Lipsius, nisi quod pertinente. Casaubonus: *exemplum vescendi ex hordeo in omnes pariter edatur.* Itaque duarum tantum pœnarum metus desertoribus imminet, sortis & hordei, juxta interpres. Atqui auctor jam antea tertium addidit, nempe, quod debeant extra vallum manere. Forte μὲν τῷ κειθοφαγίᾳ, & vertendum: *similiterque omnes ferant ignominiam tendendi extra vallum & hordei pro tritico accipiendi.* Παραδειγμάτου μὲν scil. extra castra tendentium.

Ead. 24. Τῷ μὴ πεζῷ φιάλῳ.] Phialæ vel pateræ semper numeratae inter ea, quibus apud antiquos honorari solebat res bene patrata. Virgilius v. Æ. 266.

Tertia dona facit geminos ex ære lebetas

Cymbiaque argento perfecta.

Horatius lib. iv. Ode 8. *Donarem pateras grataque commodus, Censorine, meis æra sodalibus.* Nec Grajorum modo, ne quis obstrepat ex sequentibus loci Horatiani, verum quoque Romanorum fuit. Livius xxx, 15. *Ibi Scipio Masinissam primum regem appellatum eximisque ornatum laudibus aurea corona, aurea patera, sella curuli &c. donat.* Plutarchus Æmilio post rem Macedonicam è rep. gestam. Διανέμων δρισεῖν τῷ μοχχῷ, Αἰλίῳ Τελέρων τῷ γαμβρῷ τῷ φιάλῳ ἐδώκε πίνετε λύτραν ὄλκον. Itaque bonum factum, ne recipiatur φάλαιον vel φέλαιον, quod vir magnus substituit, quia nullum de patera exemplum nec ipse nec auditor meminerat.

673, 37. Μεδιμνον ἔνα καὶ τετρα μέρον.] *Medimnus unus semis,* nescio qua festinatione postrema translatio. Quasi non præstaret Lascarinum & *tertia pars*, aut Lipsonianum & *medimni triens*.

681, 28. Δυοῖν γῇ ὄντων.] MS. *duen.* Quod qui Polybii esse negat, lollio vietare dicam. Hoc libro cap. 25. Δυεῖν ἢ σπαζόπεδων ὄντων. cap. 30. Σπειρίζον μέσον πήσας τὸν δυεῖν σπαζόπεδων. Annotavit idem in Polybio Suidas, & aliquando suspicatus sum quibusdam aliis locis ita legi debere. Capite equidem 55. hujus libri etiam MS. habebat, δυεῖν ἢ τεργάτης ὄντων, ubi nunc δυεῖν.

686, 22. Καὶ νόμενος αὐτὸς.] Necessario αὐτὸν, ut in MS. observaretur.

688, 10. Περὶ τόπων ποιῶνται στάδιον.] MS. ἀλλί τοπον. Nec sane major ratio fuit hoc loco mutandi, quam pagina sequente, ubi reliquerunt, Σπάδης, ἦν ποιεῖται τὸ πιστός διπτελεῖν αἰδηπας.

694, 1. Τὰ δὲ εἴκαντα, πενταγράμμῳ.] Supplevi versionem, ultima voce, in qua præcipua sensus pars est, defectam.

695, 38. Τρεῖς μνᾶς.] Ternas drachmas; quæ longe minor summa: sed videtur cum Musculo voluisse trecentas drachmas, quomodo omnino corrigendum, aut simpliciter ternas minas.

AD LIBRUM VII.

Pag. 700, 7. Καὶ λειμόγραφον.] Pratis. Melius sane ita Casaubonus, quam quod in Basileensi est Δειμόγραφον. Forte tamen magis cuiquam placere posset λειμόραφον, portibus, quos religiosius coluit maritima Pœnorum gens.

702, 24. Τῶν δὲ θεῶν καὶ δόντων ὑψηλὸν καὶ ἡμέραν * κατέ.] Defectæ orationis signum nuper appositum, vix scio an requiratur: potest enim commode ex præcedentibus intellectu repeti δύναμεσίαν: aut certe levius sic sanare queas θεῶν δοῦλον δόντων. IV, 21. οὐδὲ ποτὲ αὐτοῖς ἐθέλει δοῦλον. quam ibi veram scripturam censemus.

708, 19. Περούβαλε αὐτὸς τὰς ἐπὶ τὰς πύλας.] Casaubonus: & posita è regione porte eas admoveat. Latina hæc aliter accipi nequeunt, quam Antiochum cum copiis propius successisse portæ, cui sua castra objacebant: ut ἀντισταθεῖσαι αλλήλοις vertit, & recte, castra è regione ponere. Ideo & alter Gallus: fit approcher plus près de la ville vis à vis de la porte. At si id fecisset rex, quid nisi pessime fortissimos & fidelissimos milites murum adscendentes prodiisset, & notos fecisset hosti ad illam portam & muri partem cum omnibus viribus occursum. Futilissime Musculus, & utrasque portas obseruat, quas Persidas vocabant. Tu mecum intellige ac verte, & posita ad alterum urbis latus portæ eas admoveat. Volebat enim Antiochus ab his locis abstrahere propugnatores, tanquam diversam inde urbis partem aggressurus. Multis exemplis id stabilire ex hoc auctore possem. Locum totum unice exprimunt hæc Livii IV, 22. Dictator ab aversa parte urbis maxime neglecta, quia suapte natura tutissima erat, agere in arcem cuniculum instituit. ipse diversissimis locis subeundo ad moenia quadrifariam dirviso exercitu, qui alii aliis succederent ad pugnam, continenti die ac nocte prælio, ab sensu operis hostes avertebat.

AD LIBRUM VIII.

Pag. 711, 40. Γάιος ὁ Ρωμαίων σεραπηγές.] Vertitur, *Calamitas Cnei Cornelii*. Cn. Cornelium Duillii collegam cum xvii. navibus ad Liparæ proditionem profectum Boodes senator Carthaginensis ab Hannibale missus, portu nocte obsesto, & sequenti die diffugientibus sociis desertum cepit. Sic de eo Polybius lib. I. cap. 21. Itaque necessitas tunc pressit Cornelium, ut αἰλοχία ipsius in paciscendo accusari non possit (sicuti nec fecit auctor dicto loco) & ejus exemplum non conveniat. Nec tamen de alio quodam, cui Γάιος prænomen fuerit, aut etiam juxta interpretem Γράιος, historiæ usquam membrerunt. Ipse interpres (ut scias, de quo Cn. Cornelio senserit) in indice significat Cn. Cornelium Scipionem Africani patrum. Sed in eo quidem confusa omnia. Ut verum fatear, tantum non διελίξω hoc exemplum & ex Polybio ejicio. Aliis auctioribus Cnæus ille Punicæ perfidiae documentum ostentatur, & forte recte. Polybius id non agnoscit, & pro virili Carthaginensium commissa obumbravit illic, quæ nunc non videtur aperuissé. Forte igitur à studio id, ut par exemplum margini allitum, invaserit.

713, 29. Πεζὶ Σαρδίον καὶ Σικελίαν.] *De Sardinia & Sicilia*. Supplevi versionem vocibus ultimis male in priore editione omissis.

714, 3. Καὶ πᾶσι Καρχηδονίοις.] Nihili est vox media. Conjecram ωδὰ Καρχηδονίοις vel τοῖς Καρχηδόνις. Nunc prius verum esse sum certissimus: ita enim allegat Suidas in Οἰκείως.

715. Αππιος ἀ' λινημάν.] Hanc pericopen à Cesaubono, ut testatur, ex Anonymo bibliothecæ Regiæ desumptam, quò saltēm hac parte integrior foret Polybius (ejus enim esse dubitare nemo potest, nisi qui eum non legerit) versam in suum locum reposui, eo fidentius, quod eandem vir omni laude clarissimus à se in MS. repertam auctiorem mihi suppeditaret, ut contendenti apparebit. Omnia erant plana, nisi quod pro ἐπιμεταθέψιν, quomodo etiam Cesaubonus, correxi ἐπιμεταθέψιν & pro καὶ τάπιοις (apud Cesaubonum καὶ non est) feci κατάλπιοι & αἰπάντηοι pro αἰπάντηοι, denique εἰσαπύλοις pro εἰσαπύλοις. Versio, ut spero, nihil habet molesti.

723, 30. Ταῦτα μὲν τοῖς τάπιοις εἰπίδοτο.] Duo loca nominantur, urbs Lissus & castellum Acrolissus, & de altera non plane Philippum despatre dicit, de hoc prorsus. Apparet igitur scribendum τάπιοι, nempe Ακρολίσσες. Paulo post sequitur, εἰς τὸ Λισσονήποιοι, quorū priora interpreti neglecta, adjicienda omnino censui.

725, 14. Ενεργεῖν ἐπιτίθουσας ἔφοδον.] Hinc, ut ex versione apparet, colligunt ταῦτα εἰπέτες διεληφότας Acrolissum strenue ac fortiter inva-

invasisse. Ego nec invasisse, nedum fortiter ac strenue, existimo: sed video aggressos à tergo illos, qui ex Acrolisso velut ad certam prædam excucurrerant; nam cum cetrati una cum Ἀχαροῖς (qui cesserant locis iniquioribus & numero hostium, & postquam se receperissent ad cetratos, restabant & junctis viribus excipiebant, ultroque aggrediebantur, quos fugerant) temere effusos pro viectoribus Illyrios facile in fugam compulsi sunt, Acrolissum repetere nemo potuit ob interseptam ab iis, qui ab infidiis extiterant, viam. ita arx ἀκροπόλις καὶ αὐλαὶ in manus venit. Posset & legi: ἀφωτεξαντίντες εὐαργῆ ἐποίησαν τὸν ἔφοδον, repente existentes palam iam campum, quem hostes transierant, occupant.

729, 24. Συνθηκαλκῶν ῥήτῳ &c.] Commodissima hoc loco est interpretatio, & commodior Græcis, quæ forte turbata sic transponenda: Συνθηκαλκῶν, κατάκοψεθεὶς λιβύης αὐτοῖς, ὡς τὸ πνευματικὸν ἐπιστολῆς μὴ διώσας γνῶναι μέντοι τὸν εὖ αὐτῇ γεγραμμένον, εἰς απέστηλαν, τῷ Διογένει πιστεῖν τοῖς πολεῖς τὸ Βασιλεῖ τὸ Καμποῦλον. Οὕτας ὁ Αριούδης, &c. Vel omisso γέτω. Ad perviucendum, ita olim aut similiiter lectum hunc locum, videtur non parum facere Suidas.

730. Διὰ τρεπόδε.] In ipso exitu. Ita xiv, 1. Χάρεν τὸν τρεπόδες καὶ τὸν εἰσόδες τὸν εἰς ἐνετέρου τοῦ παρεμβολῶν αὐτοῖς ἐξερευνᾶτε καὶ πατέπεντε. Ubi etiam ὁ πάντα exitus vertit; nec male ibi quidem, quia paulo post pro eo πορείας auctor dicat. Sed quid hoc loco sit exitus, non facile intellexerim. Musculus vertit *illo progressu?* Si verba sincera sunt, mallem per *compendium vie* interpretari. Hæc enim erat cogitatio Achæi, ut ante Antiochum & τῷ Διογένες, Syris se ostenderet. Sed ne quid fileam, puto legendum *ἀλλά πόδες*, per Rhodum. Quod optime quadrat, quia & terrestre iter periculosem ei erat omnia tenente Antiocho, & operâ Bolidis ductus Ephesum ad Nicomachum & Melancomum ita viam per mare pandere sibi videtur voluisse.

735, 35. Πέρης Αειόδαζον.] In indice vocabatur Ariobarzus: sed superiorius dicitur Αειόδαζος, quod puto verius.

738, 20. Γάιος Λίβιος.] Sic perpetuo in hoc excerpto vocatur hic præfectus, ut videatur omnino mendum esse in gentili & cognomine scriptore. Vehementer enim miror Car. Sigonum, cum notat Livium nomen præfecti omittere, ne notam familiae suæ nomini inureret, ad libr. xv. cap. 10. Quasi vero celare quid in gratiam suorum esset Romanii scriptoris. Ille imo lib. xxvi, cap. 39. *Præsidium quod ibi* (in arce Tarentina) *erat Romanum præfettusque præsidii atque arcis M. Livius.* Item xvii, 25. *Et de M. Livio præfetto arcis Tarentina haud minore certamine actum est, aliis Scio notantibus præfectum, quod ejus socioria Tarentum proditum hosti esset.* Ubi forte pro mendoso prænomine scribendum *C. Livius* & *de C. Livio;* sed potuerunt dissentire.

741, 38. Σέσου τὸ πῦρ ἐδεῖ.] Transcurrit hæc vir summus, ut accensam facem relinquat scilicet Hannibali ad promptius expediendum iter, vel se prodendum potius. At Livius: *extinctæ utrinque flammæ sunt.* Nedubitemus igitur Latina addenda esse.

748, 4. Επὶ τῷ αὐτῷ τῇ πόλει ταῖς . . . αἰναιωρσύμβασι.] Sexta vox plane alienum locum tenet. Rescribo & suppleo επὶ τῷ αὐτῷ τῇ πόλει χείλῳ γῆς αἰναιωρσύμβασι, quomodo planam sententiam habes, & vides hoc, opinor, etiam Casaubonus, cuius interpretatio ad hanc scripturam alludit. Munitio eadem x, 28. Επὶ δὲ τοῖς χείλοσιν ἔργοις (τὰ φέρεται) κατεχομέναι διατάξαι ἐπίκειται. Deinde non dubito Polybium scriptisse ἐπειδὴ λέγει κατεχομέναι, non ἐπειδὴ τοις. Infra quoque Cluverius omissa stellula allegat αὐτῷ μὲν ποι Γαλαῖσσον.

AD LIBRUM IX.

Pag. 758, 31. Οἱ γῆς τοῖς τὸ Γναῖον.] Aptavi Graeca Latinis, hoc est, veritati, quia videbam non semel duo hæc prænomina confusa. Feci idem lib. x, 7. κατέφοβοι δηδοὺ μὴ ταῖς αὐταῖς Γναῖοι τῷ θεῖῳ καὶ Ποταμῷ τῷ πατρὶ τοιποτούσι συμφορᾶι. Et eod. lib. cap. 33. διατείνει δὲ τοῖς στρατηγοῖς αὐτοφόρετος Πόταλιον καὶ Γναῖον. Quibus omnibus locis legebatur Γαῖον & Γαῖων, in ultimo etiam interpres verterat *Catum*, quod satis repudiatur à libro tertio.

760, 23. Περοκαρτεῖον τοτεῖς αὐτοῖς γων.] Lege τοτοῖς. I, 59. τῶν αὐτοῖς τῶν πολιορκίαιν αὐτοκονιστούμβασι, ἀμφὶ τοιτῇ αεροκαρτερῇ τὰ δυνατὰ ποιῶν. XVI, 1. αὐτὸν ἡλπίζοντες τοῖς τὸ Αἴταλον αεροκαρτεροῖσιν τῇ ταῖν μεταίων κατεχομένῃ. Legat. 47. Διὸ καὶ παρεις τῶν αεροκαρτερῶν τῷ Τίτῳ.

762, 26. Συντετρέψαμεν τοτεῖς επομένοις.] Oi επόμφοι, non sunt Annibal's milites, sed hostes Romani. de quibus dixit p. 760. εἴποι τοις κατόπιν τοτεῖς παραρεῖσι. Et inox: Hannib' l' ῥωσαὶ καὶ αεροκαρτεροῖσι τοτεῖς επομένοις. Hoc ipsum est, quod hic voluit dicere. Igitur pro συμπίεψαι requiritur verbum, quod significet αεροδέξασθαι, tive id sit συμμεῖναι aut ὑπομεῖναι. Et sententia. quod ex regressu substiterit & expectaverit sequentes Romanos, & interim velut è specula observaverit.

772, 27. Ως επὶ * πειπίοις μέρειν.] Asteriscum alii posuerunt post πειπίοις & in margine αερομέρειν. Vide an scripserit, οἱ επὶ πειπίοις μέρειν: ea enim circa Cynæthen jacuisse per est verisimile tot turbas, seditiones, proditiones & vastationes perpetram, καὶ εἰς πολλῶν γεόνων εἰς αγραπνούσις καὶ μετάλαιοις σύσεσσι συνεχομέριοι, ut ait libro IV. cap. 17. Sed & fere omnis Peloponnesus his parietinis fuit insignita, & diserte prope Laisionem notavit auctor τὸν πειπίοις πέρην, 102, ut optime videtur.

detur eruisse, qui mihi in hac conjectura prævivit, doctissimus antiquitatis inquisitor Casaubonus.

779, 18. Η̄ μ̄ ᾱποφυγ̄ς.] Hanc veram scripturam putavi, estque ea in Basileensi. Nam quod in postrema est, ᾱποφυδ̄, parum convenit. xiv, 10. Διγρίδης δ̄ ὀκυεργ̄της κ̄ φυσικῆς κ̄ γεωποιήτω. In fine hujus paginæ Cluverius σωτέλεια manu[m] ex Diodoro.

782, 23. Επὶ τὸ πελμαῖον Αὐλίγενον.] Locutus est in proximiis de Antigono Gonata; nunc nulla addita distinctionis nota ait se accessum ad novissima Antigoni facta ut vertit interpres, quasi de eodem Antigono sermo procederet, cum tamen sequentia de Antigono Tuttore agant, quod nemo potest nescire. Ne putas hanc ambiguitatem à Polybio esse; nam ille scripsit, quomodo posthac legendum est, εἰπ̄ τὸ πελμαῖον Αὐλίγενον, ad postremum Antigonum.

784, 2. Διὰ τὴν αὐτὸν ἡμᾶς συμμαχίαν.] Verbo tamen societate *vobis juncitis*, quam meram scripturæ fallaciam putavi, & ideo corrixi. In sequentibus vero, λῶ γὰρ παρ' ἔκαστον ἡμῖν ὀρειδίζεται, nihil mutavi, licet interpres & ab ipsis subinde *vobis* exprobratur: nam ab utroque stari potest, & videtur consulto ὁ πάντα à Græcis discessisse. Par diversitas est xv, 6. ὥστε καὶ αὐτὸν τὸ πατριόδοτον ἡμᾶς κακιδιασθέντας, ubi sine dubitatione legendum ἡμᾶς, ut optime ὁ πάντα in interpretatione fecit, & expressit id Livius. Musculus ineptissime *ut de patrio solo quoque hattenus periclitati simus*, & partim nunc quoque periclitemur.

794, 41. Οινιάδας κ̄ Νῆσον.] Oeniadas atque Naxum. Quid de hac Naxo sit sentendum, vide, si libet, apud patrem ad Livium xxvi, 25.

AD LIBRUM X.

Pag. 799, 16. Καὶ τὸ Πηγίνων πόλεως.] Hanc Polybii scripturam censuimus, vulgo male *Pηγίνη*.

800, 4. Καὶ πνα μέρη τὰ Σαυνίτων.] Quid Samnitibus cum magna Græcia sit, & cur inter tam propinquos mari Siculo populos numerentur, vix dispicio. Diserte Samnitas à Magna Græcia Livius fecerit 31, 7. Nec Tarentini modo, oraque illa Italie, quam majorem Greciam vocant, sed Lucanus & Bruttius & Samnis à nobis defecerunt. Verum & ex accentu liquet depravatum esse nomen. Scribo Δαυνίων. Nam cum recenseat aliquas Dauniorum partes, respicit ad divisionem Japygiæ in libro III. factam.

805, 1. Τότες κ̄ τὸ πλειόνων αὐτὸν πολύμην.] Vertimus, tunc autem pluribus etiam potentibus. nam Casaubonus transfiluit.

Ead. 36. Η̄σις τῆς νεανικῆς αὐτῷ λαμπεῖ διγένεις ἐπιμελός.] Ac statim parari illi togam candidam jubet. Ita interpres. Sed si ipsa id

jussit, quis credat eam non amplius de illo cogitasſe. Verterem: at ille statim jussit ſibi togam candidam parari. Si Græca attendas, non poſſunt alio modo intelligi.

819, 3. Συμπαθεῖς τοῖς τῷ πρόσωπον μέρεσι.] In eodem caſu verba hæc advocantagur à Suida, niſi quod τῷ πρόσωπον μέρεσι. Neutrum probo: nam legendum τοῖς τῷ πρόσωπον μέρεσι, ut pro ipſius adhortatione affecti eſſent. Sic 11, 56. Σπουδάζων δὲ εἰς ἄλεον σύγκλειός τοῖς αὐτοχρόοντος, ἢ συμπαθεῖς τοιεῖν τοῖς λεγέμοντος.

827, 6. Καὶ καὶ σῶμα καὶ.] Inſerui prius καὶ ex Peiresciano codice, cui aſſentitur charta Lugdunensis.

Ead. 23. Δηλάσσεις τοῖς εἰς τὴν πατρίδην.] Certe & præda & nobiles captivi, ubi Romam venerant, nuncii victoriæ & cladiſ ſuæ futuri erant. Videtur tamen interpres legiſſe δηλάσσεις in ſingulari, ut conjeſtabat ex ingenio Fulvius: fane & in chartâ noſtrâ non aliter mihi occurrit, nec eſt, cur reſpuamis.

836, 32. Εξωθεν τῷ καρδιῶπας τοις μέρεσι τὸν ἀνάστατον.] intra convallem ad ſcenſum moliens. Sed in præcedentibus convallem ipsam inviam & inſuperabilem fecit auſtor, niſi quis alia ex parte cuſtodes aggrediens exturbaret. Tum Diogeni attribuit tales milites, qui ordines non ſervarent, ſed ad quævis loca aderant. An videtur ſine cauſa ὁ πάνυ ἡ Græcis diſceſſiſſe?

846, 31. Εἰς τὴν πατρεμβολῆν.] Interpretantur ē caſtris Punicis, moſi, opinor, verbis ſuperioribus, quibus dixit auſtor Indibilem & Mandonium ἀναλαζόντες τοὺς ἑαυτῶν διωκόμεις εἰς τὰν Καρχηδονίαν πατρεμβολῆς διπέμπονται. At ingens hinc mihi abſurditas: nam ſi Indibilis tantum cum amicis (ut hoc loco verba ſonant) ſe contulit ē caſtris Punicis ad Publium, jam quid fiet ipſius copiis, Aſdrubali haſtenus militabitibus, ipſo tanquam perfuga & prodiſore eas hosti relinquente. Immo illi non cum amicis tantum exceſſerunt caſtris Punicis, ſed cum omnibus copiis, quibus juverant Aſdrubalem, & iis infederunt ἐρυμενὸς πόλεſ καὶ διωκόμεις αὐτοῖς τὸν ἀσφάλειαν τῷ προσβάζειν, ut dixit ſupra. In hiſ locis ſingillatim pro tempore conſederunt ſine Aſdrubale, & ea caſtra hoc loco intelliguntur, non Punica; quod & clarius apparet ex ipſis poſt Indibilis cum Scipione colloquium verbis: γένομέν τοις τοῖς τοῖς εἰς τὰς αὐτὰς πατρεμβολὰς, non Καρχηδονίαν. Quare omnino erādendum illud Punicis. Habet autem eadem Li- vius xxvii, 17.

867, 34. Οἱ τε γένοδεſι φαειδῶς ἐκπειροῦντος ἀμφότεροι.] Interpretationem Caſauboni, hac periodo male carentem, ex Muſculo ſupplevi. Idem facere debui pag. 873, 29. Εὐθοέων, Φωκέων, Λοκρῶν, ubi Phocenses prave præteriti erant.

879, 25. Τῇ πᾶν Ελισφασίᾳ γέρα.] Ortelius corruptam vocem credit,

credit, & peritiores videre jubet, an *Elidis Phliasii* legendum sit: esse enim Phliasios in Elide. Assentio corruptam & Phliasios Elidis cognosco. Sed quantum situs illorum hinc distat? Conjeci: Ελινεσίαν. Ab Ελικῆς Ελικίσιοι, ut à Φλις Φλιάσιοι, Αναχυρᾶς Αναγυρόσιοι. Θεράπου Θεράποιοι. Helicuntis mentio est apud Plutarchum in Agide & Cleom. Κλεομήρης ἐξῆγε τὸν διώδημον ὡς τὸν Αργελικὸν κακοεργότων ἐκεῖθεν ἢ κατεῖσας ἐπὶ τὸν Μεγαλοπολίκην καὶ δεῖπνα τοιούτῳ μέρῳ τὸ Ποίπον, οὐδὲς ἐπορθέση τὸν δι' Ελικέν οὐκέτι τὸν πόλιν. p. Megalopolim.

887, 2. Περὶ τῆς Αναξιδάμην.] Vertit ὁ πάντα, ac si legeretur Αναξιδάμην; sed omnino ἀνδρός. Nam ex præcedentibus patet duos fuisse Anaxidamos, alterum à Philopœmene ponti appositum, alterum Machanidæ comitem, quem nunc intelligimus.

896, 26. Τοῖς ἀφιστέντοι.] Vertit Musculus ubi ingruerint: quod ex hoc verbo non potest venire, ut nec Casauboni interpretatio. Lege ἀφιστέντοι, quomodo non dubito τὸ πάντα legisse, & est vox Polybii.

904, 28. Μεζέην τὸν αὐτὸν καὶ τῶν τολεμίων σερφεδεῖας.] Inter Punica Romanaque castra. Non quia Romani cum Pœnisi gravissime in Hispania bellarunt, ideo omnes Romanorum hostes Pœni vocandi. Quæ enim hic Punica castra? quod Pœnorum auspiciū? nullus plane nec Polybio nec Livio nunc commemoratus. Idem tamen committit paulo post pag. seq. v. 33. ἀφοέβαλε τοῖς πλοῖοις τῶν ἵπερινιών, cum peditatu Punico prælium commisit. Quod miror: nam vix deceni versibus ante dixit Hispanos nullo iudicio, in patente campo non equites dumtaxat ordinatis verum etiam pedites; eos nunc Pœnos vocat. Sed & libro xiv. cap. 3. vir summus interpretatur hæc, καλα-
σπόντες δὲ εἰναγόμενοι πολὺ οἱ τὰ τῶν τολεμίων σερφεδεῖα. exploratoribus, quos in castra Punica sapiens miserat. Ubi videmus Scipionem longe sapientius misisse ad Syphacem, quam ad Asdrubalem; & tam Syphax quam Asdrubal erat τολέμειοι. Satius puto in talibus καὶ πόδας vertere, quam moras & tricas auctoriis ingerere.

906, 4. Οἱ δὲ ἐπηῆς τὸν θρασταλίστον ἐπαγχον.] Sine damno hæc verba à contextu abesse non possunt, ob rationem insequentem. Omisit tamen postrema versio. Tu ne dubita eppingere; idem quoque equitibus evenit.

Ead. 28. Ιστιον καὶ Μάρην.] Non sine ratione maximus interpres Μάρην legit: nam eorum mentio facta cap. 21. Livius tamen xxviii, 38. L. Lentulo, L. Manlio Acidino provincia tradita, qui & sequentibus annis populi jussu eam obtinuerunt.

907, 23. *Βελόμηροι τεῦται.] De leo asteriscum & scribo πυθό-
μηροι, quo verbo semper in talibus auctor utitur. Idem ne senserit interpres, ambiguum; certe non aliter vertit.

917, 34. Αθητεν τοις ειρηνιδροις.] Forte Autem.

920, 34. Καθισται των χλιων.] Videtur interpres διωνιον legisse καθισται, & rectissime, pro more judicum.

924, 19. Equitum quatuor millia.] Haec voces, cum Graece non legantur, nescio quomodo hic obrepserint. Dicit enim auctor Alexandrum in Afiam trajecisse cum equitum quatuor millibus & quingentis: his accessisse postea octingentos, ut sic equitum summa perveniret ad quinque millia & trecentos. Quibus si deimas trecentos ad varias necessitates, restare legis equitum quatuor millia, cum sole clarius sit esse quinque millia.

927, 13. Τὸ γδὲ ἀδύνατον &c.] Nam quod per rerum naturam fieri potest, id statim fidem sua sponte invenit. Hoc ita si est, cur toties imperiti rerum obstupescunt & admirantur? cur in commendanda sua προσείας demonstratione Polybius tot sermones cedit; quia nempe quamvis fieri poterat, videbat non statim se fidem inventurum? Sed & vides plane aliud esse in Graecis, & male omissam negativam partitulam.

945, 15. Καὶ οὐδέποτε λόγος τῶν εἰπώνων.] Omiserat ista interpres. Sed quia in eis fere consistit omne legationis argumentum, non videbatur omitti posse: & ideo addidi. Verum sufficit expressissime Polybium.

948, 19. Τῷ πνεύματι καθαλυφέντες.] Perperam in ante vulgatis καταλιφέντες. Sed & Basileenses habent πνοής ἢ θεικαλαμοφέντες. Sic alibi θεικαλαμοφέντες καρεῖ: nec quin illa τῷ πνεύμαti facile hīc intelligantur ambigi potest.

954, 39. Μέρῳ τῶν Ρωμαϊκῶν συστημάτων.] Lege Romana. Si male mendum memini supra occurrisse.

960, 4. Λαζίκιον * Σερβίον καὶ Λαζίκιον * Σείνιον.] L. Servilium, L. Bæbium. Nec asterisci placent, nec talis interpretatio. Non enim Lucium Bæbium, sed Marcum vocat Livius xxx, 25. tum nec L. Servilium, sed L. Sergium. Ergo scribe Λαζίκιον Σέινιον, qui tralaticius error. Pro secundo forte scripsit Λαζίκιον Σέινιον, in quo Livius alios auctores secutus fuerit, etsi Bæbium in castris Scipionis etiam infra nominet.

964, 2. Ιππεῖς μαχματάτες ἔχοντες.] aptissimos ad pugnandum equos. Ominino in his quoque multum positum. Addubites tamen, an non satius sit cum Polybio simpliciter vertisse; quamvis idem factum lib. xxvii, cap. 18. Οὐ μένον τὰς διζωίας καὶ τὰς ιππίας ἵγκεκλινότας, non velites solum ἐπ' equos in fugam inclinasse.

966, 6. Περὶ ἣς * φαθυμεῖν.] Alii ἣς accipiunt pro τετταῖς; alii aliud videntur intellexisse. Sed Polybium scriptissime puto οὐδὲ ἣς μέλοντο φαθυμεῖν.

967, 10. Ιππεῖς ἢ ἀστὶ τέλαιρις.] Ex Livio videtur reponendum πετανηγλίας, quod & in sua Latinus interpres admisit: quamvis forte non mirum sit Numidam æquis peditum equitumque numeris instructum.

973, 31. Αὶ κρετεῖν δεῖν.] Aut scribendum δεῖν, aut penitus de-lendum id verbi censeo. III, 63. πάντας γδ τὰς ἡ τέλαιρεσιν ἡ πατρίς αὐτούς τοιαύτης περιθέσας, καὶ πότε διεψεῦσθαι κρετεῖν τοις πατέρεσσιν.

974. Περὶ μυείας ὄντες καὶ διχαλίας.] Interpres hunc numerum transiluit: cuius non aliam causam video, si modo de industria fecit, quam quod ex Livio rem narrare, quam Polybium interpretari maluerit. Proinde inferui.

979, 24. Οὐσοις γδ δυστρατάς.] Ex Ursini monitu hoc adoptatum cum legeretur Δρατάς: & quidem vere dici de Romana acie dubium non est; sed huic causa non respondebit effectus, quem auctor narrat, si Ursinum sequare, ut rectissime ratiocinatur incomparabilis Salmatius. Omnino cum eodem lege γονις γδ Δρατάς, & verte: *cum enim divisa esset intervallis Romana acies*. Vide XVII, 28.

983, 14. Σιβυλλῆνοι τὸν δύναμιν τελεῖν, καὶ μισθοδοτῆσαι μέχεται &c.] Multum diversa interpretatio: nam & distinguit, nescio quam obrem, tanquam frumentum dandum fuisse exercitui, stipendium vero auxiliis, quod nec Polybius nec Livius faciunt. Deinde quamdia frumentum à Carthaginensibus dari deberet, omittit, juxta Livium, quod non placet. Nam in induciis dandis plus vice simplici videoas duces stipulari frumentum in majus minusve temporis spatium, quam stipendium. Livius VIII, 2. annuo stipendio & trium mensium frumento accepto. IX, 43. Trium mensium frumento imperato & annuo stipendio. XXIX, 3. Stipendium ejus anni duplex & frumentum sex mensium imperatum. Nunc in idem. Liv. 9, 43. Pacti sunt bimestri stipendio frumentoque. Secure igitur potuit καὶ πόδας vertere. Tum in sequentibus ὥμηρος διαταγή πιστῶς γάρ εἰσετο, numerum omisit.

993, 35. Αφίσαντο τὸν πεπιστάλιν.] Lege: ἐπιβολῆς.

996, 4. Τοῖς θεοῖς αὐτίχεοι.] Suspicer τοῖς θεοῖς, quarum scilicet imagines ante conspectum illis erant, Ceteris & Proserpinæ.

1007, 32. Τὰς μετέξειν τὸν πόρον κειμένων.] Scripsit Polybius κειμένων. Scio quidem vulgatum tolerari & defendi posse, sed nimis intorta est oratio, quod non est auctoris. Infra in his πετεῖας τοῖς numerum neglexerat.

1009, 29. Οἱ τῷ Φιλίππῳ πολέμου.] Pars Philippi lembo-rum numero. Legit igitur interpres Φιλίππῳ λίπεσ, quæ est obser-vatio Ursini,

1011, 15. Καὶ δὴ τὸ ποιέτω τεργίπω.] Hujus conclusionis omnino nihil interpres attrigit, cum tamen satis apposite historicus eam adjecterit.

1012, 36. Μετὰ δύο τετράποδα.] Casaubonus, *cum duabus quinqueremibus*. Nescio quid huic editioni immisum sit *triremibus*. Omnia censeo dum retineri debere *quadriremibus*, et si difficultate locus non caret. Nam pag. 1014. Attalum ait desiderasse triremioliam unam, duas quinqueremes, & regiam navem. Dux autem illæ quinqueremes videntur esse altera Dionysodori, altera, cui subventum ivisse hoc loco auctor testatur. Sic duas has *τετράποδα* omisit, quas tamen omnimodo hostium potitas apparat cum regia nave. Ex Rhodiorum classe illæ esse non possunt, quia ejus nihil captum est. Certe aliquid nos fallit.

1015, 20. Τὸ πολὺ τὸ ὄρμην αὐτὲς παρητεῖσθαι.] Sic x, 37. ὅμως εἰς αὐτῷ διέμενε, καὶ παρητεῖσθαι ποιῶντι ὄρμην καὶ φαντοῖσιν, de Scipione. Sed hæc toto cœlo differunt. Corrigere in nostro loco πολὺ τὸ ὄρμην αὐτὲς παρητεῖσθαι. Hic genuinus sensus.

1026, 20. Οὐκ εἰς τέλον ἀπηλπισθήσαντες τὰς Φυκᾶς εἰλιπόδας.] Harum vocum, quæ in hac relatione suum tutantur locum, accessione interpretationem auxi, perperam ante neglectarum.

1039, 35. Οὗτοι εἰς ἡμῖν.] Versum erat sed illi nobis, cum desideraret aliud Latina syntaxis.

1046, 19. Περιπτηθέντων δισκόν.] Interpretandum: *bis ante devictis Macedonibus* & plerisque terrestribus commeatibus absumptis. Intelligunt Græci clades ad Apolloniam & in Dassaretiis Philippo datas, quas & Florus respicit, dicens: *bis vietus rex, bis fugatus*. Vide infra hoc lib. cap. 19. Qui aliter interpretantur, aut male censuerunt supplendum corrigendumque auctorem, aut alienam ei induunt sententiam. Paulo superius correxi *Gracos ipsum . . . denuo sibi fore subjectum*; cum legeretur *subjecturos*, contra sensum.

1049, 33. Αὐτὸς τὰς γαῖας.] Hoc ab Ursino: ante eum γίοις, & in margine γαῖας. Sed interpres videtur leguisse γίοις, vertens ipsa pila.

1051, 31. Εξάρας δοῦλος Λαερίου.] Larissa profectus. Sic debuit, & forte voluit scribere interpres. Male editum profectos.

Ibid. ult. Γαβριάλλει ταῖς ιταῖς τὰς Φέρεις ἀκεγλοφίαις.] Lege τὰς ἀκεγλοφίαις. Sic enim singulis paginis. ιταεριάλλει, Αλπίς, Απεννίνος, Καύκασον, Ορεινῶν, ὄρη, Τάχεον, Ταύρον, & alia. Sed & diserte Suidas: ιταεριάλλει, αἴπαλη, qui & ex aliquo veterum ιταεριάλλει λόφος, in Bozé. Mutarunt, quibus ὅμοιοτελεῖται ambiguitas nimia videbatur.

1053, 8. Ερετεῖαι τὸ Φ. . . .] Eretæiæ τὸ φερεῖαι ex ingenio vel Φερεῖαι, inquit eruditissimus Ursinus, ex quibus prius placuisse inter-

interpreti videmus ex Latinis. Sed cum Livius Eretriam Phœbici agri hoc loco agnoscat, dubitandum non est ejus aetate lectum fuisse Φιλιππὸς, ut Horrion emendaverat, vel Φιλίππος ut pater.

1054, 30. Διὰ τὰς ἀρχειρυθίας αἰτίας.] At has non ἀσόχως videtur accessisse vir sumimus, dum vertit eam ob causam: ac si his verbis Polybius diceret Philippum ob eam causam quod non putaret eo die pugnatum iri, pabulatum plures militum dimisisse. Imo intelligit auctor, Philippum, quia non rebatur ob dictas causas, nempe crassum & nubilum aërem & imbræ eo die iri decretum, ideo misisse eum milites ad pabula. Sic explicandus hic locus, sic explicuit Livius, cujus verba sunt: *Sed ut qui nihil minus illo die propter offusam caliginem, quam prælium expeditasset, magna parte hominum omnis generis pabulum missa &c.*

1054, 36. Ηρακλείδης περὶ Γυρτάνιον.] Revocavi Basileensium lectionem, quam & in Latinis interpres servaverat, licet in Græcis Γορτάνιον fecisset, sed typoruna esse censeo. Paullo post non debuit illa εὐτοῖς πεδινοῖς omittere ὁ πάντα, in quibus summa ἀνθεῖσις vertitur, quare addidi in preliis pedestribus. Idem de Ætolis judicat iv, 8. Θετταλοὶ γάρ ιππεῖς κατὰ θέλαι τῷ φαλαγγιδὸν ἀναστάσι. χωεὶς ἐν πορταζεῖσις πεζοῖς κατέβηνται πότου κατὰ ἄνθρα καταδιεῦσαν, δικέντοι τῇ βρυδαῖς. Αιταλοὶ ἐπὶ τάπαι τάνατοι.

1059, 32. Οἱ μὲν γνῶμαις Ρωμαίων ἐπόμφοι τάττεις ἔκτην.] Fugientes istos plerique Romani sunt insecuri. Ita & Livius: et ceteri quidem hos pulsos sequebantur. Quis neget igitur hæc πορταζεῖσις potius, quam veri interpretis esse, cuius fuerat: *istos plurimi Romanorum in sequentes occiderunt.* Hoc enim amplius dicitur à Polybio.

1064, 16. Περὶ τῆς πεντεστῆς.] Ante precedentium ordines. Vereor ut sufficiat: nam respectu quinti, tam quartus, tertius & secundus sunt precedentium ordines, quam primus. Potius ante primum ordinem, ut infra.

1065, 28. Εκ καταφορᾶς τῷ αγαρέσιον.] Non sunt hæc diversi pugnarum modi. Nam αγαρέσιον dicitur, quum brachium in diversum panditur & attollitur ad iustum casum inferendum; καταφορὴ vero quum ex alto defertur ensis; quod idem. Offendit & Lipsius lib. IIII. Milit. Rom. dial. 3. Sed legendum τῷ διέρσιον. Διέρσις enim est transfixio, puncta, ut doce Salmatius ad Solinum pag. 1071.

1071, 18. Οὐαριῶν εἴληφε τὸν Ασίαν.] Versionem tribus ultimis vocibus necessario augendam duxi, quibus quoque specialiter respondet Antiochus.

AD LEGATIONES.

Pag. 1096. Πλεονεξία τῆς Αιταλῶν . . . εἰτ.] Proculdubio supplendum περιήγηση.

1100, 27. Θήρας τὰς Φθίας, Εχῖνος.] Sine aleā esse hanc maximi Casauboni conjecturam judicavi, & protinus in contextum adscivi. Vide libri xvii, caput 3, & eadem sunt apud Livium. Vulgo Φθίας ἔχην.

1108, 31. Εἰς τὸ σάδιον.] Vitiose in utraque priore εἰς τὸ σάδιον. Ita pag. 1111, 39. Legendum ἐποίησαν τὸ αὐτόχθονον, haec tenus in omnibus τὸ παρ. 1126, 37. γέτε δυνατῶν ἐφοη καὶ τὸ παρεγνὲν εἶναι. 1152, 2. Επηρεῖτο φιλοπίμως τὰς τεσσάρες τὰς Διολύνους. Exemplaria Ursini & Casauboni illic καὶ τὸ παρεγνὲν & hic τὰς τεσσάρες τὰς.

1118, 34. Λύθησ ποιησαμένης τὸ αφεγγένετον.] Versionem his carentem supplevi.

1122, 30. Εἴ τοι * αφέτεον καὶ φιλ.] Asterisco nil opus. Unica litera inserta legendum παρέπεστ. Jungit hanc duo Legat. 6. Νικᾶντος γε μὲν μετείστης, καὶ περαιτέρω φιλανθρώπες. Legat. 74. ἐπιδικαίουσι τοῖς ἀνθρώποις τὴν τὸ συγκλήτη παράστησι καὶ φιλανθρώπιαν.

Ibid. 36. Καὶ τέλος Φαῦλος δεῖν.] Recte Casaubonus contempnit Ursini suspicionem αφεγγέμης, quod vixdum præcessit, cum in MS. invenisset ὁραμάς, ut ipse testatur. Quod si Casaubonus suam lectiōnem, nempe φαῦλος, ex MS. hauserit, libenter filemus: sed si MS. Ursini sequendus, inde nimis abit, cum legendum sit οιομένος δεῖν, quomo-
do millies, immo semper Polybius. Legat. 51. Εἰς τὸ λοιπὸν φέρετο δεῖν αφέσθαι αὐτὸν.

1125, 19. Τοῖς τοῖς τὸ Λαζηνοὺς καὶ τὸ Ευμένη.] Seleucos & Eumeni. Quem ὁ πάντα hoc loco commentus sit Seleucum, non liquet. Is cuius infra in hoc aliisque fragmentis mentio fit, est Antiochi cum maxime Romanorum hostis filius; cui quare id indicarent? Omnino bene se habent Graeca, & intelligo Lucium Aemilium Regillum, tunc præto-rem. Vide Livium libr. 37.

1127. Αὐτὸν * παρῆν τῷ συγκλήτῳ.] Induco asteriscum & emendo. μὴ παρέσῃ. Aphthonius in exemplo legislationis. γέτε τοῖς ὑφαιρεμένοις τὰ τὸ κρείτονα τὸ περιέχει παθεῖν, περὶ τῶν παθεῖν παρέσην τοῖς δικαιοστῆσι.

1128, 21. Καὶ Διογένες.] Lege: καὶ Διογένες. Alibi quoque sic corruptum Polybium à Casaubono correctum memini.

1130, 14. Μετὰ τὸ καὶ τὸν ταυματίαν γνωμένην ἡπλον.] Post vi-
eliores dimicatione maritima. Emendavi errorem typographorum,
quo prior editio conspurcata erat post viētos dim. non meo ausu, sed
ut ipse vir maximus monuerat in præcedente Polybium erratorum ca-
talogo. Quem consultum vellem à viro eruditissimo, antequam hæc
sic interpretatum τὸ πάντα, sed calamo properante scriberet, & sollicite
doceret dimicatione maritimâ inter Antiochum & Romanos, non hos,
sed illum fuisse viēctum.

1146, 23. Τὰ συντάμφα πολλά τε καὶ τὸ Αἰγαῖον.] ab Antiocho excepta. Certe is eo temporis puncto consuli non potuit. Itaque mutavi.

1155, 10. Δάμις ὁ Ικεσίς.] *Damis Icesii fil.* Quidni Icesii? Habes sane legat. 81. εἰς τὴν Μιλήτην παρῆσαν Ευδημόντες καὶ Ικέσιοι.

1161, 9. Παρεπωλησίων ἃ καὶ ταῦτα Αστερίδες.] Horum versionem, nuper dissimulatam, nunc Latinis inserui.

1170, 20. Ομῆρος ὃ δίδοται.] Defectus nota erat apponenda: auctior enim est versio Græcis, numero ibi adjecto. Ursinus quoque ac si convenienter omnia cum Livio, sine scrupuli mentione eum citat, perperam tamen xxx ponens. An igitur putabimus numerum in docti viri codice exstisisse, sed calarium ipsius fugisse? Infra male in versione erat *Q. Mucium Thermum*, quod emendavimus.

1175, 23. Καὶ ταῦτα αἴματα vel αἷματα.] *Lege αἱμάτων vel αἷματων.*

1178, 5. Εἰσελθόντες εἰς τὴν εὐχλησίαν οἱ Ρόδιοι.] Omnino juxta interpretem emenda *οἱ Λύκιοι*.

1184, 3. Εκ Λακεδαιμονίας.] Aut alienanda sunt hæc verba, quod in Latinis fecit interpres, aut corrigendum *εἰς Μακεδονίας*, quam per mixtionem alibi obtinuisse in hoc auctore scimus.

1186, 26. Παραδιλατήσιαν τὸ Θερμῆς ἔρυμα.] *maritime ore in Thracia castellis.* Ita supplevi interpretationem, à qua τὰ in *Thracia* aberant, quod tamen & Livius notavit. Sequentia nescio qui tam insulsa exciderint τῷ πάντῳ: illa enim ταῦτα καὶ Απολλωνίδας τὸ Σικουώνιον vertit legatos Apollonidam & Sicyonium; & hinc in indice exortus est aliquis *Sicyonius*. Tu corrige hæc ex sequentibus & legat. lxxiv.

1192, 25. Υπὲ τούτων * τὸ Κρωατίων καὶ Γορτυών.] Certe deest aliquid, facile illud quidem suppleri, sed incertum an id Polybius scripsiterit. Testatur Ursinus in exemplari esse. Ταῦτα τούτων τῇ κρωατίᾳ καὶ γορτυᾷ. Vide an fuerit, ταῦτα τούτων εἰς τῇ Κρωατίᾳ καὶ Γορτυᾳ, nempe πόλεις.

1193, 14. Πεμφτέλιον.] *Immo πεμφτέλιον.*

1197, 5. Οπεκαῖ περικυλοπέμπτον &c.] Dictum, ut legat. xxviii. Τοῖς ἃ καὶ τὸ Δαμοτέλη τὸ Φαινέων ταῦθεντο περικυλοπέμπτον τὸ Γαῖον Ουαλέζιον. Et solent hoc modo loqui de illis, qui quos subor-
nant. Sallustius Jugurth. Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque nobiles, quibus divitie bono honestoque potiores erant, factiosi, domini potentes, apud socios clari magis quam honesti: qui Jugurtha non mediocrem animum pollicitando accendebat, si Micipsa rex occidisset, fore uti solus imperio Numidie potiretur, in ipso maximam virtutem, Rome omnia venalia esse. Livius lib. 45. de Attalo veniente Roman: Suberat ergo secreta spes honorum premiorumque ab senatu, quæ vix salua pietate ejus contingere poterant.

Erant

Erant enim quidam Romanorum quoque non boni auctores, qui s̄pē cupiditatem ejus elicerent: eam opinionem de Attalo & Eumene Rome esse, tanquam de altero certo amico, altero nec Romanis, nec Persi fido socio &c. Quæ in legationibus Polybii similiter leguntur. Proinde necessarium non est viri præstantissimi ὡς καὶ πτ̄ος.

1199, 22. *Παρεγγέλματα eis τῶν Ελλήδων.]* Quia hæc verba in Græcis videbam, faciendum putavi, ut & in Latinis essent, unde hoc usque exulaverunt.

1211, 7. *Τόπος Καρσιγνάτου &c.]* Malo more tractatus est hic locus: nam & in interpretatione quedam omisſa erant, & in indice ponebatur *Carsignatus bellum gerit cum Pharnace*, ac simile in *Gazotorius* (ita enim vocabatur) quæ sunt falsissima. Nos omnibus, ut fas erat, nunc prospeximus.

1224, 7. *Ρόδος καὶ Λυκίας.]* Corrige in interpretatione vitium, bis ter supra iam quoque à me emendatum, hic casu prætermissum *Lycios* pro *Lydios*.

1227, 21. *Περῶν μόρι πνεύματα εἰνθίσαις . . . καὶ τοῖς Ρωμ.]* Defecta hæc verba & agi de legatione constituta à Thebanis existimavit magnus interpres. Sed quia tum duas legationes emissas Polybius narraret, infra vero tantum unius, quæ Romam hæc omnia portaverit, meminit, assentiri non possum. Verba corrupta esse cogimur fateri, quæ tamen, ut speramus, facile sic restituimus: *μόρι πνεύματα εἰνθίσαις καὶ τοῖς Ρωμαίοις. honorifica decreta in Romanos fecerunt.* Omnino id debet esse, nam id egerunt: auctor infra: *ὧν οὐδεὶς αὐτοῖς φέρει μόριαν, καὶ ηγειρόντων τὰ αφειρημένα (sunt hæc ipsa) δόγματα καὶ τὰ πνεύματα &c.*

1229, 32. *Εὐδοκεύμοις τῇ πόλει.]* Caſaubonus hæc ad legatos translit & forte legit *εὐδοκεύμοις* vel *εὐδοκεύμησι* τῇ πόλει vertens de civitate bene sentientes. Sed hoc sine ineptâ iteratione insueta Polybio, admitti nequit: nam ut auctor hoc ipsum ostenderet, omnem ultimam periodum adjecit. Intelligerem apparatus quos Rhodiorum civitati confidere placuerat. MS. & *δεκαεπτάτος*. an sunt, quos à civitate Rhodiorum Romani non exspectaverant.

1230, 35. *Δεῖν αὐτὸς * αφειρεῖται καὶ φυλάπειλα.]* Lege αφορᾶ. Sic omnia lana, sic scripſisse Polybium censemus. 1, 65. *Τόπος τε γεωργίας μισθοφορεῖνοις δινάμεσοι, πίνα δεῖ αφειρεῖται καὶ φυλάπειλα μακρότερον.* Legat. 8. *αφειρεῖται τὸ Αντίοχον.* Eodem modo αφειρεῖται 19, 32. qui locus huic admodum germanus. *Απονέοις μὲν δεῖ τὸς Ελλήνας αφειρεῖται ἵπποις σφύριον καὶ μέρη, μαζίτερι τὸ Λακεδαιμονίους.*

1240, 2. *Νικαγόλης.]* Nicanor. Sed qui legerit legationem LXXX, non dubitet temere ita versum.

1244, 1. *Ξένων Πατακενσίς.]* Vertebat Patacenſis: qui cum effet mani-

